radice ieſſe de qua flos ieſus aſcendit ad perſonalē
filii dei unionem:ſuper quem ſeptē dona ſpiritus
ſancti pleniſſime requieſcunt.Hec eſt ille mons ꝑ
fectionis ſublimis de quo ſine māibus humāi ope
ris lapis chriſtus abſciditur qui factus eſt ī caput an
guli: qui & percuſſit ſuo potēti conuerſationis exē
plo totam ſtatuam ambitōnis humane:ut eius hu
militas in electis ſuis accreſcat in montem magnū
& repleat uniuerſam terram eccleſie ſancte & uirtua
lis perfectionis omnium electorum.Hec ē illa bñ
dicta porta Ezechielis:per quā ſolus dominus in
trat & egreditur:& clauſa eſt in eternum:quia uir
go benedicta fuit integra in conceptu & in partu:
& poſt partum.Hec eſt ut uult oſtendere ezechiel
porta illa orientalis de qua dī.Ecce gloria dei iſrael
ingrediebatur per limen parte orientalis.i. per bea
tam uirginē:de qua oritur nobis ille de quo dicit
in Zacharia.Ecce uir oriens nomē eius & terra ſplē
debat a maieſtate eius.i.caro uirginis tota reſplen
debat gratia diuinitatis ieſu:corporaliter habitātis
in ea.Hec eſt cādelabrum aureum totum quod ui
dit Zacharias ſuper quod ſūt ſeptem lucerne.i.oēs
ſplendores illuſtrantis ſapīe & exempla lucida uite
uirtuoſe.Vides q̄ ſtupendum ſit hoc unū de uirgie
factum miraculum:quod tot miracula preuenerūt
tot oracula promiſerūt:unus quippe fuit ſpiritus ꝓ
phetarum: licet diuerſis modis ſignis & tempo
ribus eandem rem diuerſi non diuerſo ſpiritu pre
uiderunt & predixerunt. Quot ergo primo dictū
eſt de luce ſplendida:hoc figuratum eſt noe in ar
cha:quod ꝓmiſſum eſt abrahe in benedictione ſe
minis:hoc repromiſſum eſt dauid in fructu uētris
ſuper ſolio ſedentis regni ſui.Hec ergo uirgo ſola
fuit ille uenter regis dauid:de cuius fructu ſuper ſo
lium ipſius ſedit rex noſter ieſus ut illud corrobo
ret in eternum.Quod etiam moyſi monſtratum ē
in rubo & igne.Aaron in flore:Gedeoni in uellere
& rore:hoc aperte uidit Salomon in forti muliere
& eius precio: apertius Ieremias percipit de femīa
& uiro:apertiſſime uero eſaias declarat de uirgīe &
de emanuele deo.Et tandem gabriel exhibuit ipſā
uirginem ſalutando. Nō ſine cauſa autem nom
uirginis eſt maria:hoc enim ſacratiſſimum nomē
non fortuitu nec ſolo parentum placito:ſed diuina
diſpenſatōe accepit:ut hoc uocabulo exꝑmeret no
bis tam uirtutum eius faſtigium q̄ noſtre directio
nis & protectionis patrocinium.Interpretatur enī
maris ſtella.Nocte ſiquidem per mare tranſeunti
bus opus eſt notare hāc ſtellam:que cardini celi ie
ſu propinquiſſima eſt tam dignitate materna: q̄ di
gniſſima uita:ut ex illius choruſco ſplendore eſti
mare ac dirigere curſum ſuum poſſint:ſalutaremq;
apprehendere portum.Ipa quoq; proprietas ſtelle
perfectioni uirginis conuenit ualde:quia ſicut ſtel
la ſine ſui corruptione ſuum emittit radiū.Sic abſq;
ſui leſione uirgo peperit filium.Maria maris ſtella
xp̄s ſol in anima figuratur.Ideo peccatores in no
cte ualde a maria conſolantur.Iuſti uero tāq; in die
a chriſto illuminantur.Licet & ipſi ſtelle huius ra
dio dirigantur & adiuuentur:ut ad ipſum ſolē chri
ſtum ualeant peruenire.Itaq; ſi pertimeſcis propt̄
ſupplicium ad chriſtum accedere:ad mariam reſpi
ce confidenter:nec illic quod timeas inuenies: q̄a
hec eſt propria proprietas miſericordiſſime matris
qua tibi adhuc trepidanti excelſior temperatur ma
ieſtas.In chriſto uero eſt pietas ex comparatiōe ge
neris:& maieſtas ex excellentia diuinitatiſ. Qua
lis autem in uirtutibus fuerit iſta perſona que ſit oī
bus ſpectanda proponitur & imitanda confidenſ:
aſſerendum eſt:ꝙ nullo uirtutis genere uacabat:
cui gratie plenitudinem in eſſe dei nuncius aſſere
bat.De hoc Ambroſius in libro de uirginitate. Sit
inquit nobis tanq̄ in imagine deſcripta uirginitas
e qua uelut in ſpeculo refulgebat ſpecies caſtitatis
& forma uirtutis:uirgo erat & corpore & mente.
Corde humilis uerbis grauis:animo prudens: lo
quendi parcior:legendi ſtudioſior: intenta operi:
uerecunda ſermoni:non in incerto diuitiarum:ſed
in precio paupertatis ſpem reponens. Arbitrū mē
tis deum non hominem:querens nullum ledere:
cunctis bene uelle:maioribus aſſurgere:equalibus
non inuidere:iactantiam fugere: quando illa uel
uultu leſit parentes:quando faſtidiuit humiles: qñ
irriſit debilem:quando uitauit inopem:nihil torui
in oculis:nihil procax in uerbis:nihil in actu in cul
tum: non geſtus fractior: non inceſſus ſolutior:
non uox petulantior:ut ipſa ſpecies corporis fieret
ſimulacrum mentis & figura probitatis: hec Am
broſius. De matrimonio uirginis marie.

Ec autem uirgo tanta perfectōne predita:
h ioſeph uiro uirtuoſo de domo dauid ordi
natione ſpiritus ſancti deſpōſata fuit: que
nunq̄ in carnis actum conſentiens propter prece
ptum legis & inſtantiam principis ſacerdotum cō
ſenſit in ioſeph tanq̄ in uirum ſibi diuina prouidē
tia:datum in uirginitatis cuſtodem & ſocium: &
non in uirginitatis damnum. Fuit autem
uerum matrimonium & ſanctiſſimum inter illas
duas perſonas ſublimes:mariā & ioſeph.Ad quod
uidendum nota:ꝙ in matrimonio poteſt intelligi
duplex perfectio: ſicut & ī qualibet alia re perfecta:
perfectio prima.ſ.& ſecunda.Prima autem perfe
ctio cuiuſlibet rei conſiſtit ī forma ipſius rei ex qua
ſortitur ſpeciem & naturam.Et quantum ad hanc
perfectionem matrimonium dicitur eſſe perfectū
per muttuum conſenſum contrahentium quo cō
ſentiunt in copulam cōiugalem:que nullo modo

UVA. BHSC. IyR_070

hic dici debet copula carnalis. Quia credendum ẽ ꝙ uirgo que in omnibus agebatur a ſpiritu ſancto fuit certificata de ſanctitate ioſeph & de diuina ꝓtectione: ita ꝙ nõ dubitabat ꝙ unq̃ carnalis actus requireretur ab ea. Et ideo hoc ſuppoſito non mirũ ſi plene in ioſeph conſenſit ut uerum matrimoniũ fuerit: & tñ ad actum carnis nũq̃ reſpectum habuerit. Vnde dicit Aug. in libro de conſenſu euangeliſtarum. Non eſt fas ꝙ ioſeph ab hoc cõiugio mariẽ ſepandum euãgeliſta putaret: cum dicit Ioſeph uirum marie: ꝙ nõ ex eius concubitu ſed uirgo peperit xp̃m. Hoc enĩ exẽplo inſinuatur manifeſte fidelibus coniugatis etiam ſeruata pari cõſenſu cõtinentia rationabiliter uocari coniugium non permixto corporis ſexu: hec Aug. Sic ergo fuit uerum matrimonium quo ad primam perfectionem. Secunda autem rei pfectio conſiſtit in operatõe eius per quam res ſuum finem attingit: finis autẽ matrimonii eſt proles generanda & educanda: ad quorum primum in aliis peruenitur per cõcubitum cõiugalem: ad educationem uero ꝑ alia opera uiri & uxoris quibus inuicem ſibi obſequuntur ad prolẽ nutriendam. Prolem igitur deus dedit uirgini per opus ſpiritus ſancti: ſine opere ioſeph. Ipſi autẽ ioſeph data eſt iſta ꝓles ex ſpãli munere gratie: quo ipſi primo data eſt uirgo in coniugium: & per mutuum conſenſum ſibi eſt datum quicquid intendebat in coniuge ſua dominus facere per ſpiritum ſãctum: unde merito dictus eſt pater ieſu multo melius q̃ illi qui ſecundũ humanas leges ſibi alienos filios adoptant. Vnde hoc matrimonium: licet nõ habuerit prolem naturaliter gẽitam per actum matrimonii: habuit tamen prolem ex ſola uirgine generatam opere ſpiritus ſancti: propter quod dicit Aug. in libro de nuptiis & concupiſcentiis. Omne nuptiarum bonum impletum eſt in illis parẽtibus xp̃i: proles: fides: & ſacramẽtum. Quia nullum diuortium ſolus ibi nuptiarum concubitus non fuit hec Aug. Sic igitur potes uidere ꝙ puriſſimum & ſanctiſſimum fuit illud matrimonium. Quanta autem fuerit excellentia iſtius ioſeph infra tibi dicetur in primo capitulo: Ieſus infans fugatus. Cõuenientiſſimum ergo fuit ꝙ iſta beatiſſima uirgo diſponſaretur anteq̃ conciperet ſaluatorem: & hoc tam ex parte chriſti q̃ ex parte uirginis: q̃ etiam ex parte noſtri. Ex parte chriſti primo: ne ab infidelibus abiiceretur tanq̃ non legitime natus: unde dicit Ambroſius ſup lucam. Quid iudeis quid herodi poſſet aſcribi ſi natum uideretur ex adulterio pſequi. Secundo ut conſueto modo genealogia per uirũ deſcriberetur i ſcriptura: unde Ambroſius ubi ſupra. Qui in ſeculum uenit: ſeculi more debuit deſcribi: uiri autem perſona queritur que in ſenatu & reliquiſ curiis ciuitatum generis aſſerit dignitatem Conſuetudo etiam nos inſtruit ſcripturarum: que ſemper uiri querit originem. Tertio ad tutelã pueri nati diaboluſ contra eum nocumenta procuraſſet. Et ideo ignatius dicit: ipſam fuiſſe deſpõſatam ut partus eius diabolo celaretur. Licet enim dominus aliter poſſet diabolum impedire & contra eum pugnare: ſicut poſtmodum fecit: oportuit tam̃ impediri eius malitia in infantia: ne eum acrius perſequeretur puerum quando nec pati xp̃s diſpoſuerat nec ſuam uirtutem oſtendere: que forſitã fuiſſet preuẽta a pſecutoribus excitatis. Licet ãt diabolus mľta poſſet ſcire per uirtutem nature: a quibuſdam tam̃ ꝓhibetur per uirtutem diuinam: & hoc modo poteſt forte dici circa uirginem fore factum. Quarto etiam ut a ioſeph nutriretur: unde & pater eius dr̃: quaſi nutricius. Ex parte etiam uirginis fuit conueniens ut ab infamia ſeruaretᷣ: & pena perſecutionis iudeorum cum partus innupte lege damnaretur. Quinto etiam ut ipſi uirgini a ioſeph exhiberetur miniſterium oportunum. Ex parte etiam noſtra fuit conueniens: quia ex teſtimonio ioſeph comprobatum eſt chriſtum de uirgine natum. Vnde Ambro. Locupletior teſtis pudoris maritus adhibetᷣ qui poſſit & dolere iniuriã: & uindicare oprobriũ ſi non ꝑgno ſceret ſacramentum. Sexto quia ipſa uirginis uerba ſuam uirginitatem aſſerẽtis magis credibilia reddebãtur ſicut dicit Ambroſius. Fides marie magis uerbis aſſeritur & mendacii cauſa remouetur: uidetur enim culpam obumbrare mendatio uoluiſſe innupta pregnans: cauſam autem mentiẽdi deſponſata non habuit: cum coniugii primum & gratia nuptiarum partus ſit femiarum. Septimo ut tolleretur excuſatio ſiniſtre uiuentibus: ſicut dicit Ambroſius. Nõ decuit uirginibus ſiniſtra opinione uiuentibus uelamen excuſationis reliqui: ꝙ infamata quoq; mater domini uideretur. Octauo ut per hoc deſignaretur eccleſia uniuerſa que cũ ſit uirgo: deſponſata eſt uni uiro chriſto. Poteſt etiam ix. addi ut ſimul in uirgine contra hereticos & matrimonium & uirginitas ſuo exemplo comendaretur. Nec obſtat ſi diceretur ꝙ deſpõſatio erat occaſio fidelibus: ne matrem chriſti uirginem crederẽt: & quia oporteret chriſtum credi miraculoſe de uirgine natum: & ꝙ miracula manifeſta eſſe debeant non occulta. Miraculorum enim xp̃i ieſu quedam ſunt de quibus eſt fides: ſicut miraculum partus uirginis: dominice reſurrectionis: & ſacramentum altariſ. Et iſta uoluit deuſ occultiora eſſe ut magis meritoria eſſet fides. Miracula uero illa que ſũt ad fidei cõprobationem debent manifeſte fieri nõ occulte: ſicut fuit ſuſcitatio lazari: illuminatio ceci: & ſimilia. Non ſolum autem deſponſata debuit eſſe mater dei: ſed & uirgo: primo cum ipſa concepit uerbum patriſ: qui eſt filius dei naturalis: propter patris dignitatem conſeruandam non fuit cõueniens ut alium patrem haberet q̃ deum. Secundo quia proprietas ipſius filii qui mittitur eſt eſſe uerbum dei: uerbum autem abſq; omni corruptione mente concipitur: quinimo cordis corruptio ꝑcepti uerbi corruptionem non patitur. Quia ergo caro fuit ſic a uerbo dei aſſumpta ut eſſet caro uerbi dei: conueniens fuit ut ipſa ſine corruptione mẽtis



UVA. BHSC. IyR_070

conciperetur. Tertio fuit conueniens dignitati hu
manitatis xp̄i:in quā locum peccatum habere non
debuit:per quā pctm̄ mundi tollere uenit:quod fie
ri non poſſet ſi non ex incorruptione naſceretur:ꝓ
pter quod etiam congruum fuit ꝙ ſicut reſurrectō
glorioſa non fuit in humana carne:donec caro fuit
glorificata:ſic etiam de humana carne nō fuit fo-
mes peccati concupiſcentia eradicata:donec xp̄s ue
nit in carne. Et ideo ſolum in ſecūda ſanctificatiōe
per ſupuentionem ſpūs ſancti credit' uirgo mun-
data:ut eiuſdem mundicie & ſimilitudinis:licet im
pari gradu fuit caro xp̄i & uirginis in ipſius uerbi
dei conceptu. Quarto propter finē incarnationis
xp̄i fuit conueniens ipſum de uirgīe naſci. Ad hoc
enim naſcebatur ut electi naſcerentur in filios dei:
qui non ex uoluptate carnis ſicut euangeliū teſtat':
neq; ex uoluntate uiri ſed ex deo .i.dei uirtute na-
ſcuntur. Cuius exemplum apparere debuit in con-
ceptione illius benedicte carnis:in cuius merito eſt
uirtus noſtre redemptionis. Vnde Aug. in libro de
ſancta uirginitate. Oportebat caput nr̄m īſigni mi
raculo ſecundū corpus naſci de uirgine:ut ſignifica
ret ſua membra de uirgine eccleſia ſecundum ſpm̄
naſcitura. Non ſolū autem in conceptu fuit uirgo:
ſed etiam in partu:quia hoc competebat ꝓprietati
ipſiuſmet uerbi dei. Nam uerbum non ſolum in
corde abſq; corruptione concipitur:ſed etiam abſq;
corruptione ex corde ꝓcedit:unde ut oſtēderet' ꝙ
illud corpus eſſet uerbi dei:conueniens fuit ut de ī
corrupto uirginis utero naſceretur. Et hec eſt quē-
dam ratio epheſini concilii:ubi ſic legitur. Quod
natum eſt in carne uerbum dei:matris cuſtodit uir
ginitatem:ſeipſum oſtendēs per hoc uerbum. Ne-
q; enim uerbum noſtrum cum paritur corrumpit
mentem:neq; dei uerbū ſubſtātialē partum eligēs
pemit uirginitatem. Secundo fuit conueniens
quantum ad effectum incarnationis xp̄i & natiui-
tas:nam ad hoc uenit ut noſtram corruptionē tol-
leret:unde non fuit conueniens ut uirginitatē ma
tris naſcendo corrumperet. Nec debuit incipere a
matris iniuria:ut ſibi honorem naſcēdo minueret:
qui parentes honorare preceperat. Exiit ergo xp̄s
de utero uirginis clauſo:nō per dotem ſubtilitatis:
quam ante reſurrectionem non habuit:ſed per po-
tentiam diuinitatis:quia hoc miraculum & alia fe-
cit:permanſit ergo uirgo mundiſſima in eternum.
Nec ſpurcitiā illius demoniaci Eluidii contra quē
eleganter ſcribit Hierony. nominare eſt dignum.
Quomō ergo diceret hoc honorem xp̄i ieſu: qui
eſt unicus patris eterni:ꝙ nō eſſet unicus uteri uir-
ginei impolluti? Multum ergo iniuriatus eſt ille ī-
pius dignitati xp̄i. Iniuriatur etiam bonitati ſpiri-
ritus ſancti:cuius ſacrarium fuit uirginalis uterus:
ī quo cum maxima puritate xp̄i carnem formauit:
unde non eſt decens cogitare īmo impiiſſimum:
ꝙ illud benedictum ſacrariū poſſit decetero uiola-
ri. Quomodo etiam conueniens eſt ꝙ illa que uir
ginitatem allegauerat angelo dei filiū promittēti:
ꝙ iam dei concepto filio quaſi de ipſo non contē-
tā uirginitatem:que in illa miraculoſe conſeruata
fuerat:ſpōte pdere uellet:& alios filios ꝓcreare? Ipſe
etiam ioſeph qui ſe non reputabat dignum intue-
ri illam quam ſciebat ſpūs ſancti habitaculum:quo
modo poſt conceptum diuinum quem cognoue
rat per angelum de ſpiritu ſancto factū auderet cō-
tra uirginem ītemeratam aliquid attētare? Et quia
illius impiiſſimi eluidi error oīno abominandus
erat:ideo euangelium nec dignum nominatione
cenſuit quando ſolum illud tempus excludit a cō-
iunctione ioſeph cum uirgine:ꝓ quo uſq; ad par-
tum uirginis & conceptum poterat dubitari cum
dicit. Et non cognouit eam donec peperit filium
ſuum primogenitum relinquens certiſſimum: ꝙ
ex quo ſpūs ſanctus illum ſāctificauerat uterum &
in ipō formauerat:per ipſumq; ediderat dei filium:
infernale & non humanum fuit poſtea de illa uir-
gine aliquid cogitare ſiniſtrum. Virginitas igit'
glorioſiſſime matris dei ita fuit puriſſima:ꝙ etiam
uoto firmata eſt:& non ſolum ipſius uirgīs: ſed ēt
ipſius ipſeph uirginitas creditur uoto firmata. Vn̄
ipſe Hierony. cōtra illum impium Eluidiū:ioſeph
uirginem dicit. Grata igitur & florida fuit uirginis
matris & ioſeph ſocietas:& ſicut amatores purita-
tis in matrimonio uirginitatis fuerunt a ſpū ſācto
electi:unde poſt uirginem matrem iſtum ioſeph
ſāctiſſimum credo fuiſſe puritatis maximum ama
torem. Sic ergo de dicta uirgine glorioſa uſq; ad
deſpōſationem potes uidere:ꝙ ieſus noſter qui fa
bricatus eſt auroram & ſolem puriorem utroq;:ſuā
matrem uirginem fabricauit & ſibi decentiſſimum
thalamum preparauit.

## Ieſus annunciatus. cap. vii.

Vm igitur tota uirginee perfectio tende-
ret in deſiderium noſtre ſalutis: aduenien
te plenitudine temporum ſecundum diuī
ne diſpenſationis archanum:miſſus eſt gabriel an
gelus a deo ad uirginem deſponſatam:que in ciui
tate nazareth recluſa in camera orationi intenta &
tota in deo leuata ut pie creditur morabatur: Po
tes autem hic cogitare deuote piam examinatiō-
nem factam in diuino conſiſtorio mīa allegante ꝓ
nobis:& ſeueritate iuſticie reſiſtente: ſapiētia quo
q; que xp̄s eſt temperante ꝓ utrunq;:qui & miſeri
corditer ſe pro nobis morti exhibuit:& diuine iu-
ſticie quicquid homo rapuit plene ſoluit. Sic & mi
ſericordia & ueritas ſimul in uno ieſu in pacis oſcu
lo conuenerunt:dum nihil miſericordius q̄ ſe pro
reo morti exponere:nihil iuſtiuſ q̄ integralit' & ple
ne:imo ſupaffluenter ſoluere quod debet'. De hoc
autem Bernar. longo & pulchro ſermone primo
de annunciatione pulchram & longam diſputatō
nem contexuit:ubi debes notare:ꝙ licet ī diuinis
non ſint tales diſputationes uel conſultationes:tā
mens noſtra que diuina intelligit:ſuo modo intel
ligit:& poteſt iſto modo cogitare rationabiliter:&
cōtemplationis ſue dilatare affectum. Diffinito

UVA. BHSC. IyR_070

12

ergo in ſancte trinitatis conſilio potes intueri mē
taliter ꝙ dū illa ſacra puella oraret in camera: odor
uirtutum illius gratiſſime mentis ad illius btē tri-
nitatis maieſtatem inclinandam aſcendit. Nā qua
ſi potes intelligere patrem loquentem: Que ē iſta
que aſcendit ante conſpectum noſtrum tāq̄ uirgu
la fumi ex aromatibus myrrhe & thuris & uniuer-
ſi pulueris pigmentarii: uere ſpē ſua & pulchritu-
dine ſua meum attrahit aīum: ut concupiſcētia de-
corē ſuum. Filius uero iam ſupplicans pr̄i: deſcen-
dam inquit pr̄ ſi placet in hortum huius ſacratiſſi-
me uirginis ut colligam lilia ſue puritatis: nam ip̄a
eſt hortus concluſus: fons ſignatus: fons hortoꝝ:
puteus aquarum uiuentium. Narduſq; ſue humili
tatis me ꝓuocat ut in eius mente recumbā: & de
eius carne mihi tunicam faciam gratioſam: qua in
dutus tāq̄ decore regnabo ī mīa pie redemptis ele
ctis: & prauis demonibus ſupatis: ad nr̄e maieſta-
tis honorem. Spūs ſanctus ait. Nonne uidetis quā
ta charitatis dilatatione mens huius uirginis am-
pliatur? Nunquid etiam non attēditis ꝙ thalamus
eius uirtutis uacat nitore? uidetis miraculum ſtu-
pendius ꝙ in tanta uirtutum plenitudine ipſa ui-
detur humilitatis abyſſus. Nempe ſic ꝓphatum eſt
ꝙ ſuper humilem debeo requieſcere: & orbem ter
re replere: uere uolo ꝙ in hac uirgine ille compleat
uerſiculus que per humilitatem eſt terra: & per me
am irrigationem erit fecunda: Domini eſt terra &
plenitudo eius: orbis terrarum & uniuerſi qui habi
tant in eo. Replebo ergo huius ſacre uirginis tam
mentem q̄ uentrem & erit requies mea in ſeculum
ſeculi: hic habitabo: quoniam elegi eā. Sic ergo ui-
detur dicere pr̄. Et ego hanc amaui & exquiſiui: &
propoſui nihil ſpōſā aſſumere: & amator fcūs ſū for
me illius: unigēitus meus ſit unigēitus ſuus: & tu ſpūs
ſcē ſis ī ea habitator iocūdus. Precedat ergo nr̄e nū
cius maieſtatis & roboret aīam uirginis: ip̄am ſubli
mando nouo ſalutationis munere: & ſibi nuncian
do nr̄e uoluntatis decretum: ꝙ noſipſos plenarie ſi
bi damus. Ego quidem pr̄ do me ſibi in ſuum uni
cum & indiuiduū & amoroſum ſponſum: & filius
dat ſe ſibi i ſuum filiū unigēitū: & tu ſpūs ſācte nr̄
das te ſibi ī ꝑpetuū habitatorē gratioſiſſimum. Igi
tur non tantum mētē uirtutibus ſed utrūq; fecun-
dēs: formando filio meo de ſuis puriſſimis ſangui
nibus corpus humanum: ut ſicut ipſe deſiderat pa
ſcatur in liliis uirginitatis ſue. Vocetur ergo ga
briel qui eſt fortitudo dei: ad quem pater: audi ga-
briel qui fortitudo noſtra interpretaris: ut adimple
as que tibi īponuntur. Vides inquit pater illam uir
ginem: cuius odor ſuauiſſimus corā nobis flagrat:
uides illum hortum plātationis omnium uirtutū
pulchritudine germīare: uides paradiſum uolupta
tis quem plantauimus a principio: ut ſit noſtre di-
uinitatis habitaculum gratioſum: uides fontem ſū
me pietatis quomodo irigat uniuerſam terram: fe
ſtina: accelera: progredere & curre cito nuncia eidē
noſtrum beneplacitum: nuncia ei diuinitatis conſi
lium: dic ſibi dilecte filie ſyon. Aue gratia plena do
minus tecum: benedicta tu in mulieribus: Ecce rex
tuus: ecce dominus tuus: ecce creator & cōditor tu
us uenit tibi ut ſit dilectiſſimus filius uteri tui: ſimul
deus homo redemptor tui & omnium ſuorum ita
ut ipſe idē deus homo ſit filius tuus: & ſis & dicaris
mater dei & genitrix dei: ut ſimul parias & uirgo ꝑ
maneas: & deum dominum tuum immaculata cō
cipias omium electorū redemptorem. Ade: noe:
abrahe: dauid: ceteriſq; pr̄ibus & prophetis reuela
tum nunciatum & promiſſum. Hec autem oīa
predicta multum in contemplatione a deuota mē
te pie dulciter & deuote diſtendi poſſunt ſecundū
dulcedinem ieſu infuſam a ſpiritu ſancto itrinſeco
deuote mentis. Attende autem ꝙ conuenientiſſi-
mum fuit ut beate uirgini nunciaretur per angelū
tantum beneficium. Primo ex parte uirginis: ut ex
tali nuncio eleuaretur mens eius in deum: & ſic ar-
denti charitate flammeſceret: & prius per amorem
ipſum conciperet mente q̄ carne. Vnde Aug. ī lib.
de uirginitate. Beatior maria erat concipiendo fidē
xp̄i q̄ carnem chriſti. Et poſtea ſubdit: materna pro
pīquitas nihil marie ꝓfuiſſet: niſi felicius chriſtum
corde q̄ carne geſtaſſet. Secundo ut uoluntaria ob-
ſequii ſui munera deo offerret totam ſe exponens
& ſubdens obediētie requirentis dei. Tertio ut oñ
deretur eſſe quoddam ſpūale matrimonium inter
dei filium & humanam naturam. Et ideo per ānū-
ciationem expectabatur cōſenſus uirginis loco to
tius humane nature. Et hoc bene deducit Aug. in
quodam ſermone de natiuitate dominica. Requi-
rebatur etiam conſenſus uirginis in ſpāli pro ſuo
matrimonio quo deus pater eam deſponſabat: ut
eſſet unigeniti ſui mater & non ſolum ſui unigeni
ti filii: ſed in ipſo omnium redemptorum. Cōgrue
bat etiam uirgitati matris dei & ſue puritati ut hoc
ſibi angelus nunciaret: quia ut dicit Hiero. Semp ē
angelis cognata uirginitas: & ideo bene angelus
ad uirginem mittitur. Fuit etiam decens ex parte
dei ut ſeruaretur ordo quem ſtatuit: quo medianti
bus angelis diuina hominibus nunciantur. Et hec
eſt ratio dionyſii cap. iiii. angelice Hierarchie ꝙ di-
uinum ieſu benignitatis myſteriū angeli prius edo
cti ſunt: poſtea per ipſos ad nos cognitionis gra-
tia tranſiuit. Sic ergo dei miſſus gabriel zachariam
quōdam prophetam docebat eſſe futurum ex ip̄o:
Mariam autem quomodo in ipſam fieret theanri-
cum ineffabilis dei myſterium formationis. Con-
ueniens etiam fuit ex parte angeli ut oſtenderet ſe
adiuuare humanam ſalutem: ſicut diabolus im-
pulerat ad perditionem: propter quod ſicut prima
ſuggeſtio fuit a diabolo: ſic annunciatio ſaluatoris
ieſu xp̄i ipſi uirgini debuit eſſe ab āgelo. Quod
autem aliqui dicunt angelos myſterium incarna-
tionis ignoraſſe: ſicut patet ex auctoritate dionyſii
ſuperius allegata: angeli primo edocti ſunt. Nec. n.
decuit ignorare angelos beatos quod deus facie-
bat ſcire homines miſeros. Nec aliquid neceſſariū



UVA. BHSC. IyR_070

habent angeli beati ab homine cognoſcere ad ſue cognitionis claritatem. Poteſt tamen dici ſi ſic exponatur: eis innoteſcere per eccleſiam multiformis ſapientia dei in conuerſionem populorum: quia quod prius uident in deo per contemplationem: uident in opibus noſtris compleri per experimẽtalem cognitionem. Quod etiam diony. introducit angelos ſummos xp̄m interrogantes in aſcenſione. Quare ergo rubrū eſt indumentū tuū: non eſt intelligendū ꝙ angeli ſūmi uel infimi ignorauerint xp̄m paſſum: quē etiam lapides inſenſibiles: quaſi fractura compaſſionis cognouiſſe uidentur. Sed dicuntur querere admiratiue & congratulatiue: & iſta ponuntur in ſcriptura ut eleuent mẽtem nr̄am ad concipiendum cum quanta reuerentia & iocunditate ac admiratione ineſtimabilis charitatis & ſapiẽ & triumphalis uictorie xp̄i ipſum tanq̄ dominum ſuū & regem glorie receperunt. Nihilominus iſta alia ratio melius ſoluit: ꝙ. ſ. ſancti oſtendentes incōprehenſibilitatem myſterii ſapientie dei ī opere noſtre redemptionis: dicunt ipſum ignoraſſe. i. nō plene comprehendiſſe. Et aliqua luia huius myſterii reſeruata ſunt xp̄o homini ipſis ſummis āgelis reuelanda: propter quod querere dicuntur: & ab ipſo reſponſionem accipere ut in q̄one intelligatur eorum humile & feruidū deſiderium: & in reſponſione xp̄i clarificatiuum lumen: quo ſeipſum quo ad aliquas rationes prius incognitas angelis manifeſtat: propter quod dicit maximus: ꝙ utrum angeli cognouerint futurā chriſti incarnationem ambigere nō oportet. Latuit autem eos inueſtigabilis domini conceptio atq; modus qualiter totus in genitore totus manebat in omnibus: necnon & ī uirginis cellula clauſus. Vnde & angelus gabriel cum uirgo queſiſſet: Quomodo fiet iſtud ī generali tātum reſpondit uirgini: ꝙ ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te: de ſpecialibus conditionibus illius ieffabilis modi quo uerbum caro factum eſt illum relinquens doctorem quem ſolum nunciabat auctorē.

Vtrum autem iſte gabriel angelus fuerit de ſūmo ordine non facile dixerim: nihil enim inconueniens ſi aliquid ſpāle fieret in miſſionibus angelorum: ut ſummus angelus mitteretur ad uirginem quando ſummus deus & dei filius ueniebat ī ipſā ad ſumendā carnem: propter quod dicit Grego. ſūmum angelum uenire dignum fuerat: qui ſūmum omnium nunciabat. Et ſi dicas ꝙ eccleſia uocat eum archangelum: poſſet dici ꝙ licet archangelus ſit hic nomen ſecūdi ordinis: interpretatio tamen nominis poteſt ualde congrue ſummo āgelo adaptari: ut dicatur princeps omnium angelorum: unde gabriel fortitudo dei dicitur: quia dominum uirtutum & potentem in prelio nunciabat: & omipotentie dei ſummum effectum ꝙ creatura. ſ. unione perſonali ſuo uniretur auctori: & mulier dignitate maternali preferetur angelico ſtatui. Nec obſtat ſi hoc uis ſuſtinere ꝙ in aliis locis ſcripture gabriel mitti aſſeritur: ſicut enim opera ueteris teſtamenti fuerunt prefiguratiua chriſti uenturi: unde etiam aliqui uocantur ieſus uerum ieſum prefigurantes. Sic poteſt dici ꝙ ſi hoc nomen ſecundū aliquam rationem in diuino occulto iudicio alicui inferiori angelo eſt accōmodatum: ſicut dicit diony. de ſeraphim qui purgauit labia eſaie. Si autē dionyſii doctrinam uelis examinare ſubtiliter & ſequi ad unguem: non ſolum nō erit ſeraphin iſte angelus: ſed forſan compelleris dicere ꝙ nec erit archangelus. Ipſe enim uidetur uelle ſecundum ꝙ aliqui exponunt ipſum: ꝙ ſic ordo Hierarchicus inuiolabiliter obſeruatur ut ſolum infimus ordo nobis uiſibili apparitione iungatur: & fiant intermiſſiones intranee infirmorum a ſuperioribus: donec ad infimum ueiatur ordinem: de quo ſolo ordine immediato dicantur nobis angeli apparere. Et hoc propter ſufficientiam illorum ſummorum ſpūum btōrum quia minimus inter eos ex quo beatus eſt ſufficit mentem quantumcunq; uiatricem eleuare ad omnia lumina: que huic noſtre peregrinationi diuina ſapientia dignatur concedere. Quicquid autem ſit de hoc utrum de maiori uel minori: uel de ſecundo ordine ſit ille qui miſſus ſit. Sed ratiōabiliter credere poſſumus ꝙ iſte eſt ſummus omnium qui unq̄ uiſibiliter apparuerunt ad aliquid nunciandum. Apparuit autem corporali aſpectu uirgini in forma uiri: quod quidem congruum fuit primo quia annunciabat aduentum inuiſibilis dei ad uiſibilem carnem: congruum fuit ꝙ uirgini demōſtraret uiſibilem ſpēm. Secundo congruum fuit dignitati matris: que non ſolum in mente ſed in corpore uentreq; erat dei filium receptura. Et ideo nō ſolum mens eius: ſed & ſenſus corporei debuerūt uiſione angelica refoueri. Tertio congruit certitudini eius quod ānūciabatur. Et enim que ſunt oculis ſubiecta certius apphẽdimus: q̄ ſolū imagiata.

Nec eſt contra iſta ſi dicatur ꝙ uiſio corporalis ē īfima: licet enim ſit infima: eſt tamen certiſſima: & tunc poteſt dici infima quando ſolum eſt exterius ſed tunc eſt excelſior uiſio quādo & īterius & exterius anima illuminatur & reficitur: quod nō ē dubiū tunc fuiſſe: unde quantum ē cōueiēs alicui dari angelo ad hūanā mẽtē illūinādā excitādā & īflamandā: & imagīationē formādā & purgādā & ſēſitiuā cōſolādā & letificandā & certificandā: tantū ē credibile huic ſummo nuncio fore datum ad ſacratiſſime uirgini ſeruiendum: diuinitus tāq̄ domini ſui matri. Si autem dicas ꝙ alius fuiſſet ſi nudā angeli uidiſſet ſubſtantiam. Reſpondetur ꝙ hoc nō patitur ſtatus hominis uiatoris. Conuenienti autem ordine ambaſiatam ſibi impoſitam angelus ſacer uirtuoſe compleuit. Tria enim angelus intendebat circa uirginem operari. Primo mentem uirginis attentam reddere ad tante promiſſionis conſiderationem: quod quidem fecit eam noua & inſolita ſalutatione ineſtimabili

UVA. BHSC. IyR_070

ter collaudando:unde dicit Origenes ſuper lucam Quod ſi ſciuiſſet uirgo ad aliũ quépiam factum eē ſermonem ſimilem: utpote que habebat legis ſciẽtiá nunq̃ eam quantũcũq; peregrina talis ſalutatio terruiſſet:in hac autẽ ſalutatione premittit idoneitatem uirginis ad conceptum in eo ꝙ dixit:Gratia plena expreſſit ipſum conceptum & concipiendũ dominum:in eo quod dixit dominus tecum: per hoc enim intendebat exprimere uirgini illum ineffabilem modum ꝙ deus cum ipſe erat per eterná electionem ſicut.cum ſua digniſſima matre. Tertio prenunciauit honorem conuenientẽ ad filii dei conceptum cum dicit.Benedicta tu in mulieribus Et ut ipſam oſtenderet in tali cõceptu ab omni maledictione mulierum pleniſſime ſeparatam his tribus premiſit.Aue:quaſi dicat. Talem ambaſiatam tibi a deo porto ꝙ a te excluditur & in te punitur omne Eue maledictionis corrupte nature:uides ergo q̃ pleniſſime fecit angelus primum ꝙ intendebat.i.mentem uirginis attentam reddere & reuerenť promiſſa conſiderare. Neſcio autẽ modũ quo potuiſſet uirginem tam attentam & ſollicitam reddere:q̃ eam ſic laudando & talia promittendo ſalutare.Animo enim humili nihil eſt mirabilius nec magis nouum q̃ auditus ſue excellentie. Admiratio enim maxime attentionem animo cauſat. Et ideo angelus uolens attentam reddere uirginem ad auditum tanti myſterii congrue ab eius laude icepit:propter quod ſcribitur ꝙ ſapientiſſima uirgo que ſe totam nihil ſentiebat ſub deo admirans: turbata eſt in ſermone eius non cum turbatione ire: ſed admirationis permaxime in promiſſione taliũ magnalium utilitáti ſue. Et ideo cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.Secundum quod tendebat angelus erat uirginem inſtruere de myſterio incarnationis:quod in ea erat implendum. quod quidem fecit prenunciando conceptum & partum dicens. Ecce concipies & paries.Et oſtendendo prolis dignitatem dicit.Hic erit magnus & filius altiſſimi uocabitur &cetá.Et demoſtrando modum conceptionis ſupernalem & ineffabilem:de quo eá etiá remiſit ſpecialius & ſingularius per experientiam inſtruendam ad ſuperiorem magiſtrum ſpiritũ ſanctum cum dicit.Spiritus ſanctus ſuperueniet in te Quid .n.tibi uidetur angelus dixiſſe cum dixit:uirtus altiſſimi obumbrabit tibi:niſi ſeipſum inſufficiẽtem & impotentẽ oſtendere & exprimere id quod ipſa ſingulariter per ſpiritum ſanctum cognoſceret Quis ſibi umbram talem faceret occultationis iſtius ſecreti a qualibet alia creatura ꝙ iſtius ineffabilis occulti experientia eſſet ſoli ſpiritui ſácto:& ipſi uirgini nota.q.etiam aliter dicat.Tu habebis plenitudinem diuinitatis corporaliter in te:cui omnis alia cognitio comparata poteſt merito umbra dici. In hoc etiam uerbo oſtẽdit ꝙ ſpiritus ſanctus umbrá refrigerantis concupiſcentie & totalis eradicatiõis fomitis fecit puriſſime uirgini.In hoc etiam oſtendit ꝙ ineffabile lumen diuinitatis quaſi umbram ſibi condeſcendit& ſe capabile pro modo uirginis tribuit.In hoc etiam oſtendit ꝙ ad tantam nobilitatem matrem uirginem ſubſtulit:ꝙ nulla creatura plene:& cõprehendere & cogitate ſufficit:ſicut illud quod eſt obũbratum & aliis occlutum.Dicitur autẽ obumbratum incertum:quia non ſolum uirginis fecunditas propter ſuam icõprehenſibilitatẽ obumbratur a nobis:ſed ipſa uirgo in omni ſua uirtute circũquaq; nobis eſt incõprehenſibiľ & inexpreſſibilis:quia in iſto actu omnes uirtutes fuerũt ad tantam perfectionem adducte ꝙ omnibus aliis ſunt incognite:& ideo obũbrate:propter quod ſũt bene fatui qui perfectiones mentis uirginis & ineffabiles ſtatus ſibi datos ex tunc uolunt ſecũdum ſuam miſerabilem menſuram taxare: & quibuſdá friuolis:& ſtultiſſimis cauillare rationibus. Vltra hoc etiam in iſto uerbo obumbrabit tibi continetꝰ ꝙ illud obũbrabit.i.circũquaq; exprimit ꝙ ñ ſolũ uirgo in ſe purgabitur a radice fomitis & in omni uirtute perficietur ineffabiliter:ſed etiam in circuitu omnium electorum:& filiorum dei extendetur iſta umbra:ut omnes purgentur & perficiantur ſecundum illam menſuram ſecundum quá inuiſcerantur chriſto & concipiuntur a carne materna. Et quia iſta ſũt ſublimia:imo i intellectũ omnẽ creatũ ſt pieffabiliť ſũt excedẽtia:ideo ñ alicuius alterius uirtus expĩmiť:ſed ſigťariť uirtus altiſſimi obũ. tibi.Tertio itẽdebat ágelus aíam beatiſſime uirginis inducere ád conſenſum:ut illud quod erat ſũmum beneficium fieret uirginis meritum ꝑ cõſenſum:quod & fecit exẽplo Eliſabeth ſterilis:ubi nõ dubitatio uirginis firmatur:ſed eius fides ex cõſortio ſterilis pariture letificatur.Ambro.n.expreſſe dicit ꝙ beata uirgo de uerbis angeli nõ dubitauit.Dicit enim ſuper lucam.Temperatior ẽ marie reſponſio q̃ uerba ſacerdotis.Hec ait.Quomõ fiet iſtud. Ille reſpondit.Vnde hoc ſciá.Negat ille ſe credere quoniam negat ſe ſcire.Iſta non dubitauit eſſe faciendum:quod quomodo poſſet fieri iquirit. Quia uero Auguſtinus uidetur dicere ꝙ dubitauit & ipẽ & ẽs alii exponendi ſunt ꝙ talis dubitatio magis erat admiſtratiõis q̃ icredulitatiſ:pp quod ad admirationẽ ámouẽdá qa de táta admirabatꝰ dignatiõe dei ad ſe oñdiť ei magna dignatio dei ad ipſá Eliſabet ſterilẽ & ſenẽ:licet ipari g̃du.Et ut oñdat hoc ſub uullo cadere merito:pleniſſimá rõem taľ icarnatiõis oñdit cũ ꝑncipiũ eiuſ dei oĩpotẽtiá noianit cũ diceret: qa ñ erat ipoſſibile apud deũ oẽ uerbũ q.d.nõ mireris ſi talia tibi ꝑmitto:nec paueſcas tue uilitatis conſideratiõe:quia quáto es uerior & creatura inferior:puta mulier iuuencula & uirgo tinella:tanto in te dei omnipotentia magis honorabitꝰ & magnificabitur:& oſtendetur omni creature ꝙ ipſe poteſt ſuum effectum producere de tua uilitate.Et ideo benedicta uirgo conſenti:quia in tue uilitatis reputatione debet dei omnipotentia ſũme

UVA. BHSC. IyR_070

honorari. Potes ergo uidere q̄ eleganter benedictus gabriel ſuam ābaſiatam cōpleuit. Et ideo nūc cum reuerentia audias uocem turturis noſtre: & ſibi dicas. Que habitas in hortis tue excellentiſſime puritatis & plenitudinis uirtualis amici aſcultant te tam angeli reſtaurandi q̄ ſancti patres de iferno liberandi: q̄ exules filii Adam per te redimendi: q̄ etiam ones ſtatus creature in te conſumandi: fac ergo nos audire uocem tuam: ſonet uox tua in auribus noſtris: uox tua dulcis & facies tua decora Reſponde uerbum benedicta uirgo

Quod optant ſuperi. ſ. angeli:

Quod expectant inferi. ſ. patres incluſi:

Quod deſiderant poſteri. ſ. per filiū tuū redimēdi:

Quod appetunt exteri. ſ. appetitus creature in te conſūmandi. Da ergo benedicta uerbū digniſſimi: & uirtuoſiſſimi conſenſus & ſuſcipe uerbum paternum tui diuiniſſimi & uirginalis conceptus. Ecce inquit uirgo glorioſa ancilla domini: fac mihi ſecundum uerbum tuum: ubi experimur. Munus uirginalis conſenſus in pronomine demōſtratiuo. Ecce ſinus uirtualis apparatus in nomine humiliatiuo: ancilla domini. Zelus precordialis appetitus in uerbo optatiuo. Fiat pignus celeſtis promiſſionis & angelici affatus: uerbum tuum. Ad exprimendum autem perfectionem uirginis i iſto conſenſu puto ꝙ deficit omnis lingua: ſed ne hāc perfectionem pretenre uideamur: ad aliqualem cōmendationem ipſius magis balbuciando q̄ exprimendo aliquid uel tenuiter ponam. Attendendū āt ꝙ iſte conſenſus apparet mirabil' ſi cōſideretur.

Ieſus emiſſus celitus. cap. viii

Ec miſſio fuit per incarnarionis benigniſſimam condeſcenſionem: qua deus pater propter nimiā charitatem qua dilexit nos cum uenit plenitudo tēporis ſecundum diuine diſpoſitionis archanum filiū ſuum miſit in uterum uirginis per aſſumptionem noſtre humanitatis. Ad cuius explicationem uidendum eſt q̄ conueniens fuit & neceſſariū: quomodo chriſtus ſeruauit tempus acceptabile & gratum: quomodo in aſſūptione fuit diuine uirtutis opus perfectum: & quō in aſſumendo ſeruauit congruentiſſimum modū.

Quomodo autem fuit conueniens: & neceſſarium chriſtū carnē aſſumere ſatis patet: ſi quis uellet attendere ꝙ per iſtam incarnationem facta eſt reparatio generis humani. Non ſicut dicit Auguſtinns. xiii. de trinitate: ut oſtendamus alium modum deo poſſibilem defuiſſe: cui poteſtati omnia equaliter ſubiacent: ſed ſanande noſtre miſerie conſequentiorē alium modū non fuiſſe. Et hoc idem apparet tam ex parte reparantis dei: q̄ ex parte reparati hominis: q̄ etiam ex parte ipſius reparationis ſiue modi. Quorum omnium ratio eſt: quia non minus eſt res conditas reparare q̄ in eſſe producere & ideo ſicut effectus rerum principium non potuit eſſe niſi deus: ut ſicut omnia creauerat per uerbū increatum: ſic omnia crearet & recrearet per uerbū incarnatum. Quoniam ergo deus omnia fecit: potenter: ſapienter: & optime: decuit ut ſic repararet ꝙ iſta tria oſtenderet: & ſimul cum ipſis ſuam iuſtitiā declararet. Quid ergo potentius q̄ coniungere extrema ſumme diſtantia in unam perſonā? Quid ſapiētius? quid congruentius? q̄ ꝙ ad perfectionem totius uniuerſi cōiunctio fieret primi & ultimi uerbi. ſ. dei: quod eſt omnium principium: & humane nature que ultima eſt creaturarum. Quid beniuolentius q̄ ꝙ dominus propter ſerui ſalutem accipiat formam ſerui? Et hic modus tante benignitatis eſt: ut nihil clementius: nihil benignius: nihil amicabilius cogitari poſſit. Multum igitur conueniens eſt ipſi dei nature: cuius natura eſt bonitas ut ſic in ſūmo ſe diffunderet: ſeq; manifeſtaret noſtram aſſumendo naturam. Iuſtitia uero in hoc plene patuit: quia in ea natura in qua diabolus uicerat primum hominem: in eadem deus in ſecūdo hoie ipſum iuſte deiecit. Et hoc eſt quod dicit Damaſcenus in principio. iii. libri. Per incarnationis myſterium monſtratur ſimul bonitas ſapientia: & iuſtitia: & potentia dei uel uirtus. Bonitas quidem quia nō deſpexit proprii plaſmatoris infirmitatē. Sapientia: quoniam inuenit difficillimam & decentiſſimam ſolutionē. Iuſtitia uero: quoniam merito non aliud facit uincere tyrānum: neq; ui eripi a morte cōmuni hominum q̄ ꝙ homo pro hominibus moreretur: potentia uero ſiue uirtus infinita: quia nihil eſt maius q̄ deum hominem fieri. Conuenientiſſimus ergo erat hic modus ex parte dei. Rurſus quia homo cadens in culpam auerterat ſe: & receſſerat a primo principio potentiſſimo: ſapientiſſimo: & benigniſſimo: & ideo corruerat in infirmitatem: ignorantiā & malitiam: ac per hoc factus eſt carnalis: animalis ſenſualis: & ideo ineptus ad diuinam uirtutē imitādam: ad lucem cognoſcendam: ad bonitatem diligendā. Ad hoc ergo ꝙ homo ab iſto ſtatu repararetur: congruentiſſimū fuit ut ei condeſcenderet benignus deus reddendo ſe illi noſcibilem: amabilē: & imitabilem. Et quia homo carnalis: ſēſualis: animalis: non nouerat: nec amabat: nec ſequebatur niſi ſibi proportionabilia & conſimilia: ideo ad eripiendū ipſū hominē de illo ſtatu peſſimo uerbū caro factū ē: ut ab hoie q caro erat: & cognoſci poſſet & delectabiliter amari: ac per hoc ipſe homo obligaretur ipſū dulciter imitari. Propter hoc dicit Auguſtinus i ſermone de natiuitate. Homo ſequendus nō erat q uideri poterat: deus ſequendus erat: qui uideri nō poterat: ut ex hoc exhiberetur homini. & q ab hoie uideret': & quē hō ſequeret': deus factus ē hō. Et in libro de cathetizandis rudibus. Que maior eſt cauſa de aduentu domini noſtri niſi ut oſtenderet deus dilectionem ſuam in nobis. Et poſtea ſubdit. Si amare piget: ſaltem reamare n̄ pigeat. Poſtremo quia homo reparari non poterat niſi repararetur

Mentis innocentia

Dei amicitia

UVA. BHSC. IyR_070

Et ſui excellentia
que ſoli deo ſuberant.Et hoc non poterat niſi per deum in forma ſerui:& ideo congruum fuit uerbũ incarnari.Excellentiam noſtram recuperare nõ poterat niſi reparator eſſet deus:quia ſi mera creatura tunc homo ſubiectus eſſet mere creature & ſic non recuperaret ſtatum excellentie. Amicitiã dei recuperare non poterat niſi per mediatorem conueniẽtem:qui manus mittere poſſet in utroſq;: & utriq; parti conformis:utriq; parti eſſet amicus:ac ꝑ hoc ſimul eſſet deus & homo. Innocentiam recuperare non poterat niſi dimiſſa culpa:quam dimittere non decebat diuinam iuſtitiam niſi per ſatiſfactionem condignam.Et quia ſatiſfacere non poterat niſi deus ꝓ toto hũano genere:nec debebat niſi hõ qui peccauerat:ideo congruentiſſimum fuit genuſ humanum reparari ꝑ deum hominem natum de genere Ade. Quoniam ergo excellentiã recuperare non poterat niſi per reparatorem excelſũ: nec amicitia reformari poterat niſi per mediatorẽ amicabiliſſimum:nec innocentia reacquiri poterat niſi per ſatiſfactorem ſufficientiſſimum. Excellentiſſimus autẽ repatator non eſt niſi ſolus deus. Amẽbiliſſimus mediator non eſt niſi ſit homo.Sufficiatiſſimus ſatiſfactor non eſt niſi ſit pariter deus & homo. Congruentiſſimum fuit noſtre reparationi incarnatio uerbi: ut ſicut genus humanum in eſſe exierat per uerbum increatum: & culpa ceciderat deſerendo uerbum inſpiratum: ſic a culpa reſurgeret per uerbum decentiſſime & miſericordiſſime incarnatum. Aduidendum autem quomodo ſeruauit tempus acceptabile: & quomodo aduentus tempus eius dicitur tẽporis plenitudo debes ſcire:ꝙ a principio temporis deus potuerit incarnari: noluit niſi a pricipio ſexte etatis precedẽte lege nature & lege ſcripture poſt patriarchas & ꝓphetas: quibus & per quos fuerat incarnatio repromiſſa:& per ipſos multipliciť predicta & prefinita: Horũ autem ratio eſt:quia incarnatio ẽ opus deĩ reparantis.Iuxta quod dictũ eſt: & cõuenit ſecũdũ
Libertatem arbitrii.
Sublimitatem remedii
Integritatem uniuerſi.

Nam ſapientiſſimus artifex hec omnia in agendo attendit. Quoniã ergo libertas arbitrii hoc requirit ut ad nihil trahatur in uita:ſic debuit dominus genus humanum reparare ut ſaltem inueniret qui querere uellet ſaluatorem:& qui nollet querere in ſua malitia iuſte periret.Nullus autem querit remedium niſi cognoſcat morbũ.Nullus querit doctorem:niſi ſe ignorãtem cognoſcat.Nullus querit adiutorem niſi ſe cognoſcat ĩpotentẽ. Quia ergo hõ ĩ prima parẽte lapſus adhuc ſupbiebat in ſcientia & uirtute:ideo premiſit dominus tempus legis nature ĩ quo cõuincereť de ignorãtia:& poſt recognitam ignorãtiam:ſed permanente ſuperbia de uirtute qua dicebať:non deeſt qui impleat.Addit deus legem preceptis moralibus erudientẽ & cerimonialibus ſimul & iudicialibus aggrauantẽ m Et tunc ut dicit apoſtolus peccatum occaſione accepta per mãdatum factum eſt ſupra modum peccans peccatum. Quia adueniente lege prohibente concupiſcentia & libido creuit trãſgrediendi uitia non legis ſed hominis:propter quod habita ſcientia & cognita ĩpotentia propria cõpulſus eſt homo ſurgere ad diuinam miſericordiam:& gratiam poſtulandam:que ſolum datur per dominum noſtrum ieſum chriſtum:ideoq; poſt legem nature & ſcripture:& non ante ſubſequi debuit ĩcarnatio uerbi dei. Rurſus quia ſublimitas remedii requiriť ut credatur fide firmiſſima:& ametur charitate feruentiſſima tanq̃ myſterium feruentiſſimum & ſaluberrimum:ideoq; congruentiſſimum fuit ut ante chriſti aduentum preirent multa teſtimonia prophetarum tam explicita in uerbis q̃ ĩplicita in figuris:& multis firmis teſtimoniis quod erat ſecretũ & altum:fieret certum & ĩdubitabile ad credendũ: preirent multiplicia promiſſa & ardentiſſima deſideria ut promiſſum expectaretur:expectatum diſferetur:dilatum amplius deſideraretur: deſideratũ tandem gratiſſimum:exhibitum feruentius amaretur:gratius ſuſciperetur: & ſolicitius ſeruaretur.

Poſtremo quoniam integritas & perfectio uniuerſi requirebat ut uniuerſa eſſent ordinata quantum ad loca & tempora:& hoc opus incarnationis perfectiſſimum erat inter omnia opera diuina:& proceſſus debet eſſe ab ĩperfecto ad perfectum:& non econuerſo:hinc eſt ꝙ hoc opus debuit fieri in fine temporũ. Et ſicut primus homo q̃ erat totius mũdi ſenſibilis ornamentum:ultimo fuerat conditus ſ.ſexta die ad totius mundi cõplementum:ſic ſecũdus homo ad totius mundi reparationis cõplemẽtum:in quo primum principium cõiungitur cum ultimo.ſ.deus cum noſtro limo fieret in fine tẽporũ.ſ.in ſexta etate que etas eſt apta ad exercitium ſapientie:quia multa tranſierant experimenta: & ad eneruãtionem concupiſcentie:quia multa apparuerant indicia:& ad tranſitum a ſtatu turbinis ad quietem mentis:quia tunc promittunt celeſtia premia que om̃ia conueniunt illi ſexte etati decurſus mũdi tam per experientiam preteritorum tẽporum q̃ per effuſionem chariſmatum q̃ chriſtus in ſuo aduentu largiſſima pietate portauit. Quoniam ergo aduentus chriſti dicitur tempus legis gratie & exhibitionis gratie repromiſſe:& ẽ principiũ ſexte etatis:& omnia iſta dicũt plenitudinem: quia lex gratie implet legem ſcripture.Nõ enim uenit chriſtus ſoluere legem ſed implere:& ſolutio promiſſi implet promiſſionem:ſicut dicit apoſtolus ĩ actibus.Annunciamus uero eam que ad patres noſtros facta eſt repromiſſio:quoniam hanc adimpleuit deus filiis ueſtris reſuſcitans ieſum. Et ſexta etas ratione perfectionis ſenarii ſonat plenitudinem:hinc eſt ꝙ in aduentu fili dei dicitur plenitudo tẽporis:non pp hoc ꝙ in principio aduẽtus finiatur tẽpus:ſed q̃a ſpũalia myſteria impleantur.

UVA. BHSC. IyR_070

Sicut autem chriſtus non debuit uenire in principio temporis: quia aduentus eius nimis fuiſſet feſtinus: ſic nec differre uſq; ad finem ultimum: qa tunc nimis eſſet tardus. Decebat enim ſaluatorem incarnari poſt debitam cognitionem morbi: & ante tempus iudicii introducere tempus remedii. Decebat etiam mediatorem habere quedam membra ſua precedentia: quedam ſubſequentia. Decebat ét perfectum ductorem tunc ſe oſtendere: cum eſſet oportunitas currendi ad brauium: & hoc eſt in fine temporis poſt probatum multiplicem lapſum & mortis & mundi defectum: & iam apparente aliqua approximatione ad iudicium finale: ut per timorem iudicii ſtimulati: & ſpe premii accenſi & ꝑ perfectionem ieſu chriſti cum tanta charitate & uirtute animemur & uigoremur ad perfecte ſequendum ducem uirtutum ieſum: quouſq; perueniamus ad brauiũ beatitudinis ſue. Quomodo ãt fuerit incarnationis ſue opus perfectum: debes ſcire ꝙ incarnatio eſt opus totius trinitatis. Cũ enim ſit quidam effectus & ſummus ab omnipotentia dei productus: & omne id quod dicit effectum in creatura ſit cõmune tribus: neceſſe eſt a tota trinitate procedere. Et hoc ſatis oſtendit angelus cum dicit. Spirirus ſanctus ſuperueniet in te: & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. Nomine altiſſimi intelligit̃ pater cuius eſt illud opus per auctoritatẽ: quia eius fuit proprie mittere filium ſuum. Nomine uirtutis intelligitur filius: cuius eſt illud opus tãq̃ ſuppoſiti: perſona autem ſpiritus ſancti proprio nomine nuncupatur: cum dicitur. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. Attribuitur autem ſpiritui ſãcto opus incarnationis triplici ratione: primo quia hoc congruit cauſe incarnationis: que ſi conſideretur ex parte dei eſt mera charitas & amor: unde Io. iii. Sic deus dilexit mundum ut filium ſuum daret. Spiritus autem ſanctus eſt amor patris & filii. Secundo ſi cõſideretur ex parte nature aſſumpte. per hoc enim datur intelligi ꝙ natura humana eſt aſſumpta a filio dei in unitate perſone: non ex aliquibus meritis: ſed ex ſola gratia que ſpiritui ſancto attribuit̃ ſecundum illud Cor. xii. diuiſiones gratiarum ſũt: idem autem ſpiritus: unde dicit Auguſtinus. Iſte modus quo natus eſt chriſtus de ſpiritu ſancto inſinuat nobis gratiam dei: qua homo nullis precedentibus meritis ex ipſo primo exordio nature ſue quo eſſe cepit: nerbo dei copulatus in tanta unione perſone: ut idem ipſe eſſet filius dei. Dicit etiã in librode predeſtinatione ſanctornm. Ea gratia fit ab initio fidei ſue quicunq; chriſtianus: qua gratia homo ille ab initio ſuo factus eſt chriſtus. Modo glorietur quicunq; uult ꝙ aliquid preceſſerit unde primam a deo meruit gratiam: & tunc falſificabat argumentum in auctoritate prefacta. Tertio etiã hoc cõuenit termio incarnationis. Ad hoc enĩ terminatur incarnatio: ut ille qui concipiebatur eſſet ſanctus & filius dei: utrũq; autem horum attribuitur ſpiritui ſancto: nã per gratiam efficimur filii dei ſecundum illud. Ad Gal. iiii. Quoniam eſtis filii dei: miſit deus ſpiritum filii ſui clamantem abba pater. Ipſe etiam ſpiritus ſanctus dicitur ſpiritus ſanctificationis. Ad Roma. i. Sicut ergo alii qui per ſpiritum ſanctum ſanctificatur ſpiritualiter ut ſint filii dei adoptiui. Ita per ſpiritum ſanctum eſt ieſus in ſanctitate conceptus ut eſſet filius dei naturalis propter quod concluſit angelus beate uirgini cũ dixiſſet. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. Ideoq; quod naſcetur ex te ſcũm: uocabitur filius dei. Per illam autem aſſumptionem facta eſt unio diuinitatis cum humanitate: ita ꝙ diuina natura non tantũ ſibi uniuit carnẽ ſenſibilem: ſed & ſpiritum rationalem ſecundum potentiam: uegetandi: ſentiendi: & intelligendi. Quia ergo homo corruptus fuerat ſecũdũ oẽm ſui partem: totũ debuit aſſumere ĩ aĩma & in corpore ut totum curaretur. Quia uero pars carnis magis eſt nota noſtre ſenſualitati: & caro magis diſtat a deo: ut expreſſior fiat denominatio: & magis exprimatur dei humiliatio: & profundior oſtendatur dignatio: hic eſt ꝙ opus illud nõ dicitur animatio: licet aſſumpſerit animam. Sed magis propter aſſumptionem carnis nominatur ĩcarnatio. Attende ergo miſer homo cum quanta reuerentia debes te totum deo in holocauſtum ſacrificii perfecte offerre: qui totus es in chriſto aſſũptus: & erubeſce aliquid ĩmũdum in tua mente cõmittere uel carne: que filio dei in chriſto unita eſt unitate perſone. Hec autem unio non poteſt fieri ĩ unitate nature: quia dĩna natura cum ſit ſimplex & inalterabilis non poteſt: ſicut pars concurrere ad cõſtitutionem tertii: nec poteſt in aliquam aliam naturam ĩmutari: nec aliquid aliud in ipſam conuerti: ideo neceſſe fuit hanc unionem fieri in unitate perſone & ſuppoſiti. Et quoniam diuina natura in nullo ſuppoſito poteſt ſubſiſtere niſi in proprio: ideo illa unio non potuit eſſe in ſuppoſito uel perſona hominis: ſed dei. Ac per hoc diuinum ſuppoſitum ſe fecit humane nature ſuppoſitũ in chriſto: & ita eſt ibi tanta unitas perſonalis & unitas ſuppoſiti. ſ. ex parte aſſumentis dei. Attende autem ꝙ humana natura in chriſto nunq̃ habuit aliquod eſſe perſonale uel ſuppoſiti: niſi ſolum ſuppoſitum uerbi. Ex unione enim anime: & carnis chriſti non reſultauit eſſe ſubſiſtẽs per ſe ſuppoſiti uel pſone create: quia ſimul tempore ut infra patebit: fuit unio anime & carnis in chriſto ieſu: q̃uis in aliis hominibus ex tali unione reſultet eſſe perſonale creatum: quia hoc fuit ut ad maiorem nobilitatem ĩ ĩfinitũ illa unio tenderet. ſ. ad eſſe perſone increate: unde ĩ infinitum melius fuit chriſti humanitati non habere eſſe creatum per ſe ſubſiſtens: ut ex hoc cõmunicaretur ſibi eſſe perſonale diuine nature. Exemplum autem eſt in omnibus formis gradatim ordinatis ad ulteriorem formam magis perfectam: licet enim ſenſitiuum in homine non conſtituat eſſe per ſe ſubſiſtens: quia tamen ordinatur ad nobiliſſimam formam incorruptibilem: &

UVA. BHSC. IyR_070

intellectualem.ſ.animam rationalem multo meli
us eſt in ipſo homine q̄ in brutis: in quibus conſi-
ſtit ſuppoſitū. Attēde āt ꝙ unio humane nature
in perſona filii dei non debet dici acci dentalis: ſed
ſubſtantialis.Licet enim humana natura aduenerit
perſone filii dei cōplete:quia tamen perſona fili dei
ſuum eē perſonale cōmunicat:quod non ſit in alte
ratione accidentium:hinc ē ꝙ illa unio debet dici
ſubſtantialis & non accidentalis. Subſtantia enim
non ſolum dicitur materia & forma:ſed etiam ſup
poſitum:& ideo unio in ſuppoſito merito dici-
tut ſubſtantialis.Sic igitur patet ꝙ illa unio anime
& carnis ulterius terminata fuit ad nobilius eſſe.ſ.
perſone filii dei quā ſi conſtituiſſet proprium eē p-
ſonale:ita ꝙ aſſumptio nullam dignitatem ademit
humanitati:ſed auxit:felix tamē ille proprie ſubſtā
tie uel ſubſiſtentie defectus:licet nullo modo poſ-
ſit dici defectus:ſed ſic pro deuotione liceat loqui:
qui in tantum perfectum aſcēdit:ut ex hoc homo
eſſet ſuper omnia benedictus deus. Sic & anima
mea neq̄ & impia deficiat tuum per te exilire in p-
prio uelle:ut poſſit perſiſtere pleniſſime in dei uo-
luntate:ut illud Apoſtoli in te uerificetur. Adhere-
re deo &cetera. Et illud. Viuo ego &cetera. Sicut igitur
unio naturarum in chriſto non poterat fieri huma
nitate habente propriam perſonalitatem:niſi ipſa
non exiſtente perſona aſſumeretur in diuinam:ſic
nunq̄ fiet in te cum dei unio uoluntatū per gratiā:
niſi tua uoluntas propria totaliter deficiat:imo ue-
rius proficiat ut ſit diuina non tua. O q̄ felicius tua
uoluntas eſt diuina qm̄ tua. Sicut felicius eſt deum
eſſe q̄ malum hominem. Malus enim ſemper ens
in te:ſed deus in deo:quia talibus qui a ſua uolun
tate deficiunt & in deo proficiunt dicitur. Ego dixi
dii eſtis. Et propter hanc felicē ſincopam dicit ſen-
tiēs. Deficit cor meū & caro mea:deus cordis mei
& pars mea deus in eternū:uere qui ſe elongāt ab
hac unione peribunt:ſicut ſequitur. Ecce qui ſe elō
gant a te peribunt. Sicut autem in corpore chri-
ſti myſtico non eſt niſi chriſtus ieſus cum mēbris
ſuis non habēs aliud eē niſi diuinū:ſic & in infer-
no non eſt niſi lucifer cum ſua uolūtate peſſima &
infelicia ſua mēbra que noluerunt diuine uolūtati
ſubiici:ſed ꝓpria uoluerūt uolūtate abuti. Iſta āt
perſonalis unio licet de potentia abſoluta potuerit
fieri a qualibet perſona diuina:congruentiſſimum
tamen fuit ut fieret in uerbi perſona. Ad hoc enim
fiebat incarnatio ut fieret humane nature reconci-
liatio. Reconcilians autem mediatoris habet offi-
cium. Medicatio autem proprie cōpetit ipſi filio:q
ē media in trinitate perſona. Ipſe etiā mediator &
reconciliator debuit humanam naturā in omni-
bus ſuis mēbris adducere

Ad diuinam cognitionem
Ad diuinam conformitatem
Ad diuinam filiationem

ut ſit quod bene fuerat conditum:& per peccatum
deſtructum:tandem per dei ſapientiam eſſet artifi-
cioſiſſime reparatum. Nullum autem magis decet
ad diuinam cognitionem q̄ ipſum uerbū quo pa-
ter ſe dedit:quod etiam rationabiliter ē unibile car
ni ſicut uerbum uoci. Nullum etiam magis decet
reducere ad dei conformitatem q̄ filium qui eſt
imago patris. Nullum etiam decet magis cōicare
ſimilitudinem diuinam per adoptionem q̄ natu-
ralem filiū. Et quia artifex per eādem artem reſtau
rat deſtructum:per quam primo benefecit condi-
tum. Et filius dei eſt ars plena omnium rationali-
um uiuentium. Nullum magis decuit fieri filium
hominis ad reſtauratione nature q̄ ipſū filium dei
uerbum imaginem & artem eternam. Quia ue
ro ut dictum eſt unio eſt perſonalis:ac per hoc ſū-
ma unionū poſt illā ineffabilē unionē diuinarū per
ſonarum in unitate nature. hinc eſt ꝙ rationabiliter
eſt neceſſario ſit cōmunicatio idiomatū. Cum igi-
tur actus & operationes ac paſſiones ſint ſuppoſi-
torum:quicquid agit homo ieſus uel patitur totū
agit:uel patitur ſuppoſitum uerbi:& quicqd dicitur
de filio dei poteſt dici de filio hominis:& ecōuer-
ſo:niſi ſit uocabulum in quo aliqua repugnātia in-
cludatur:ſicut ſunt illa in quibus includitur reſpe-
ctus unionis nature unius ad alterum. Sicut uniri
incarnari:aſſumere:aſſumi:uel negatio alicuius:cu-
ius oppoſitum alteri cōpetit:ſicut incipere eſſe crea
ri:& ſimilia in quibus non ē cōmunicatio idioma-
tum:quia per tales locutiones datur occaſio erro-
ris:unde non eſt ita concedenda homo aſſumit di
uinam naturam uel uniuit eam ſibi:uel ꝙ eſt incar
natus & ſimilia. Et ſimiliter non eſt concedendum
ꝙ iſte homo demōſtrato chriſto ſit creatura:uel ice
perit eſſe:uel ſit minor patre: niſi ſpecificaretur ſecū
dum humanam naturam. Et hoc quia Arriani &
manichei in hoc dei filiū impie blaſphemantes di
cunt ipſū uerbum eſſe creaturam:incepiſſe mino
rem eſſe patre. Quomodo autem modus con-
gruentiſſimus fuerit patet:ſi attendas que dicta ſūt
& alia que dicentur. Modus autem hic fuit: q̄ an-
gelo nunciāte uirgini uirgo beatiſſima credidit ap
petiit & conſenſit. Spiritus ſanctus ſuper eam uenit
q eam ſāctificauit & fecundauit:cuius uirtute in in-
ſtanti uirgo concepit ieſum chriſtum uerum deū
& dei filiū & hominem perfectum ſāctum & ima
culatum:ipſa beatiſſima uirgine remanente uirgi-
ne & integra in eternum. Vide ergo cū quanta ra
tione in incarnationis opere talis modus eſt habi-
tus:decuit enim ipſum deum in opere tam ſubli-
mi agere congruentiſſime cōmuniſſime comple-
tiſſime. Congruentiſſimus autem modus eſt: ut
medicus ex oppoſito reſpondeat morbo:& repara
tiō lapſui:& remedium nocumento. Quia igitur
humanum genus lapſum fuerat per diaboli ſug-
geſtionem:& per conſenſum mulieris decepte ſci-
licet Eue:& per generationem concupiſcentialiter
tranfundentem originale in prolem:cōgruum fu
it ꝙ econtrario hic eſſet angelus bonus annūcians
& ſuadens bonū:& uirgo credens & conſentiens

UVA. BHSC. IyR_070

in bonum ſuaſũ:& charitas ſpiritus ſancti ſanctifi-
cans & fecundans ad conceptum ĩmaculatum:ut
ſic contraria contrariis curẽtur. Ac per hoc ſicut mu
lier decepta per diabolum: & per uirũ peccatorem
cõcupiſcentialiter cognita & corrupta:tranſfudit ĩ
omnes culpam:morbum:& mortẽ: ſic mulier per
angelum erudita:& per ſpiritum ſanctum ſanctifi-
cata & fecundata abſq; omni corruptione tam mẽ
tis ꝗ̃ corporis prolẽ generaret:que oĩbus ad ipſam
uenientibus daret gratiam ſanctitatem & uitam.

Attende autem ꝙ hec beatiſſima uirgo huic cõ
ceptioni materiã puriſſimam miniſtrauit ſpiritu ſã
cto ſuper eam ueniente & in ea eradicante totaliter
fomitẽ & eam ſupernaturaliter fecundante: ita ꝙ
actionẽ ſpiritus ſancti illa materia de qua formatũ
ẽ corpus ieſu digeſta & ad uterum uirginis abſq;
aliqua ſui corruptione & libidine aducta fuit & for
mata & organizata:ita ꝙ totũ illud quod actiue fa
cit ſemen uiri in formatione humani corporis:to-
tum ſuppleuit & fecit in uirgine uirtus ſpiritus ſã
cti cum ineſtimabili mundicia & puritate:ſicut ipſe
deus eſt mundus:propter ꝙ chriſtus dicitur cõce-
ptus de ſpiritu ſancto:ut iſta prepoſitio de ĩportet
habitudinẽ cauſe efficiẽtis reſpectu corporiſ per ap
propriationẽ ut dictũ ẽ.Reſpectu ãt ſuppoſiti xp̃i
ꝙ eſt perſona diuina habet hitudinẽ cõſubſtantiali
tatis.Et ideo hoc ipſo ꝙ credit̃ xp̃s cõceptus de ſpi
ritu ſancto habet habitudinẽ propriã reſpectu cor-
poris per ipſũ formati: habitudinẽ autẽ cõſubſtan
tialitatis habet ad perſonam aſſũmentem. Licet
autẽ Criſoſtomus ſuper Mat. & Dam̃.li.iii.uideã-
tur dicere ꝙ.ſ.ſ.ſiue ipſa diuina ſapientia & uirtus
fuerint uelud ſemen in conceptione ieſu.Et Hiero
nymus multũ uideatur hoc deteſtari:tamẽ facilis ẽ
concordia utrorũq;:quia cum ſancti ſint:idem oĩ-
no intendunt.In ſemine.n.intelligitur uirtus acti-
na.Et ſecũdũ hoc Criſo.& Dam̃. cõparant ſemini
ſpiritum ſanctũ uel filiũ qui ẽ uirtus altiſſimi. In ſe
mine etiã intelligitur ſubſtantia corporalis deciſa a
patre:que in cõceptiõe trãſmittitur. Et hoc modo
ſanctiſſime Hieronymus negat ſpiritum ſanctũ fu
iſſe pro ſemine.hoc enim dicere imũdiſſimum eſt
& blaſphemũ. Licet ãt chriſtus dicat̃ cõceptus
de ſpiritu ſancto & de maria uirgine: ꝓpꝛie tamen
beata uirgo dicit̃ mater xp̃i:quia ipſũ uere genuit
ſicut uera mater ĩ ydẽptitate ſue ſpeciei & ĩ natura
uiuẽte:& ſecundum generationẽ edita:& hoc ſuffi
cit ad rationem maternitatis. Spiritus ſanctus ãt
licet ſit principiũ actiuum in generatione chriſti:
non tamẽ dicitur pater chriſti:quia ipſe non genu
it chriſtũ ſimilẽ ſue ſpeciei: ſicut pater generat filiũ
Nec de ſubſtantia ſpiritus ſancti aliquid eſt trãſmu
tatum in formatione chriſti:quod tamen requiri
tur ad rationem paternitatis in productione oĩum
hominum. Nec etiã ipſe chriſtus dici debet̃ ado
ptiuus filius ſpiritus ſancti:nec dei patris nec toti
us trinitatis:quia illud quod dicitur de aliquo ſecũ
dũ perfectam rationẽ filiationis:unde ꝗ̃uis ſecũdũ
naturam humanã ſit creatus & iuſtificatus:non ta-
men debet dici filius dei nec ratione creationis nec
ratione iuſtificationis: ſed ſolum eterne generatio
nis ſecundũ quã ẽ filius ſolius patris.Et quia filia-
tio eſt proprietas perſonalis filii dei:& homini xp̃o
eſt cũmunicatũ eẽ perſonale ex mera gratia: & nec
eſt ſingulariſſima dignitas humanitatis xp̃i. ideo
chriſtus ẽt ſecũdũ ꝙ homo nõ debet dici filius ad
optiuus nec filius.ſ.ſ.nec etiã totius trinitatis ſed ſo
lum uerus & naturalis filius dei patris: ut per hoc
exprimatur illius excellentiſſime humanitatis di-
gnitas perſonalis. Quia uero illud opus a deo
proceſſit modo cõiſſimo:per uerbum enim incar-
natum reparatur lapſus hominum et ruina ange-
lorum & lapſus hominum reparatur ſecundum
utrunq; ſexum: ut medicamentum ſit cõe oĩbus
decentiſſimum fuit ꝙ ad incarnationis myſterium
fieret concurſus angeli:mulieris:& uiri. Angeli:ut
denunciãtis & cõgaudẽtis. Mulieris.ſ. uirginis:ut
cõcipientis ĩ utero:uiri uero ut cõcepte prolis in eẽ
perfecto: ut ſic Gabriel angelus eẽt nuncius patris
eterni:uirgo ĩmaculata eẽt templum ſpiritus ſancti
proles concepta eẽt ipſa perſona uerbi. Ac per hoc
in cõmuni reparatione omniũ cõmunis fieret con
curſus trium de triplici hierarchia dilatato nomine
hierarchie diuina.ſ.angelica & humana. Licet ãt
filius dei carnẽ aſſumere potuiſſet de quacũq; ma-
teria uoluiſſet:conſequentiſſimum tamẽ fuit:ut de
beatiſſima uirgine carnem acciperet. Primo qui
dem tota natura hũana nobilitata eſt:unde Augu.
in libro.lxxxiii.q.dicit hominis liberatio in utroq;
ſexu debuit apparere.ergo quia uirũ oportebat ſu-
ſcipere qui ſexus honoratior eſt:cõueniẽs erat ut fe
minei ſexus liberatio hinc appareret: ꝗa ille uir de
femina natus eſt. Secundo quia per hoc ueritas
incarnationis aſtruitur:unde Ambroſius libro de
incarnatione.Multa ſecundum naturam inuenies
& ultra naturam:ſecundum conditionem & enim
nature in utero femine corporalis fuit:ſed ſupra cõ
ditionem uirgo concepit & genuit:ut crederes ꝗa
deus erat qui innouabat naturam:& homo erat ꝗ
ſecundum naturam naſcebatur ex homine. Et Au
guſtinus dicit in epiſtola ad uoluſianum. Si omni
potẽs deus hominẽ undecunq; formatum:nõ ex
materno utero crearet ſed repentine inferret aſpe-
ctibus nouam opinionem cõfirmaret erroris:nec
hominem uerum ſuſcepiſſe ullo modo crederetur
& dũ omnia mirabiliter facit:aufert ꝙ miſericordi
ter fecit.Nunc uero inter deum & hominem me-
diator apparuit:ut in unitate ꝑſõe copulans utrãq;
naturam: & ſolita ſublimaret inſolitis:& inſolita
ſolitis repararet.Tertio quia hunc modum cõple-
ctitur omnis diuerſitas generationis humane. Nã
primus homo productus eſt de limo terre ſine ui
ro & femina:Eua producta eſt ex uiro ſine femina
ceteri uero homines producuntur ex uiro & femi
na:ũde hoc extremũ ꝗ̃ſi xp̃o cõueniẽtiſſime relictũ
ẽ ut p ſpũm ſcũm ꝓduceret̃ de femĩa ſine uiro.Põt

UVA. BHSC. IyR_070

etiam ratio quarta addi:quia per hoc predeſtinatio eterna:que beatam mariam ad dignitatem maternitatis cum uirginitate elegerat:per hunc modum hoc ipſum cōpleuit:ipſam ſuper omnem purā creaturam ineſtimabiliter exaltando. Habuit autē hec cōceptio tria nobiliſſima priuilegia.ſ.ꝙ eſſet ſine peccato originali:ꝙ eſſet nō puri hominis: ſed dei & hominis:ꝙ eēt conceptio matris & uirginis Iſta tria a natura non habuit:ſed a ſpiritu ſancto.Et ideo dicit Dam̄.quantum ad primum: ꝙ ſpiritus ſanctus ſuperueniēs uirgini purgans ipſam.i. preſeruans ne cū peccato originali conciperet: fomitem totaliter extirpando. Quantum ad ſecūdū dicit:& uirtutē uerbi dei ſuſceptiuam tribuens.i.ut cōciperet uerbū dei. Quantū ad tertium dicit. Simul autem & generatiuā:ut.ſ.manens uirgo poſſet generare. Attēde autem ꝙ caro xp̄i ſemper dicitur a peccato fuiſſe imunis.Et quando caro xp̄i comparatur ad Adam & ad alios patres:dupliciter contingit errare in hac cōparatione.uno modo ſi attribuatur chriſto uel eius carni conditio peccati. puta ſi dicatur ꝙ chriſtus in adam peccauit: uel ꝙ in Abraham deciatus fuit.Iſtud enim falſum ē:qa non eo modo fuit in patribus ut peccatum poſſet ad ipſum deriuari:quia nō fuit in eis ſecundum legem concupiſcentie ſiue ſecundū rationem ſeminalem:ſed ſolum ſecūdū corpulentā ſubſtantiam. Alio modo cōtingit errare ſi attribuamus ei quod actu fuerit in patribus primis:ut ſi dicatur ꝙ caro chriſti ſecundū ꝙ in chriſto fuit ſine peccato:ita ēt in Adam actu fuit ſine peccato.per hoc dantes intelligere ꝙ in Adā & in aliis patribus fuit aliq̄ pars eius que peccato non fuit obnoxia & ſic traduceretur munda uſq; ad uirginē:ex qua corpus xp̄i poſtea formaretur:quod falſum ē:quia caro chriſti nō fuit ſecūdū aliquid ſignatum quod poſſet diſtingui a reliqua carne:ſicut purū ab īpuro in Adam & in aliis patribus.Caro etiam humana peccato inficitur:quia per concupiſcentiam concipitur:nihil āt eſt in prole ꝙ non concupiſcentia trahatur a parente:& ideo in eis nihil fuit mundum:ſed in beata uirgine totum ē mūdatum per ſpiritum ſanctū. Poſtmodum autem quia incarnatio proceſſit modo cōpletiuo.hinc ē ꝙ in cōceptione cōpletio debita fuit in prole:in conceptu:& in modo concipiendi:quia uero conpletio debuit eſſe in prole hinc eſt ꝙ in inſtanti facto conceptu uirgineo non ſolum facta fuit totalis uirginis ſanctificatio:ſed etiā ipſiuſ benedicte particule de qua debuit benedictū chriſti corpus formari diſtinctio:& ad locum uteri uirginalis mundiſſima

Deductio
Conſolidatio
Confirmatio
Animatio illius carnis

& per unionem anime ad carnem uiuificatio:& totius hoīs plena & perfecta ad pſonā filii dei unio: ut ſic uirgo uere dei filiū cōcipet per unionē carnis ad diuinitatē:mediante ſpiritu rationali:per quem tāq̄ per mediū caro idonea erat ad unionē. Quia uero completio debuit eſſe in conceptu:ideo completus ē ille q̄rtus modus pducēdi humanā naturā de muliere ſine uiro de quo dictum eſt ſupra. Quia ēt cōpletio debuit eſſe in uirtute concipiente.hinc eſt:ꝙ in cōceptione filii dei ſimul cōcurrit

Virtus innata
Virtus infuſa
Virtus etiam increata

Prima materiā preparauit.ſecūda ſegregādo purificauit.tertia ſubito perfecit. Et ſic beatiſſima uirgo maria fuit cōpletiſſimo mō mr̄ filii dei ſpū ſcō

Purgante
Excitante
Adiuuante
Eleuante

naturam ipſius ſanctiſſime uirginis:& cōplete faciente etiā cōceptū illius diuiniſſime prolis. O qs ſufficiēs ē ītelligere quale fuit illud de celo īmiſſū īcendiū:collatū refrigeriū:infuſū ſolatiū:tā in ſacratiſſime uirginis mente q̄ carne? Quāta fuerit nobilitatio generis humani in cōcepta prole:quātaq; deſcenſio maieſtatis:& q̄ ineſtimabilis ſublimatio uirginis matris: uere nullus deuotus & uere catholicus debet negare:quin tunc tanta perfectio gratie tanta abundantia cariſmatum diuinorum:& tanta uirtutum omniū cōſumatio fuerit beatiſſime uirgini matri dei ī illo cōceptu data:quanta pōt recipere uiatrix creatura ſine unione perſonali. Et ſic in oībus poſt filiū ſanctiſſima mat̄ habuit perfectiſſimum & ineffabiliſſimū ſtatū cōſumatū ī omni pfectione actiue & cōtēplatiue abſq; aliq̄ diminutione & defectu. Opinor autē pie erigendo mentem ad uirginis matris excellentiam: ꝙ ex tūc mēs eius taliter fuit ſtabilita ꝙ ſine aliqua interruptiōe fuerit ſumme in contemplationis actu & guſtu:& hoc ſupra omnem modum alterius creature.citra tamen beatificā uiſionem. Et puto ꝙ oīs ignorantia non ſolum culpabilis:quia de illa non ē dubiū.nunq̄.n.habuit:ſed ēt oīs ignorātia quomodolibet dicēs defectū ex peccato originali tm̄ fuit ſibi ex tūc ablata & pleniſſimus hītus ſapiētie totā ipſius mētē pficiēs fuerit ſibi a ſpū ſcō infuſus:maxime q ſuffragatur ad uirtutū perfectōem:Et ꝙ occupatiōes exterioꝝ ſenſuū nūq̄ recolectionē mentis & cōtēplatiōis actū īpedirent ī ea:& ipſe cōtemplatiōis actus mētē pleniſſime ī deū recolligēs nō īpediuit debitū & uirtuoſi officiū adminiſtratiue partis inferiorū ſenſuum:quin & ſe dulciſſime miniſtrauerit dilectiſſimo ieſu filio humilitatis ſue tā ī infantilibus neceſſitatibus corporis ſui:q̄ in aliis q̄ ī decurſu uite ſue circa ipſū ē ſenſibilit̄ opata:q̄ etiā ī oībus aliis q̄ ad inſtructionē & utilitatē proximi ſiue apoſtolorum:ſiue quorūcūq; alioꝝ neceſſaria uidebātur:īmo iſte due pfectiōes actio & cōtēplatio puto ꝙ in ipſa ex ineſtimabilitate glorie ſue & uirtutum ſe mutuis reſpectibus intendebat.

UVA. BHSC. IyR_070

Nec puto ꝙ ſomnus qui nobis inabyſſat & ſepelit
actus rationis & liberi arbitrii: & per conſequens
actum meriti & demeriti in illa habuit hunc effe-
tum immo puto ꝙ liberum arbitrium ſuum ī ipſa
non fuerit ex ſōno ſubmerſum: ſed anima ſua libe
re & actu meritorio ſimul & contēplatiuo nō ob-
ſtante ſomno tendebat in deum. Et alias multas
perfectiones reputo ipſam tunc conſecutam no-
bis ineffabiles & icōprehēſibiles. Que etiam ſecū
dum experimenta noſtre infirmitatis & corruptio
nis īpoſſibiles uiderentur. Ad iſta autē ſentien-
dū de uirgine matre dei reuerēdiſſima mouent me
illa q̄ īdubitanť tenemuſ de ipſā. Ex quibus ſupradi
cta uere poſſunt concludi .ſ. Plena expurgatio &
fomitis eradicatio: & omnis originalis infectiōis
Plena aſſimilatio totius carnis uirginis & ſue ſan-
ctiſſime prolis. Plena participatio plenitudinis gr̄e
chriſti mentis & Plena diffuſio gratie in ipſā ma-
nans ad filii dei perſonā conceptam in ipſa & per
ipſam: & eminentia dignitatis & ſtatus materni
principii in quo ſibi non cōmunicat aliqua creatu
ra. Et primo ſic arguo. Si fuit plene purgata a fo
mite: ergo ab omni infectione in humana natura
ex fomite cauſata: ſed impedimentum omniū pre
dictorum ē īpedimētū īperfectionis magne ſicut
patet deducenti: & maxime īpedimētum ſomni &
deſtructio actus cōtēplatiui. ergo nullo mō uideť
ꝙ fuerit in ea. Cum igitur omnis hebetudo men-
tis & alii defectus quos in nobis experimur. eti-
am in expergiſcētibus non ſinant ſtatim & libere
mentē ferri in deum. Sed quaſi experimento co-
gnoſcimus ꝙ ac ſi ſōnus eēt interruptio noſtri eſſe
& influxus gratie dei ī nobis uideť quaſi de nouo
fieri & cū nouo conatu oportere nos redire ad mē
tis claritatem & ſubtilitatē: quā p̄mo fueramus ex-
perti: ac ſi mens reſurgeret: ſicut facit a magna pro
ſtratione & ſepultura ſue libertatis & cognitionis.

Nec ualet ſi diceres ꝙ iſta eſt cōditio noſtre mē-
tis & corporis: & ipſa nō fuit educta de ſtatu cor
poris animalis. Non enim eſt uerū ꝙ iſta ſit cōdi-
tio nature: ſed ē magis nature per peccatū infectio:
proſtratio: & infirmatio: a quibus plena purgatio
a fomite debuit eam plene liberam reddere. Et
ꝙ hoc non ſit nature cōditio expreſſe dicit Augu.
ꝙ in ſtatu innocētie fuiſſet clarior cōtēplatio dor-
mientium: q̄ ſit modo uiſio uigilantiū. Comuni
ter enim magis uidentur ſentire doctores ꝙ in ſta
tu innocentie nō perdidiſſet homo liberum arbitri
um ſiue rationis uſū propter ſōnū. nec nati fuiſſēt
filii ſubiecti ignorantie. Dicit enim Auguſtinus ꝙ
approbare falſa pro ueris nō eſt natura hominis cō
diti: ſed pena damnati. Item in Enchiridion. cap.
viii. ſatiſ expreſſe uocat errorem omnē deceptōem
& hoc dicit indecorū & indecens & ad huius uite
miſeriam pertinere. nihil autem tale uidetur con-
ueniens matri dei. Puto enim ꝙ in ea ex tunc fue-
rit altior & ieſtimabiliť dulcior cōtēplatio: q̄ fuerit
in Adam. nec mirum quia guſtabat deum ut filiū
uteri ſui. Et uirtus regitiua corporis īpleto dei ob-
ſequio ſine aliquo uitio tanto fuit in ea perfectior
quanto in maiori altitudine uirtutum regebat: cū
& dolores & penas tā mētis q̄ corporis plene ſubli
mabat & inferebat in deum: ab eis nec in minimo
īpedita. O felix reformatio & paradiſi ſtatus ma-
ior: q̄ illa fuerat quam nobis ademit cōgreſſio pec
cati. propterea quomodo tibi uidetur conueniens
ꝙ in ſumma plenitudine gratie que debetur ſtatui
materno magna pars tēporis que occupatur in ſō
no trāſiuerit ſine actuali relatione ad deum: uel etiā
ſine plena ratione merendi? Licet enim uoluntas
qua uolo dormire ut poſſim uiuere ad honorē dei
ſit actus meritorius in quo actu poſſit ſōnus aliq̄li
ter dici meritorius: tamē in ſōno ſic ligante liberū
arbitrium ſicut ſōnus ligat nos. nec actus meriti a
mente procedit. Quod autem deceat ſummū gra
dum pure creature gratie que fuit in matre deuo-
ta mens penſet. Nec etiam eſt contra hoc ſi di-
ceres ꝙ hec eſt pena peccati: & pene non fuerunt ſi
bi ablate: ſicut nec filius ſuus carere uoluit: quia li-
cet pene que ſunt pure pene & materia uirtutis &
adiutorium perfectionis merendi & nullum impe
dimentum uirtutis perfecte: & que totam naturā
cōmuniter conſequuntur: remanſerint tam ī xp̄o q̄
in ea: ſicut fames: ſitis: triſtitia de malo tam ſuo q̄
alieno. tamen ille pene que ſunt impedimenta pfe
ctionum: ſicut ignorantia: concupiſcentia: ligatio
liberi arbitrii: & diſtractio actus contemplatiui non
debuerunt in ipſa remanere: ſicut nec a chriſto fue-
runt aſſumpte. Ex ſecūdo. Caro uirginis & pro-
lis eſt eadem caro & ſimilis puritatis: Sed in chri-
ſto non fecit caro chriſti ſue matri defectus predi-
ctos: igitur uidetur ꝙ nec ſue matri: Secundum .n.
apoſtolum Si delibatio ſancta eſt & maſſa & cetera.
Et Auguſtinus dicit in ſermone de aſſumptiōe do
mine: ꝙ caro uirginis & caro prolis ſunt eiuſdem
puritatis: unde uidetur ꝙ nullum defectum quem
non aſſumpſerit benedictus ieſus in carnis aſſum-
ptione: dimiſerit in ſua ſanctiſſima matre. Ex ter
tio ſic arguo. Dicit enī Heronymus ī ſermōe aſſū
ptionis domine ꝙ totius gratie plenitudo que eſt
in chriſto: in mariam uenit q̄q̄ aliter. Aliter inquā
ut mihi uidetur: quia in chriſto ſicut in homine p-
ſonaliter deificato & in maria ſicut in templo ipſi
uerbo ſingulariter dedicato. In chriſto ut in capite
influente. In maria ut in collo quaſi toti corpori ec
cleſie tranſfundente. In chriſto fuit ut in ſuppoſito
ſuſtinente & influente ex uniuerſali fonte oīs gra
tie lumen. In maria ſicut felicius hec omnia in mē
te concipiente q̄ carne: ſicut dicit Auguſtinus. Si er
go tota plenitudo gratie que in chriſto eſt uenit in
mariam. ergo ille plenitudines ſupius dicte: & alie
multe maiores & ineffabiles nobis. Nec ualet
īſtantia ſi diceres ꝙ in chriſto fuerit beatifica uiſio
ab inſtanti ſue conceptionis: nec iſta prerogatiua
fuit tunc data uirgini. igitur ſimiliter nec iſte alie.
Non enim eſt ſimile. Gratia enim uiſionis beate

UVA. BHSC. IyR_070

omnino competit chriſti humanitati:& eſt decẽs ex unione pſonali uerbi.Nõ enim ẽ decẽs ut uniatur uerbo ut ſuppoſito:& nõ fruat̃ ipſo.Sed perfectiones que cõpetũt xp̃o ſecũdũ pfectionẽ uie debent diffundi ĩ ſua beatiſſima matre.Vnde puto ꝙ oẽs gratie ſubſtãtialiẽ mentẽ perficiũt:& que nõ repugnãt ſtatui creature:& q̃ ſunt citra beatitudinem patrie debent ſibi cõmunicari:ſed p̃dicta nõ repugnãt.ergo etcetera. Et ſi diceres nõ habuit omnem gr̃am:qr nõ fuit ſacerdos nec p̃dicator: &c.friuola ẽ iſtãtia:qa nõ ſũt ſubſtãtialiter pficiẽtes mentẽ:ſed q̃dam gratie gratis date ſecũdũ exigentiam ſingulariũ perſonaꝝ.Ex dignitate autẽ materni principii:ſicpoteſt argui efficaciter ꝙ decuit filiũ ſuũ in oĩbus q̃ ñ repugnãt ſtatui creature uiatricis:& humane nature ſupplene perficere: & omnem defectũ q pfectionẽ diminuat actu uel habitu ab ipſa remouere:ſicut ſunt defectus oppoſiti pfectionibus memoratis.Cũ enim nullus dubitet filiũ potuiſſe iſta in matre pficere:minus debet dubitare ipſum hoc facere uoluiſſe:& p conſequens feciſſe:qa hoc filialem reuerentiam decuit.

Item ſi in generatiõe filii dei ex ipſa uirgĩe pluſ potuit gr̃a q̃ natura:nõ eſt mirandum filiũ ĩ mente uirginis ſup id quod natura nr̃a infirma apprehẽdit:ĩeffabilia feciſſe.& quo ad donũ ſapientie & quo ad cõſumationem gr̃e.Vnde puto ꝙ ſtupendo mõ dilatatus fuerit ſinus mr̃ne mẽtis ad reſpectus & actus ĩeffabiles:tã reſpectu dĩnarũ pfectionũ:q̃ ẽt reſpectu affectual̃ dilectiõis ul̃ deuotiõis & ml̃tiplicate relatiõis oĩum ſaluãdoꝝ:quos ipſa ſicut uera mr̃ genuit ĩ xp̃o:& ſimul cũ xp̃o portauit ĩtra ſue uiſcera charitatiſ. Et ſi aliqua ĩ ſcriptura uident̃ oſtẽdere imperfectionẽ in matre:multipliciter poſſunt exponi:ita ꝙ ſuffragabunt̃ ad iſta: ſicut ex pte dictum eſt ſupra in precedẽti capitulo. cũ ageretur de pfectione mutui cõſenſus. Attẽde autẽ ꝙ quãtũcunqꝫ dicatur p Hieronymũ:ſiue per quẽcunqꝫ:ꝙ tota plenitudo gratie q̃ eſt ĩ xp̃o: requieuit in Maria:et licet nos dixerimus ꝙ p oĩa debuit filio aſſimilari ĩ perfectiõe tã mentis q̃ corporis:oportet ſemp ĩtelligi ꝙ iſta plẽitudo & aſſimilatio ẽ intelligẽda ſcd̃m gradum: ut q̃tum dignitas materni prĩcipii diſtat a dignitate unionis ſuppoſiti:tantũ diſtet utriuſqꝫ pfectio. Nec p hoc mẽs infirma aliquid arguat cõtra predicta:qa oẽs ſuprapoſite pfectiones & alie incõparabiliter maiores ĩcludũtur in dignitate materna:nec per hoc adequatur xp̃o &c.. Attẽde ſimiliter ꝙ menti paꝝ ſe exquirẽti calũniari poſſent iſta uerba marie interpretari calũniando uocabula uel modum loquendi.Sciat tamen illa mens quecũqꝫ ſit:ꝙ illud non eſt officiũ ſtudioſi nec deuoti ieſu & ſue ſciſſime mr̃is:qn potius ſicut pure circa hoc ſcribẽtis negociat̃ deuotio:ſic & pii lectoris ĩterp̃tatio referatur.Et ut ad omnia ſupradicta utar argumẽto Auguſtini & uerbis:audi ipſum loquentem in ſermone aſſumptionis dñe.dicit enim ſic.Eſt ſolium noſtri pacifici ſalomõis:& licet ponatur thronus matris ad dexterã eius:tamen ẽ ineſtimabilis gradus:qui q̃dem gradus ĩ oĩbus celeſtis ordinibus hierarchie obſeruatur:de q̃bus ĩfra magis dicetur: dũ aget̃ de aſſumptiõe huius ſacratiſſime matris. Suſcipiat hũc ſenſum fraťna charitas:put xp̃i ſpiritus ĩſpirauerit:& ſi refragare his elegerit:cum nõ uult dicere hoc:xp̃m non poſſe proferat:quaſi nõ conueniat uelle.Et ſi dei filiũ noſce ueraciter oſtenderit:incipiã ei credere:de quibus aliter nõ preſũpſi ſentire.Si ergo uera ſunt que dixi:tibi gr̃aſ xp̃e: quia de ſcã uirgine matre tua:niſi quod piũ eſt aut dignum ſentire nõ potui.Si ergo dixi ut debui:ap proba chriſte obſecro tu & tui:hec Auguſtinus. In quo ſenſu etiam predicta deſcripſi.

## Ieſus plene dotatus Cap.ix.

Ttendẽdum ẽ anima xp̃o deuota cũ quãta perfectionis dote tuus ieſus intrauerit mũdum:& ut iſta tibi magis diſtĩcte pateant:ſecũdum ꝙ balbuciendo poſſumus dicere: ſcias ꝙ fuit perfectiſſimus plenitudĩe

Gratie in effectu

Sapientie in intellectu

Meriti in exteriori opere & effectu.

De plenitudine gratie ĩ affectu debes ſcire: ꝙ ĩ ipſo a ſui cõceptione fuit plenitudo oĩs gr̃e:quantum ad gratiã ſingularis perſone:& quãtũ ad gratiam capitis:&t quãtum ad gratiam uniõis:ita ꝙ p gratiã ſingularis perſone habuit oĩs culpe ĩmunitatẽ:& quãtum ad actum & quãtum ad poſſibilitatẽ:qa nec peccatum habuit:nec peccare potuit. Per gratiã unionis.ipſe eſt dignus non tm̃ cõmuni felicitate glorie:uel cuiuſcũqꝫ create excellentie: uerũetiam adoratiõe latrie:que ẽ cultus reuerentie ſoli deo debitus.Et ut tibi manifeſtẽ que ẽ gratia unionis:ſcias ꝙ ipſa gr̃a unionis nõ ẽ aliud q̃ ip̃m eſſe perſonale:put intelligit̃ gratuito ex mera dei bonitate nullis precedẽtibus meritis: datum hũanitati aſſũpte:p quod donũ ipſe homo uerus eſt deus unitate ſuppoſiti.Et ideo dico ꝙ ille homo p hanc gratiam ẽ adorandus ut ſummus deus: qa ipſe eſt ſuper omnes benedictus deus. Hec aũt unio eſt quedã relatio que habet eſſe ſuũ regale ſicut in ſubiecto ĩ humana natura:ſecũdũ rõnem autem in diuina pſona:& ideo ſecundũ aliquid dicit quid increatũ:& ſecundum aliquid quid creatum. Mutatio enim ad quã ſequit̃ relatio facta ẽ in natura humana: dũ eſt aſſumpta a uerbo:ipſo uerbo non mutato:ſed ex mutatiõe aſſumpte humanitatis dicitur uerbo relatio aduenire pſonalis uniõis actiue.Et ipſum diuinum ſuppoſitum ĩportat: ut unitũ humane nature:& ipſius ſuppoſitum que ẽ dignitaſ benedicti ieſu:que facit eum ſecũdũ apoſtolũ benedictũ deũ. Hanc etiam unionẽ ſequitur habitualis gratia ipſius ieſu.:ſecũdum habitualem rõnem intelligendi:q habitus dicitur gratia habitualis perſone.Quod autẽ ſequitur:& nullo modo poſſit precedere ordinẽ intelligendi :nam



UVA. BHSC. IyR_070

ordie tpris ſimul ſunt:pōt patere ex tribus.Primo quidē ſecūdū ordinē ṗncipiorū utriuſq;:ṗncipium enim unionis eſt pſona filii aſſumēs humanā natu ram:que ſecūdū hec dicit̄ miſſa in mūdū:qr natu ram humanā aſunpſit:ṗncipiū autē gratie hītualis q̄ cū caritate datur eſt ſpiritus ſcūs:q ſecūdū hoc di citur mitti:qr p caritatē mētem in hītat.Miſſio au tem filii ſecūdū ordinē nature ṗor eſt miſſione ſpi ritus ſancti ſicut generatio filii preintelligit ſpirati oni ſpiritus ſancti:qui a pate filioq; ꝓcedit:unde unio pſonalis ſecūdū quā ītelligit̄ miſſio filii ē pri or ordie nature gratia hītuali ſecūdū quā ītelligit̄ gratia ſpiritus ſancti:in natura autē humana corup ta nūq̄ fuit facta miſſio ſpiritus ſancti p in hītantē gratiā in qbuſcūq; patribus:precedētibus xp̄m:ni ſi preſuppoſita & preintellecta diuino cōcepto mi ſſione filii dei in carnē:unde omnes iuſtificati ṗus fide īplicite uł explicite uniti xp̄o :qr in eis fuit ſpi ritus ſancti adoptio. Secūda cā accipit̄ huius or dinis ex hītudine hītualis gratie ad ſuā cām:gratia enim creat̄ in homine ex p̄ñcia diuinitatis:ſicut lu men in aere ex p̄ñcia ſolis:unde dicit̄. Ezechiels ca pitulo xxxxiii.Gloria domini iſrael ingrediebat̄ p uiā orietalē:& terra ſplēdebat a maieſtate eius:pſē tia aūt dei i xp̄o ītelligit̄: ſecūdū unionē hūane na ture ad diuinā pſonā. Hec autem ſingulari unione ſolū pn̄s ē deus xp̄i hūanitati:gratia hītualis ergo intelligit̄ ut conſequēs hāc unionē:ſicut ſplendor ſolē Tertia huius ordinis ratio aſſumi pōt ex fi ne gratie.Oritur enī gratia ad reddēdū ſubiectum gratū:& ad expediēdū ad bene agēdū per ſui rami ficationē i hītus uirtutū & donoꝝ.Gratificatio au tem & actio ē ſuppoſiti ut iā entis:unde pſuppōit hipoſtaſim opantē & gratā:ypoſtaſis autē pſuppo nit in hūana natura xp̄i unione.Et ideo gratia uni onis ſecūdū intellectū precedit gratiā hītualē :un de licet gratia hitualis ſiue unionis nō poſſit dici xp̄o homini naturalis. q.ſit cāta ex principis hūa ne nature:dici tamē poteſt naturalis tāq̄ ꝓueniens in humanā naturā cauſante diuina natura ipſius & eius pſona:qr etiā uno modo naturale dr̄ hoī illud quod ab ip̄a natiuitate hēt ſecūdum illud.Eph̄.xx. Eramus natura filii ire.Et.Sap̄.xii.Neq̄ ē narratioe illorum & naturalis eoꝝ malitia.Idcirco qr utraq; gratia in xp̄o eſt ab inſtāti in cōceptionis & natiui tatis:pōt dici iſto modo xp̄o naturalis:uñ Auguſti nus dicit in enchiridiō. In nature hūane ſuſceptiōe fit quodā mō ip̄a gratia illi homini naturaliſ:quaſi nullū poſſit peccatū admittere. Attēde autē ꝙ neceſſe fuit ponere gratiā hitualē i xp̄o ꝓpter tria. Primo ꝓpter unionē aīe illius ad uerbū dei.Quan to enī aliquid receptiuū ꝓpinqus ē cauſe influēti: tāto magis participat influētiā eius.Influxus autē gratie eſt a deo:ſecundū illud.Gratiā & gloriam da bit dominus.Et ideo magis fuit conueniēs ut aīa illa nō ſolū recipet influxū diuine gratie coīt r ſed ſūme ex tā ineffabili unione. Secūdo ꝓpter no bilitatē illius aīe cuius opationes oportebat ꝓpin

qſſime attingere ad deū p cognitionē & amorē.Et qr licet hūana natura aſſumeret̄ ad eſſe pſonale filii dei: q filius dei cognoſcit & fruit̄ ſe actu eſſentiali cum patre & ſpiritu ſancto.Cuius aīa capax non fu it pp differētiā nature ideo oportuit ꝙ ſuā cogniti onē & fruitionē hrēt hitū gratie qui hūanā natu ram eleuaret quā recepit ſecūdū ꝙ decebat i ſūma plenitudīe:hre naturā aſſūptā.Et ex iſta gratia hi tuali ꝓceſſit i potētiis aīe xp̄i oīs pfectio uirtualis tam uirtutū q̄ donoꝝ:tā pfectionis gratie gratum faciētis:q̄ gratie gratis date. Tertio etiā fuit cō ueniēſ ponere hitū gratie in xp̄o ꝓpter hitudinem ipſius xp̄i ad genus humanū:xp̄s enim inq̄ntū hō mediator eſt dei & hominū:ut dicit̄.I.thy.ſecūdo: & ideo optebat ꝙ hrēt gratiā in alios redundātem ſecūdū illud.Ioānis ṗmo de plenitudine eius oēs accepimus gratiā ꝓ gratia. Attēde autē ꝙ i xp̄o pōt attēdi duplex gr̄e plenitudo:uno modo:

Ex parte i pſius gratie:

Alio modo ex parte heñtis grām

Ex parte quidē ip̄ius gratie dicit̄ eſſe gratie plenitu do ex eo ꝙ aliquid attingit adſūmū gratie & q̄ntū ad eſſētiā: & q̄tū ad uirtutē qr.ſ.hēt gratiā in oī ex cellētia qua pōt hēri:& in maxima extēſiōe ad oēs grē effectus:talis plenitudo eſt ſolius xp̄i.Secunda pleītudo ex pte hēntis gratiā & tūc dicit̄ ſubiectū hēre plenitudinē grē q̄ñ hēt gratiā ſecūdū ꝙ cōpe tit ſtatui ſuo & officio:ꝓut in eo eſt intēſa gr̄a:uſq; ad terminū ei ṗfixū a diuīa boītate i merito xp̄i ho minis.Secūdum illud eph̄:q̄to.Vnicuiq; ueſtꝝ do nata eſt gratia ſecūdū mēſurā & cetera.Secūdū hoc etiā apoſtolus dicebat:ut inpleamini i oēm pleni tudinē dei. Talis ergo gratie plēitudo fuit i chri ſto pleniſſime:ſicut decuit hoiēm talē ſic ſublatum ut eſſet deus.Et talis gr̄e plenitudo ſecūdū gradū ſibi debitū conuenit omnibus electis.ita ꝙ beata uirgo eſt plena gr̄a :ſicut decet excellentiſſimā ma trem xp̄.Stephanus infieriori gradu ſicut decet ſtre nuiſſimū pugilē.Et ſecūdū iſtū modū pleītudinis licet ſint oēs electi plēi:qr oēs ꝑueniūt ad illud qd̄ eſt ſibi diſpoſitū a deo in xp̄i merito:tñ aliter ple nus ē modius:aliter plena:ē celi capacitas dilatata. Sic aūt xp̄us eſt pfectiſſimus in pleuitudine gratie oī modo:ſic beatiſſima uirgo hēt pleniſſimā grām ſcd̄m ꝙ decet matris dignitatē.Et q̄tū pōt cape ſe cundū ordinē quē fecit deus capacitas creature nō unite.Et ſic omnes alii ſecundum illum ſtatum & gradū ad quē ṗdeſtiati ſūt.i chriſto ieſu:i quo ſolū gratificati ſunt ab eterno.Sicut dicitur eph̄.primo Et electi fieri conformes imagini filii benedicti ie ſu habent gratie plenitudinem ſecundum mēſurā donatiōis chriſti:quam eiſ in ſemetipſo liberaliter donauit & in eorum iuſtificatione temporaliter tri buit. Potes igit̄ uidere quante īmenſitatis fuerit iſta gratia que ꝓprie dicit̄ gratia unionis:nā ſic eſt infinita.Sicut ipſa perſoua uerbi.Si autem conſide retur gratia chriſti prout ē quidā habitus cauſatus et receptus i chriſti anima ſicut i ſubiecto:& ſic nō

UVA. BHSC. IyR_070

eſt dubiũ ꝙ oportet dicere ꝙ ſit quid finitũ. Dicũt tñ aliqui ꝙ ſi conſideret̃ ſecundum ꝓpriá rationem gratie quia illa gratia illuminat̃ quia.ſ.habet quicquid poteſt ptinere ad rationem gratie: & nõ datur ei ſecundũ aliq̃ certá menſuram illud qđ ad rationem gratie pertinet:eo ꝙ ſcđm propoſitũ dei cuius eſt gratiá menſurare:gratia confertur anime chriſti·Sic cuidam uľi principio ĝtificationis in humana natura:ſecũdum illiud ad eph.i.Gratificauit nos in dilecto filio ſuo.Sicut ſi dicamus lucem ſol eſſe infinitam:non quidem ſecundũ ſuum eſſe:ſed ſecũdũ ratioñe lucis qr habet quicquid ad ratioñe lucis poteſt pertinere:licet bene dicatur ꝙ iſto mõ datur gratia xp̃o:non tamẽ ſequitur ꝙ ſit ſimpliciť infinita:qr totum qđ eſt de ratione ĝtie ut creata ẽ finitum eſt:licet autem gratia xp̃i habeat ifinitum effectum:qr extendit ſe ſufficienter ad ſalutem humani generis & eciá infinitorum electorum ſi poſſibille:eſſet eos fore infinitos:nõ ꝓpter hoc.ſimpliciter infinitus eſt habitus ĝtie eius:ſed bene infinita eſt gratia unionis:ratione cuius plene poteſt ſaluari. Quod autem dicitur Ioan.iii.Nõ ad menſuram dat deus ſpiritum ſanctum chriſto.non eſt contra hoc quomodocunq; accipiatur:uno enim modo exponitur de dono quod deus pať ab eterno dedit filio diuine nature:unde quedá gloſa dicit ibidem.Tantus eſt filius quãtus eſt pater:Alio modo poteſt referri ad donum unionis humane nature: quod ſic dictum eſt infinitum.unde dicit glo.Sicut pater plenum & perfectũ genuit uerbum:ſic plenum ac perfectum eſt humane unitũ nature:Alio modo poteſt referri ad gratiam habitualem:inquantum gratia chriſti ſe extẽdit ad oĩa que ſunt gratie:Vnde auguſtinus hoc exponẽs dicit.Menſura quedam donorum diuiſio eſt.Alii.n. datur ſermo per ſpiritum ſapiẽtie:alii ſermo ſcientie:ſed chriſto plene danť omnia:quia non ad mẽſuram accepit ſupple alicuiuſ doni. Per hanc aũt tam abundantiſimam gratiam chriſto datum eſt ſecundum ꝙ homo ut ſit caput eccleſie. Eccleſia enim unum corpus miſticum diciť ſecundum ſimilitudinem ad naturale corpus hominis ſecundum diuerſa membra que habent diuerſos actus. Sicut docet Apoſtolus ad Roma.xii. Et ꝑtime ad.Corinth.xii.In hoc quidem corpore chriſtus ẽ caput ſecuudum ſimilitudinẽ humani capitis. In quo tria poſſumus conſiderare.ſ.

Ordinem
Perfectionem
Et uirtutem

Ordinem quia caput eſt prima pars hominis in ciпiendo a ſuperiori:et inde eſt ꝙ omne principium conſueuit nominari caput:ſecũdum illud Ezechielis.xxvi.Ad omne caput poſuiſti me lupanar tibi. Perfectionem autem: qr in capite uigent omnes ſenſus interiores & exteriores:cum in ceteriſ membris ſit ſolum tactus:propter quod uiri perfecti uocantur capita in ſcriptura:ſecũdum illud Eſaie.xv. Senex & honorabilis ipſe eſt caput & ꝓpheta:docens mendacium ipſe eſt cauda: uirtutem quoq;: quia uirtus ceterorum membrorum & gubernatio eorum in ſuis actibus eſt a capite propter uim ſenſitiuam ibi dominantem & influxiuam in inferiora:unde etiá rector dicitur caput populi:iuxta illud.I.Roma.xiii.Cum eſſes paruulus in oculis tuis:caput in tribubus iſrael factus es: hec autẽ tria plene cõpetunt chriſto ſpiritualiter. Primo.n. ſecundum propinquitatem ad deũ gratia eius nõ ſolũ eſt principalior & prior:ſed eſt ſumma & principaliſſima & prima:& ſi non tempore:tamen dignitate & dei intentione:nam omnes alii acceperunt gratiam:& per ipſum & per reſpectum ad gratiam ſuam:immo quod plus eſt:nihil acceperunt niſi quod pro eis chriſtus accepit:& eis liberaliter diſpenſauit:ſecundum illud ad Romanos viii.Quos preſciuit:hos & predeſtinauit conformes fieri imagini filii dei: ut ſit ipſe primogenitus ĩ multis fr̃ibus.Secundo uero perfectionem habet quãtum ad plenitudinem oĩum gr̃aꝝ: ſecũdũ illud.Vidimus gľiam eius &c.Io.i. Tertio uirtutẽ hũit iflueñdi pp ſue gr̃e exceſſũ ĩ oĩa membra eccleſie.Secundũ illud Io.primo. De plenitudine eius & cetera.Et qr humanitas xp̃i tota dei uerbo coniuncta cui corpus per animá unitur ut ſupra dictum eſt:ideo toa xp̃i humanitas ſecũdũ animá & ſecundũ corpus influit in oẽs homines & q̃tũ ad animá: &quãtũ ad corpus uno modo inquãtum mẽbra corporis noſtri per gratiá xp̃i exhibenť arma iuſtitie:que iuſtitia:in anima exiſtit p xp̃m.Iuxta illud ad.Roma.vi.Iuſtificati gratis p gratiá ipſius.Alio modo influit ĩ corpus:inquãtũ nitor glorie ab anima deriuať ad corpus.Secundum illud ad Romanos.ii. Qui ſuſcitauit ieſum a mortuis:uiuificauit corpora noſtra per inhabitantem ſpiritũ eius in nobis. Secundum igitur hanc plenitudinẽ gratie capitis ipſe eſt caput omnium hominum: Attendendum autem eſt ꝙ differentia ẽ inter mẽbra corporis naturalis: & inter membra corporis miſtici. Membra corporis natutalis ſunt omnia ſimul:ſed non corporis miſtici:nec quantum ad eẽ nature ꝓprie:qr corpus ecceleſie conſtituiť ex omnibus qui fuerunt a p̃ncipio mondi uſq; ad finem. nec quantũ ad eſſe gratie:qr & eoꝝ qui ſunt ĩ uno tempore quidá carent gratia poſt modũ habituri: aliis autẽ iá habentibus.Sic ergo membra corporis miſtici non ſolum accipiunť ſecũdũ ꝙ ſunt in actu ſed ſecũdũ ꝙ ſunt in potentia: qr nũq̃ reducentur ad actũ oculto dei iudicio:pp eoꝝ maliciá repugnãtem. Quedá autẽ qñq; reducunť ad actũ non ex ꝓpriis meritis:ſed ex ſola miſericordia dei:ut hii ſolũ habeant unde gratias agant: p̃mi non habeantqđ reꝑhendant. Sic igitur accipiendo generaliter ſecũdũ totũ tempus mondi ieſus eſt caput omnium hominũ ſecundum diuerſos gradus. Primo & principaliter eſt caput eoꝝ qui ſibi uniũtur per dei fotmitatẽ glorie. Secundo eoꝝ qui ſibi uniunť



UVA. BHSC. IyR_070

per caritatē que eſt uolūtatis. Tertio eorū qui ac
tu ſibi uniunt͛ per ſidem que eſt captiuatio intelle
ctus ſub chriſto:& quedam unio in eius uirtute.
Quarto eoꝝ qui uniuntur potētie : q̄ tamen non
eſt ad actum reducenda ſecundū ꝓpoſitū dilectio
nis diuine. Quinto eorū qui in poteſtate uni
ti ſūt:que nunq̄ tamen reducētur ad actum eoꝝ fi
nali malicia reſiſtente:qui cum de mundo exeunt
cum tali malicia eſſe ſimpliciter deſinunt xp̄i mē
bra:qr iā non ſuut in poteſtate ut chriſto uniantur
ſed actu in eternum ut membra diabolo coniungā
tur. Diabolus uero dicitur caput omnium impi
orum:dictum eſt ſupra:ꝙ caput non ſolum influit
in membris interioribus:quod quidem nō poteſt
facere diabolus:ſed exterius gubernat mēbrorum
actus dirigendo ad aliquē finē.Et ſic eciā quilibet
princeps uel p̄latus poteſt dici caput multitudinis
ſibi ſubiecte:p hunc modum diabolus dicitur ma
loꝝ caput:qr ut dicitur.Iob.xli.Ipſe eſt rex ſup oēs
filios ſnperbie pertinet autem ad gubernatorē qui
dicitur caput:ut eos quos gubernat:ad. ſuum ſinē
perducat:fiuis autem diaboli eſt auerſio rationalis
creature a deo:unde a principio hominē ab obediē
tia:diuini precepti remouere tentauit.Ipſa autem
auerſio a deo habet rationē finiſ inquātū appetitur
ſub ſpecie libertatis:ſecundū illud.Iere.ii.A ſeculo
confregiſti iugū:rupiſti uincula:dixiſti non ſeruiā.
Inquantum igitur ad hunc finē aliqui dicūtur pec
cando ſub diaboli regimine: & ſub eius guberna-
tione cadunt & ex hoc dicitur eorū caput.Ad cuius
ſequelam aliqui excitantur inducti per ſuggeſtio-
nē:aliqui ꝓpria ſponte eius malicia imitantur : ui
dentes uexillū ſue p̄me auerſionis adeo.Sicut ſub
uexillo ducis quidā citati militāt :quidā ꝓpria uo
luntate ellecti.Et ſecundū hoc diabolus omnium
maloꝝ dicitur eſſe caput inq̄tū illum imitantur:ſe-
cundum illud:Sap̄.Secūdo Inuidia diaboli mors
introiuit & cetera.Sequitur.Imitantur autē ip̄m q
ſunt ex parte ipſius. Attende autem ꝙ ſic anti
xp̄us non dicitur caput omniū maloꝝ:ſed aliquo-
rum quoſ ſua malicia in ſuo tēpore ducet ad malū.

Dicitur autē caput omnium maloꝝ propter ma
licie plenitudinē & perfectionē:ſecundū ꝙ pfectio
eſt in malis:unde dicit gloſa:ſuper illud.ii.Theſal͛.
Secundo oſtendens ſe tamq̄ ſit deus .Sicut in xp̄o
omniſ diuinitatiſ plenitudo inhabitat:ita & i anti-
chriſto plenitudo ominis malicie.Quod quidem
non eſt unione perſonali cū demone: ſicut quedā
errando dicunt : ſed abundantia influxus in eum
ſue malicie.Et quantum ad hoc omnes mali qui p̄
cedūt ſunt quaſi quedā eius figura ſecūdū illud.ii.
ad theſ.tertio.Myſteriū operat͛ iniq̄tatiſ.Licet autē
mēbra chriſti i ꝓpriis naturis ſic ſucceſſiue generēt͛
& ſic ſuceſſiue iuſtificēt͛ i ſeipſis:& ad gl͛iā tráſferā-
ter. Et ideo in capite noſtro ſublimiſſimo ieſu oēs
fil͛ ſumus ab inſtanti ſue conceptionis in ſuo com
p̄henſibili actu ſue fruictionis:beatificus eſt tā ꝓ ſe.

q̄ ꝓ omnibus beatificatis laudes reddens ſue infi-
nitiſſime maieſtati. Inquantum autē uiator fuit
per ineſtimabilē habitū ſue gratie omnibus mem
bris ſuis fuit coniunctus ut ſeipſo omnia faciēs &
ipſe ſuos electos omnia inſe faciens ſecundum oēs
actus & ſtatus quos unq̄ in ipſis electis acceptauit
con deſcenſio pietatis paterne:& omnes ip̄oꝝ gra
tias tamq̄ ſuas a patre recipiens:& ipſos electos fa
ciens recipere in ſemetipſo: impedimenta noſtra
rū reſiſtentiaꝝ expectans ieſtimabilibus lamentis
ſupplicatiōis electoꝝ in ſeipſum trāſformās i ipſis
patiebat͛ moriebatur ieiunabat:orabat & i ipſis oīa
bona faciebat.Et ea quoq; chriſtus in ſe fecit de no
bis cui mittit͛ tanq̄ fundamento:& ſpeciali radici
noſtri meriti:quicquid hodie per gratiā ſuam facit
in nobis:unde i chriſto ieſu comp̄henſore fuimus
& ſumus quicquid erimus in gloria beatitudinis.
Et i ip̄o uiatore fuimus & ſumus quicq̄d erimus ul͛
ſumus in participatione ſue caritatis. O quantū
tenentur membra tali capiti:qui nec ad modicum
ſua membra dimittit q uniretur eis inexſtimabili
effectu charitatis ſue & ſollicitudine ꝓuidentie in
fluentie:& defenſionis ppetue:hoc oſtendēs apo-
ſtoluſ i xp̄o eſſe completum:quod in ſeipſo adhuc
erat fiendū:dicebat ad ep̄h.Secundo.Conreſuſcita
uit in celeſtibus & cōſedere nos fecit i ieſu chriſto.
Super quo dicit.Gregorius ꝙ tunc paulus in cathe
nis & in carcerem tenebatur:& tamen conſedere cū
chriſto in celeſtibus gloriatur.Et ſecundum hunc
ſenſum dicit apſtol͛.primo.Omnia per ipſum & in
ipſo creata ſunt:& ipſe eſt caput corporiſ eccleſie:qr
in ipſo complacuit omnē plenitudinē ihabitare:&
per eū reconciliare omnia in ipſum. Et breuiter
iſte reduplicationes quas totiens facit idem:apo-
ſtolus de membris xp̄i loquitur i aliquo loco quā
do ſuperaddit in chriſto ieſu uel in ipſo uoluit oſtē
dere iſtam ineſtimabilē coniunctionē quam habui
mus & habemus in actibus & habitibus & perfecti
onibus mentis ieſu tam uiatores q̄ comprenſores i
quo ſumus quicq̄d ſumus i eſſe gratie:non ſecūdū
ſolam diuinam perſonam:ſed ſecundum aſumptā
naturam.Hoc enim modo poteſt exponi illud uer
bum.Gaudium meum meum in uobis ſit:ideſt il-
lud de quo gaudeo iam de ueſtra ſalute ſit uobis in
ueſtra beatitudine. Attende autem ꝙ plene & p
fecte eſſe caput eccleſie eſt proprium chriſto.ſed q̄-
tum ad exteriorem gubernationem poteſt aliis cō
uenire ſicut prelatus dicitur caput eccleſie:ſecundū
illud Amos ſeſto.Optimateſ capita populoꝝ:diffe
rēter tamen a chriſto:quia chriſtus eſt caput omni
um qui ad eccleſiam pertinent ſecundum omnem
locum tempus & ſtatum.Alii autem homines di-
cuntur capita ſecundum quedam ſpecialia loca:ut
epiſcopi ſuarum eccleſiarum:uel ſecundum tēpus
determinatum: ſicut papa eſt caput eccleſie totius
tempore ſui pontificatus:& ſecundum determina
tum:ſtatum:quia ſolū uiator. Alio modo etiam

UVA. BHSC. IyR_070

differunt quia chriſtuſ eſt caput eccleſie propria uir
tute & auctoritate.Alii inquantum uices chriſti ge
runt:ſecundum illud ſecunde ad.Corinthios ſecū
do:nam ego quod donaui ſi quid douaui propter
uos in perſona chriſti .Et capitulo quinto pro chri
ſto legatione fungimur:tanquam deo exhortāte
per nos. Plenitudo autem huius gratie capitis ī
chriſto ieſu:licet ſecundum aliquam conditionem
uel diſtinctionem ſic refertur homini ſecundum
quam non eſt caput angelorum.Sicut ſecundum
uere conformitatem & ſpiritus:& ſecundum bene
ficium redemptionis adaptatione tamen ad illum
reſpectū chriſtus ē caput omniū:btōꝝ angeloꝝ &
hominum:ubi enim eſt unum corpus:neceſſe eſt
ponere unum caput:unum autem corpus ſimilitu
dine dicitur una multitudo ordinata ſecundum di
ſtinctos actus & officia.Manifeſtum eſt autem ꝙ
ad unum finem.ſ.gloriam diuine fruictionis ordi
nātur & hoīes & angeli.Et ideo iſta benedicta ec
cleſia triumphans eſt unum corpus ex hominibus
& angelis conſtitutum.Totius autem iſtius multi
tudinis chriſtus ē caput & conformitate nature ge
nens quia omnes ſunt intellectuales & principali
tate:puritatis quia propinquius & īmediacius he
ret deo & plenitudine pfectionis & uirtutis & ple
niſſime fruictionis glorie. Participat enim glo-
ria beatiſſime trinitatis non ſolum plus quam ho-
mines ſed etiam plus q̄ angeli ſummi : immo
plus quā omnes alii ſimul ſumpti.Et ideo de eius
influentia non ſolum homines ſed eciam angeli
ſuſcipiunt excellentiſſimū diuine bonitatis guſtū:
quia in ipſo & per ipſum guſtant deum ut ſuppoſi
tum perſonale.Et non ſolum a chriſto ſuſcipiunt ā
geli guſtum nouum:ſed etiam a reuerēdiſſima ma
tre eius:in qua & per quam omnes beati guſtāt de
um ut filium naturalem. Non autem tibi uidea
tur modi cum accreuiſſe illi ſuperne ciuitati ex ma
tre & filio:quia ſi bene pōderabis:non ſolum chri
ſtus eſt ſumma hierachia:ſed pleniſſimus omniū
aliorum.Ex iſta autem exaltatione chriſti ieſu dicit
ad eph̄.primo conſtituit eum deus pater ad dexte-
ram ſuam in celeſtibus ſupra omnem poteſtatem
principatum: & uirtutem: & dominationē: & om
ne nomen quod nominatur non ſolum in hoc ſe-
culo:ſed etiam in futuro.Et primo ſubnectit ꝙ ip-
ſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam:non tan
tum militantem:ſed etiam triumphantem.Ex pre
miſſis ſatis claret ꝙ gatia capitis ieſu influxit ī om
nes tam precedentes quam ſequentes.Cum enim
fides & ueritas uniant mēbra capiti:ſecūdum illud
ad.Romanos tertio.Iuſtificati ḡtis per gratiam ip
ſius.Et eadem ſit fides & caritas precedentium &
ſequentium:in omnes ē huiuſmōi bn̄dicti capitis
influentia ut merito dicatur:Qui preibant & q ſe-
quebantur clamabant.Oſanna filio dauid. Hic
autem modus gratie habitualis unionis ſiue perſo
nalis & capitis maxime diſtribuitur.Ioannis.p̄mo
cum benedicto ieſu dicitur:Vidimus gloriam eius
gloriam quaſi unigeniti a patre.Ecce gratia unio-
nis:plenum gratie & ueritatis.Ecce gratia habitua
lis ſiue pſonalis.Et de plenitudine eius omnes ac-
cepimus.Ecce gratia capitis noſtri benedicti ieſu.

De plenitudine autem ſapiētie iſtius benedicti
ieſu ſcias ꝙ in ipſo eſt omnis plenitudo ſapientie:
non ſolum quātum ad cognita:uerumetiam quā-
tum ad modum & differentias cognoſcēdi.In chri
ſto noſtro ieſu fuit

Cognitio eterna ex parte diuinitatis
Cognitio ſenſibilis ex pte ſēſualitatis & carnis
Cognitio eſſentialis ex parte ſpiritus & mentis

Et hec fuit triplex ſilicet quedam perfectio natu
re:quedā complementum gratie:quedam conſu-
matio glorie:unde ſapientiam habuit & ut deuſ:&
ut homo:& ut conprehenſor & ut uiator:& ut illu
minatus per gratiā : & ut complectuſ per naturam
Et ideo in uniuerſo in chriſto fuerunt quatuor mo
di cognoſcendi. Primus eſt per diuinam naturā
& hoc cognouit omnia actualia poſſibilia fini-
ta cognictione actuali & conprehenſiua .Cogno
uit enim quicquid dicitur deus cognoſcere noti-
cia uiſionis:non tamen omnia que deus cogno
uit notitia ſimplicis intelligentie.Et ideo cogno-
uit non ſolum omnia quecunque tempore actu
erant:ſed etiam omnia poſſibilia fieri:non quidem
ſolum ſecundum potentiam dei ſed ſecūdum po-
tentiam creature: Secūdus moduſ cognoſcendi
eſt per gratiam & hoc cognouit omnia ſpectantia
ad redemptionē generis humani. Tertius mo-
dus eſt ſecundum naturam cuiuſmodi fuit in adā:
& hoc cognouit omnia q̄ ſpectant ad uninerſi con
ſtitutionem. Quartus eſt ſecundum ſenſibilem
experientiam:& hoc cognouit quecunq; ueniunt
ad animam quocunque modo per organa ſenſuū.
Secundum quem modum dicit.Apoſtolns ꝙ di-
dicit per ea que paſſus eſt obedientiam. Ratio
autem huius plenitudiuis chriſti eſt quia ſicut chri
ſtus immunis debuit eſſe ab omni culpa:ſic etiam
debuit eſſe elongatus ab oī ignorantia:& cū ipſe
fuerit nō ſolū diuina perſona:ſed etiam rationalis
anima & ſenſitiua:ideo neceſſe fuit ꝙ ſecūdū utrā
que naturā & ſecundum omnem anim potentiā
eſſet totaliter repletus luce ſapientie.Et ideo in ip
ſo fuit plena cognitio ſecundum omnem rerū exi
ſtentiam.Et quia reſ habent eſſe in eterna arte & in
humana mēte & ī ꝑprio genere: neceſſe fuit xp̄m
habere hanc triformen ſapientie lucem.Ideo reſ in
eterna arte cognonit ipſe ſicut eternus artifex per
diuinam ſapientiam & ſicut comprehenſor uerbo
fruens:& in ipſo tanquam in arte omnia creata co
gnoſcens cognictione beata:qua non ſolum res ī
uerbo cognoſcit ſed etiam ipſum uerbum tāta ple-
nitudine cognoſcit ꝙ in iſta cognictiōe & fruictio



UVA. BHSC. IyR_070

ne ineſtimabiliter omnem cognitionem cuiuſcū-
que beati tranſcendit. Licet autem ipſum uerbū
ſe pleniſſime cognoſcendum oſtendat ipſi anime
beate chriſti ieſu:eſt tamen ĩpoſſibile ꝙ ipſum cō
prehendat:licet autem dicant aliqui ꝙ cognoſcant
infinita:nullo tamen modo poteſt intelligi ꝙ ali-
quid creatum quatumcunque beatum cognoſcat
infinitum ſimpliciter propt̃ limitationem nature.
Illam autem infinitatem que dicit eſſe in potētia
creature:non eſt dubium ꝙ anima chriſti cogno-
ſcit:quia talis infinitas nunquam eſt actu:nec co-
gnoſcitur per modum infiniti.Sed ſicut mirabilia
poſſunt accipi ab intellectu immaterialiter:ita infi-
nita accipi poſſunt ab intellectu:non per NoduN
infiniti ſed quaſi finite:ut ſic illa que ſunt ſeipſis in
finita ſint intellectui cognoſcentis finita.Et hoc
modo & alio ineffabili nobis non eſt conueniens
dicere ꝙ anima chriſti cognitione beata infinita co
gnoſcat in uerbo. Breuiter concludo ꝙ quantū
cunqꝫ poteſt intelligi a quocumque intellectu po
ſſe dari anime chriſti ex unione uerbi:tantum eſt ſi
bi datum de cognitione beata & fruictiōe:ut extē-
datur intellectus quantum poteſt extendi:dū mo
do non traſeat limitem creature: que gratia uniōis
ꝑfecit hūanā naturam in chriſto quātū ꝑfectibilis
eſt Quia eciam res duplicit̃ in mente habent co
gnoſci preter cognitionem acquiſitam exercitio ĩ-
tellectus:quam non credo chriſto cōpetere pro-
pter imperfectionem ſuam ſcilicet uel ſecūdum lu
men gratie nature integre:uel ſecundum habitum
infuxum reuelationis diuine:hinc eſt ꝙ neceſſariū
fuit ad perfectam plenitudinē ſapientie chriſti hos
duos modoſ eſſe in chriſti mēte uel ratione.Primū
ſcilicet per habitum innatum:ſicut cognouerunt
adam & angeli.Quia enim ratio chriſti & intelle-
ctus eius perfici debuit cognitione naturali & na-
tura hominis bene inſtituta nata erat omnibus cre
aturis preeſſe & ipſas noſcere tāq̃ eas que ſibi de-
berent ſeruire:ſicut patuit in primi hominis condi
tione:hinc eſt ꝙ quantum ad iſtum primum mo
dum cognoſcendi cognouit omnia plene que ſūt
de conſtitutione mundi excellentius longe q̃ adā

Rurſus quia gratia magis reſpicit opus reparati
onis:ideo ſecuudum iſtum modum cognoſcendi
quem dicimus eſſe per gratiam in chriſto & in quā
tum erat uiator cognouit omnia perfectiſſime que
ſpectant ad perfectam reparationem noſtram. Et
quia ipſe fuit excellentiſſimus excellentiſſime pri-
mo modo cognouit.Hoc eſt ſupra omnem cogni
tionem chriſti inquantum uiator. Attende autē
quantam immenſitatem habuit iſta ſapientia:quia
ĩ quātum reddemptor habuit omnia peccata expi
are.& magna & parua habuit omnia cognoſcere &
omnes modos quibus peccatur:uel quibus fit in
ductio ad peccandum.Non ſolum illa ad que redē
ptio ſua applicata eſt efficaciter:aut illa que dele-
uit:ſed etiam illa ad que applicari potuit efficaciē
Cognouit enim totam uirtutem ſue gratie.Quod
cunque bonum fit in humana natura acceptatur
adeo ideo oīa huīūt cognoſcere:Et ſi bene deduxe
ris cum per ipſum inſtaurata ſint omnia & que in
celo& interra:per hanc ſcientiam habuit omnia co
gnoſcere que poſſunt quōcunque fieri in humana
natura:ſiue in malis culpe:ſiue in beneficiis gratie
tam in operibus actiue:q̃ in guſtibus contemplati
ue:& omne quod mouere poteſt humanam men
tem bene uel male. Attendendū autem ꝙ ĩ hac
ſcientia & in aliis conditionibuſ mentis:ſue anima
chriſti fuit eleuata ſublimiſſime ſupra modum &
ſtatū q poſſit cognoſci & determinari aq̃cunque a
lia mente:Et ideo multum friuole ſunt rationes
ad cōcludendum in iſta parte que trahuntur ex prī
cipiis paganorum:ſecundum experimenta que tra
xerunt de ſentimentis defectibilitatis ſue:Ac ſi to
tus ſtatus excellentie humane nature fuiſſet cōp̃
henſus a ſtoliditate deteriationis paganice: unde
ſtupeo de deductiōibus rationum quas aliqui ma
giſtri qui dicuutur theologi ad perfectiones men-
tis chriſti probandas & ad eius excellētias diminu-
endas adducunt:quas propter deteſtationē & hor
torem nec nominare intendo. Caueat autem ſibi
mens deuota:ut ſicut dicit apoſtolus ad col'.ſecun
do.Ne quiſ eam decipiat per prophetiam & inanē
fallatiam ſecundum elementa huius mundi ideſt
ſecundum principia proprii experimenti:& non ſe
cundum chriſtum ideſt non ſecuudum altitudinē
beneficiorum factorum chriſto & humane nature
ultra comunem apprehenſionem hominum. Ve-
rum in tali materia optime apoſtolus illorum pro
phetiam uocat inanem fallatiam:ideſt nullam ha-
bentem apparentiam. Cum enim principia no
ſtre fidei ab inuiſibilibus ueniant iuxta apoſtolum
ſecunde ad.Corinthios quarto.Contenplantibus
nobis non que uidentur: ſed que non uidentur &
principia huius terrene philoſophie ortum habe-
ant ab experientia cecitatis noſtre:manifeſta eſt fal
lacia a regulis paganicis ſepe a tali cecitate forma-
tis uelle arguere contra excellentias ſtatus ieſu tam
in ſe q̃ in ſuis membris:tam in gratiis in ipſo con
tentis:q̃ in his que per ipſum continue infra cor-
pus eccleſie diffunduntur:Hoc ſit dictum pro deſ-
pectu argumentationis paganice in toto decurſu
iſtius ſcripture modice. In q̃ loquimur de benedi
cti ieſu ortu:decurſu:exitu:ſtatu:fructu. In hac
autem ſcientia ſic fuit chriſtus perfectus& ſic ĩme-
diate ab ipſa diuinitate edoctus ꝙ non fuit neceſ
ſe ipſum aliqua adiſcere:nec ab angelo nec ab ho
mine:propter quod dicitur.Ioannis primo ꝙ non
erat neceſſe ꝙ aliquis perhiberet ei teſtimonium
de homine:ipſe enim ſciebat quid erat in homine
non ſolum ut deus:ed etiam ut homo in duino lu
mine.Et ſic de hoc non fuit neceſſatiū:multo mi-

UVA. BHSC. IyR_070

nus de quocunque alio ſimili. Cum enim ipẽ eſſet
fons nature humane & dinc: & teſtimoniũ in quo
fit reſolutio ueritatis: non fuit conueniens ꝙ eius
ueritas eſſet ab alio q̃ adeo accepta. Licet autem di
catur angelus apparuiſſe cõfortans eum luce. xxii.
non tamen illa confortatio fuit ex chriſti neceſſita
te: quantum ad ſuam mentem: nec per modum in
ſtructionis: ſed ad demirandam proprietatem hu-
mane nature: & ãgeli dicuntur ei miniſtraſſe: ſed ſic
propter nos confortatur: ut in nobis ſcilicet fides
ipſius incarnatiõis firmetur. Quomodo etiam di
onyſius dicit capitulo quarto celeſtis hierarchie: ui
deo ꝙ ipſe ieſus ſuperceleſtium ſubſtantiarum ſu-
perſubſtantialis ſubſtantia ad noſtra ueniens ĩtrãſ
mutabiliter obedienter ſubiicitur patris & dei per
angelos formationibus non intelligitur ſubiectũ
fuiſſe chriſtum angelicis illuſtrationibus ratiõe ſui
ipſius: quantum ad potentias mentis ſue: ſed ratio
ne eorum que circa incarnationem agebãtur & cir
ca adminiſtrationem ſue infantilis etatis & paſſibi
lis carnis: unde ibidem ſubdit ꝙ per angelum nun
ciatur ioſeph ad egyptum recedere: & rurſum de
egypto ad iudeam reductio. Quantum autem
ad ſcientiam experientie per organa ſẽſuum qui eſt
quartus modus cognitõis ieſu: debes ſcire: ꝙ quia
ſenſus non eſt perceptiuus niſi ad inſtãtis preſenti
am. Hinc eſt ꝙ ſecundum cognitionem ſenſitiuã:
non ſimul cognoſcebat omnia: ſed modo hec: &
modo illa: iuxta ꝙ oportunum erat ad redemptio
nem humani generis faciendam: & iuxta ꝙ diuer
ſa diuerſis temporibus ſenſibus ſuis fuerunt preſẽ
tia. De perfectione autem meriti chriſti hoc ſci-
as ꝙ in chriſto fuit omnis perfectio & plenitudo
meriti. Primo quantum ad deum qui merebatur:
quia non tantum erat homo: immo deus. Secun-
do quantum ad tempus in quo merebatur: quia
ab inſtanti conceptionis uſq; ad mortem. Tertio
quantum ad id per quod merebatur: quia per per-
fectiſſimum exercitium uirtutis in agendo & patiẽ
do ſemper quidem hec interius intra ſeipſum: exte
rius autem quantum decuit. Quarto quantum ad
deum cui merebatur: quia non tantum ſibi: ſed q̃
maxime nobis & omnibus electis. Quinto quan
tum ad illud quod merebatur nobis: quia non tan
tum gloriam: uerum etiam gratiam & ueniam: nõ
tantum gloriam ſpiritus: ſed eciam ſtolam carnis
& apertionem ianue celeſtis. Sexto quantum ad
id quod merebatur ſibi: quia licet non mereretur
glorificationem mentis quam iam habebat: mere
batur tamen glorificationem ſui corporis & acce-
lerationem reſurrectionis & claritatem ſui nomi-
nis & dignitatem iudiciarie poteſtatis. Septimo
quantum ad modum quo merebatur. Cum enim
dicatur aliquis tripliciter mereri: uel de indebito fa
ciendo debitum: uel de debito maius debitum: uel
de debito uno modo faciendo debitum alio mo-
do. Omnibus iſtis modis meruit nobis. Et ita ꝓ-
priiſſime ſaluatᷣ ratio meriti noſtri ieſu. Octauo tã-
tum modo meruit ſibi faciente hoc pleniſſime gra
tia ſpiritus ſancti per quam chriſtus ſimilis erat bea
tis: & in ſtatu merendi: ita ꝙ ſuper eius meritũ om
nia alia merita nature humane habent fundari: &
ab ipſo procedunt ſicut pululatiões a radice. Ad
intelligendum autem rationem merẽdi in chriſto:
debes attendere ꝙ quia fuit in ipſo omnis plenitu
do ſapientie & omnis gratie: & iſta ſũt radix & ori
go recte & ſancte uiuendi ac per conſequens merẽ
di: neceſſe eſt ꝙ in chriſto fuerit plenitudo perfecti
onis meriti ſecundum omnem modum plenius
merendi. Quia igitur in chriſto fuit plenitudo
gratie unionis per quam erat deus ab inſtanti con
ceptionis habens omnem gratiam & motum libe
ri arbitri. Hinc eſt ꝙ neceſſarium fuit in chriſto eſſe
perfectionem meriti: & quantum ad excellentiſſi-
mam dignitatem merendi: & quantum ad celeri-
mam oportunitatem temporis. Et ideo dictum ẽ
ꝙ ab inſtanti conceptionis meruit: & quod excellẽ
tiſſime omnino meruit. Rurſus quia in ipſo fu-
it plenitudo gratie ſingularis perſone: per quã ha-
buit firmam charitatem & omnes uirtutes perfe-
ctas: & quantum ad exercitia: & quantum ad habi-
tum: ideo dictum eſt ꝙ in eo erat plenitudo meri-
ti ad illud per quod conuenit mereri: uel cuius ẽ ra-
dix charitas & actus multiplicis uirtutis. Ampli
us quia in eo fuit plenitudo gratie capitis per quã
in eo fuit gratia non ſolum ſicut in quodam ho-
mine: ſed ſicut in quodam principio omnis gratie
& ſicut in quodam pleniſſimo fonte qui habebat
in omnes electos refundere: cui omnes uniuntur:
ſicut membra capiti: & ſicut riuuli fonti: ex quibus
omnibus conſtituuntur myſtice una perſona: hinc
eſt ꝙ meriti plenitudinem habuit non tantum re-
ſpectu ſui: uerum etiam reſpectu noſtri quibus me
ruit: ſicut membris ſuis: & ſicut omnia ſpiritualia q̃
habens influit & dat ratione ſumme dignitatis uꝰ
diuinitatis: ſic omnia nobis ratione aſſumpte hu-
manitatis ſiue ſint bona ſtatus preſentis ſiue eter-
ne felicitatis. Poſtremo quia tantorum cariſma-
tum plenitudo neceſſario ponebat in chriſto ſum-
mam & perfectam felicitatem ſecundum ſui par-
tem ſuperiorem licet diſpenſatiue propter nos eſ-
ſet in ſtatu uie. Hinc eſt ꝙ nõ ſibi meruit gloriam
& beatitudinem anime concreatã: nec ipſam unio
nem perſonalem: quia iſta naturaliter in chriſto oẽ
meritum precedebant: ſed illa ſibi meruit cum
quibus ſtatus uie ſtare non poterat: ſicut ſtolã car-
nis cum clarificatione ſue excellentiſſime dignita-
tis. Quia uero in ipſo ab inſtanti conceptionis fu.



UVA. BHSC. IyR_070

it perfectiſſima plenitudo tam omnium habituũ q̃ actuum interiorũ ſtatim omnia meruit que potuit mereri reſpectu ſui. Ac per hoc de debito uno modo facere potuit alio modo debitum: de indebito autem debitum uel de debito magis debitũ ſibi facere non potuit quia nullo modo potuit in ſanctitate proficere: cum a principio eſſet ſanctiſſimus fecit tamen hoc nobis: & omnibus iſtis modis nobis propriiſſime meruit: quia merito ipſius
Iuſtificamur a culpa
Proficimus in gratia
Coronamur per eternã gloriam in beatitudine ſua
Quia uero eo ipſo quo deus erat & ſãctiſſimus erat plenus omni ſapientia & omni gratia. Que oĩa etiam habuit abſque merito ex dono pſonalis unionis gratuite ſibi: ideo potes uidere: ꝙ ad iſta neceſſario ſequebatur: corpus ſuũ debere glorificari & omnem creaturam ſibi ſubdi: tam ad ſue uoluntatis imperium: q̃ ad recipiendum ſententie iudicium. Et ideo potes uidere ꝙ ad iſta neceſſario ſebatur: ꝙ ſtatus merendi in nullo habuit neceſſitatẽ reſpectu ſui: ſed ſummam neceſſitatem reſpectu noſtri: qui eramus
Peccato fedati
Supplicio captiuati
Ad malum prompti
Ad malum difficillimi
Ab omni regno gratie & glorie excluſi
Et dei horribiles inimici.
A quibus omnibus impoſſibile fuit per nos liberari: ſtante ordine quem deus pro meliori elegit: niſi per meritum chriſti plene & integre: immo ſuperabunde ſatiſfaciens diuine iuſtitie: non ſolum pro toto humano genere in communi: ſed pro quolibet homine in ſingulari: & non in quolibet homine ſingulari maliciam uite ſue: quaſi ĩ quodã aceruo emendauit: ſed ꝓ pcõ quolibet a ſingulari malitia luit & defluit: penã ſoluit: & ptulit: & ab ipa ipm abſoluit: ueniã & gr̃am ĩpetrauit: ipſũ ĩ oĩ ope ſuo meritorio adiuuit & aſſotiauit ĩmo ĩ ipſo exñs ſicut radix ĩ ramo ipſũ ĩ ſeipſo acceptabilem deo reddidit: & ab omni temptatione in nobis uincendo nos liberauit: & per eum omne augmẽtum boni in nobis creuit & pro omni bono ĩ ſingulari & ſpirituali ꝙ unquam habebimus ſiue in hac uita ſiue in beatitudine eterna prius ipſe pro nobis accepit: & pro ipſo in eternum patri ſeſub iecit: laudat & benedicit & ſibi in eternum de oĩbus bonis noſtris gratus extitit. Quid ergo deficit ad pleniſſimam rationem meriti chriſti in nobis: nos enim filii mortis: ex nobis nihil niſi eternam mortem meremur: niſi in quantum chriſtus exiſtens in nobis non ex nobis ſed ex ipſo q̃ ipe nobis meruit in ſeipſo unde ſibi poſſumus dicere & debemus. Omnia opera noſtra in nobis operatus es domine. Ad iſta autem in nobis mereda nõ aſſũpſit humana ſolatia: ſed tãtũ aſſũpſit de dolore & pena: tam interius in corde: q̃ exterius in corpore: quod omnino nobis eſt inexpreſſibile. Sed quia de his dicetur infra in tractatu de paſſione: ideo de his tranſeo. Hoc unũ ſolum pono: ꝙ ideo eterna ſapientia uoluit eundem diem eſſe incarnationis & mortis ieſu: ut uno facto intellectuali circulo ab eodem puncto in idẽ ſicut ſenſibiliter in uita chriſti circulariter uoluitur tempus: ut ſimul iungatur dies incarnationis & mortis: ſic intelligatur ut totus decurſus uite chriſti paſſibilis fuit: una ineffabilis mors continuati doloris: tam pro diuina offenſa: q̃ pro redemptione noſtra. & ꝙ mortem quam aſſumpſit in utero uirginis continue portauit in decurſu temporis: in fine in carne expreſit: Ad uidendum autem quomodo ueri dolores fuerint in mente chriſti & carne: attendendum ꝙ quoſdam defectus noſtre nature paſſibilis dilectus emanuel noſter aſſummere uoluit: & quoſdam tanquam inutiles & inexpedientes reiecit. Aſſumpſit igitur corporales penalitates: ut famem: ſitim: laſſitudinem: & dolores carnis: ac mortem. Aſſumpſit & ſpirituales. triſtitiam: gemitum & timorem. Nec tamen omnes corporales aſſumpſit: ſicut ſunt defectus egritudinum multiformium: neque omnes ſpirituales: ſicut ſunt ignorantia: & rebelliones carnis ad ſpiritum. Nec qualitercunque aſſumpſit: quia non contraxit: immo ſic neceſſitatem patiendi ſuſcepit: ut nihil pati poſſet inuite: nec ſecundum uoluntatem diuinitatis: nec ſecundum uoluntatem rationis: licet paſſio fuerit contra uoluntatem ſenſualitatis & carnis: ſicut exprimit oratio eius que dicit. Non mea uoluntas ſed tua fiat. Vide igitur q̃ rationalis fuit iſte modus aſſumendi: quia ieſus benedictus qui habebat officium mediatoris debuit habere conuenientiam cum extremis: non ſolum utro

UVA. BHSC. IyR_070

runque habendo naturam: ſed etiam in natura aſſumpta: accipiendo circunſtantias & proprietates correſpondentes extremis. Quoniam ergo deus eſt iuſtus: beatus & immortalis: neceſſe fuit mediatorem dei & hominum: ut hominem reducere poſſet ad eum commũicare cum deo in iuſticia et beatitudine: cum homine uero in paſſibilitate & morte: ut ſic habendo mortalitatem tranſeuntem et beatitudinem permanentem hominem de preſenti miſeria liberaret: deſtruendo eius eternam mortem & ipſum reducendo ad ſuam beatitudinem. Sicut et econtrario angelus diabolus qui habens immortalitatem cum miſeria & iniuſticia: fuit mediator faciens hominem cadere in culpam & in miſeriam per ſuggeſtionem ſuam: ac per mortis dolorofum ſupplicium. In quo quia mors nunq̃ moritur: mors in eo ſicut & in diabolo habet immortalitatem interminabilium tormentorum.

Quoniam igitur chriſtus mediator debuit habere innocentiam & beatitudinem fruitionis cum mortalitate & paſſibilitate: hinc eſt ꝙ ſimul debuit eſſe uiator & comprehenſor: & de omni ſtatu in ſe aliquid habuit ſecundum ꝙ dicitur aſſumpſiſſe.

De ſtatu innocentie: peccati ĩmunitatem.
De ſtatu nature lapſe: penalitatem & mortem.
De ſtatu glorie: fruitionis beatitudinem.

Rurſus quoniam penalitates uitioſe ſicut ſunt iſta quattuor: propter peccatum originale inflicta: ſcilicet Ignorantia: Infirmitas ad bonum: Malitia & concupiſcentia: que ſunt impeditiue: et ad malum inclinatiue: hinc eſt ꝙ has nec aſſumere debuit nec aſſumpſit: nec in ſua benedicta matre reliquit. Quia uero pene que ſunt exercitatiue uite perfecte: et teſtificatiue nature humane: non ſimulate: potiſſime ille que reſpiciunt naturam in communi: ſicut fames & ſitis in abſentia alimenti: & triſtitia et timor in preſentia nocumenti: & alie pene his ſimiles: hinc eſt ꝙ illa aſſummere debuit & aſſumpſit: Et hos defectus Damaſce. uocat naturales & intractabiles paſſiones. Naturales quidem quia ſequuntur naturaliter ſecundum rationem humanam naturam. Intractabiles quidem: quia defectum gratie & ſcientie non important. & ſolos tales defectus credo benedictum ieſum reliquiſſe in ſua ſanctiſſima matre: ut eſſet ſibi plene conformis tam in innocentia q̃ in pena. Febres autem & lepras & morbos caducos: & alias huiuſmodi penas: que in diuerſis reperiuntur hominibus aſſummere ieſus non debuit: quia tales defectus quandoque cauſantur ex culpa hominis: puta ex inordinatione uictus: quandoque ex defectu formatiue uirtutis: & immunde materie in utero matris: quorum neutrum fuit in chriſto: quia caro eius de ſpiritu ſancto concepta ex puriſſimis ſanguinibus uirginis non potuit inde tales accipere defectus: quia ſpiritus ſanctus eſt infinite ſapientie & uirtutis: errare & deficere non ualens in illa benedicta formatione: & in expurgatione uirginis ſacre. Item nota ꝙ benedictus ieſus nihil inordinatum exercuit in regimine uite ſue quo ad aliquid ſuperfluum. Si autem aliquid fecerit quod uideatur diminutum .ſ. parum dormire: uel parum comedere: uel quod uideatur in exceſſu naturam affligere: ſicut laborare in itinere: ſic permiſit iſta naturam affligere per dolorem pene: ꝙ non permiſit per iſta aliquam corruptionem in humoribus fieri: que poſſent predictas infirmitates cauſare. Non enim fuit conueniens ꝙ in chriſto fieret ab interiori corruptio: quia non penas proprias ideſt ſibi debitas: ſed aliorum ſuſtinebat: nec debuit habere mortem tali modo cauſatam: ſed ab extrinſeco uiolenter illatam: qui nobis uiolentiam mortis tam culpe q̃ pene uenerat ſua morte auferre. Sic igitur potes uidere quid aſſumpſit & quid non aſſumpſit in defectibus noſtris. Poſtremo quia nullus innocens debet inuitus penam aliquam ſuſtinere: quia hoc eſſet contra ordinem diuine iuſtitie: nullus etiam mortalis uult mori & pati ſecundum appetitum nature: qui naturaliter refugit mortem: hinc eſt ꝙ chriſtus debuit huiuſmodi penalitates habere: ut nihil pati poſſet inuite ſecundum rationem: non ſolum propter beatitudinem & diuinitatem ſibi unitam: per quam poterat repellere omnia: ſed etiam propter perfectiſſimã innocentiam: quam ſecundum ordinem naturalis iuſticie nihil permittit pati inuite. Et ideo ſicut a pricipio defectus nõ dicitur cõtraxiſſe ſed aſſumpſiſſe uoluntarie: ſic & in toto decurſu uite ſue non debet dici aliquid pati inuite: quia iuſticia diuina nullo modo ſibi pmiſiſſet aliquid penale infligi: niſi ipſe ex amore

UVA. BHSC. IyR_070

cordis ſui hoc poſtulaſſet ſibi pro munere pro honore dei & ſalute noſtra:unde ſemper in tota uita ſua liberaliter & uoluntarie ſe nobis dabat ĩ penis.

Quia uero iſte non eſſent pene:niſi eſſent contra naturalem inclinationem & appetitum ſenſualis nature:hic eſt ꝙ iſta dicitur pati contra naturã ſenſualitatis & carnis.Et hinc eſt etiam ꝙ chriſtus orans ſecundum rationem:uoluntatem carnis exprimebat:quia paſſionem refugiebat: cum dicebat:Tranſeat a me calix iſte:uoluntatem tamen rationis uoluntati patris conformans appetitui carnis pie ponebat cum dicebat.Non mea uoluntas: ſed tua fiat. Vbi notatur ꝙ fiat eſt uerbum optatiuũ ut per hoc ſcias ꝙ amore tuo ebrius petebat & optabat ſuas paſſiones & mortis ſupplicium.Et ſic patet ꝙ in chriſto non fuit contrarietas uoluntatis :quia ſecundum diuinam uoluntatem quod iuſtum erat uoluit & ſecundũ uoluntatem rationis non ſolum iuſtitie conſenſit:ſed etiam totis precordiis ſitiuit & uoluit.Secundum uoluntatem carnis penam recuſauit:ſed tamen iuſtitiam nõ accreauit. Et ſic unaqueq; uoluntas quod ſuum erat operabatur & quod ad ſe pertinebat exequebatur.

Voluntas diuina iuſtitiam
Voluntas carnis naturam
Voluntas rationis obedientiam.

Ac per hoc non erat in chriſto colluctatio & pugna uitioſa:ſed pacata oratio:& tranquillitas ordinata:& iſta nunq̃ minuũt de pena & dolore mentali:ſed tanto magis augent:quanto magis a uitioſa diſcordia ſeparantur.Et ſic patet de aſſumptione penalitatum benedicti domini noſtri ieſu. Vt aũt poſſimus uidere q̃ perfecta operatio uirtutis fuit ĩ chriſto homine:attende cum quanta ſimilitudine eſt imitatus actum perfectionis diuine in unione aſſumpte nature:licet enim fuerit unicus actus & ſimplex ille quo diuina perſona humanam ſibi uniuit naturam:conſidero tamen ibi triplicem circunſtantiam maxime perfectionis.Et ut de hoc methaforice loquamur conſidero ibi

Velociſſimum curſum in ſuum oppoſitum.
Admirabilis agilitatis ſaltum:quaſi ab extremo in extremum
Immobilem & interruptum firmitatis ſtatum ĩ eo ꝙ non reliquit hominem aſſũptũ.

Oppoſita enim erat humana natura deo & inimica & licet nunq̃ fuerit inimica in chriſto: tamen inimica erat tota anteq̃ aſſumeretur:unde nec modica amicitia dei fuit unq̃ cõmiſſa alicui pſone iſtius nature niſi preſuppoſita tali aſſumptione tanq̃ radice. Ad hanc igitur ſuam capitalem inimicã tam uelociſſimo curſu:& cum tanto amore ad ipſã amplexandam & ſibi uniendam peruenit ut ĩ iſtãti ſic eam ſibi pacificauerit & coniunxerit in unitate perſone:ut idem ſit deus & homo:& in illa natura quondam ſibi inimica ſit ſũmus amicitie & unionis gradus qui dari poſſit etiam per uirtutem diuinam.Ita ꝙ uidetur benedictus deus totas ſuas uires conflaſſe in unione ſibi inimice nature.Quam perfectionem ſuperexceſſiuam & nobis ſũme imitandam & deſiderandam ipſe ieſus exprimens cũ exhortaretur nos ad inimicorum dilectionem ait. Eſtote ergo perfecti: ſicut pater ueſter celeſtis perfectus eſt. Si etiam ſecundo conſideres ſaltus mirabiles quos fecit diuina perſona a ſuo extremo in extremum noſtrum:uidebis ꝙ deus ſaltãt ad humanitatem in quo preterea includitur.

Excelſus ad infirmitatem
Eternus ad tẽporalitatẽ
Liber ad ſeruitutẽ
Diues ad paupertatẽ
Specioſus ad deformitatem
Glorioſus ad contẽptũ
Virtus ad infirmitatẽ
Salus ad penalitatẽ
Vita per eẽntiam ad mortẽ acerbã.

Si tertio conſidero.ſ.ĩmobilitatis ſtatum cum quãta formatione huius unionis facta eſt ligatura: uidebis ꝙ impiiſſimum anathema ẽ dicere deũ unq̃ dimiſiſſe quod ſemel aſſumpſit :plene autẽ ieſus ſecũdum ꝙ homo obſeruauit quod ſcriptum eſt. Si ſteteris ſedere ad menſã potentis:diligenter attẽde que tibi apponuntur:ſciens quoniam oportet te talia preparare Ad hanc igitur menſã ſedens diuine unionis homo aſſũptus diligenter appoſitionem huius triplicis ferculi attendit & efficaciter ſimilia preparauit:dum ſuperineffabili modo & ineſtimabili perfectione uirtutis:in tali tibi etiã operatione ſua eſt imitatus perſonam.Sic enim ipſe de natura inimica gratie unitus eſt perſone filii dei tãta uelocitate ut in primo inſtanti eſſet deus homo. Sic & ipſe ieſus benedictus in eodem inſtanti ſibi uniuit:& unitos habuit omnes electos:qui erant natura filii ire:& deo & ſibi inimici:non ſolum ĩfectione originali:ſed multiplici ſuperaddita malitia eoꝝ actuali. Quibus nõ obſtãtibus ſic eos ſibi pfecte uniuit ut mẽbra capiti:ut eorum omnia peccata acceperit ad diluendum & lamẽtandum & deſtruendum.Et ideo pro eis ſatiſfaciendo eorũ tormenta acceperit ad ſuſtinendum & ad eos liberandum gratias a diuinitate acceptas fecerit ſuas p cõmunem influxum:ut quicqd eis ſit ſibi reputet fieri.Et qcquid a deo recipit ſibi liberali charitate lconferibuat. Mirabilis fuit iſte curſus quo in primo inſtanti ſe ſenſit bonus ieſus : & caput & membra:hac dilectione maior haberi non poteſt: qua pro inimicis dedit animam ſuã.Cũ.n.inimici eſſemus đo:recõciliati ſumuſ p mortẽ filii ſui qm̃ deus

UVA. BHSC. IyR_070

erat in chriſto mundum reconciliãs ſibi. Vere nõ tardauit ſue diuinitati rñdere: imo tã cito ſibi uniuit ut mẽbra illos q ſibi erant tãtum contrarii q̃cicito ipſe unitus ẽ ypoſtaſi uerbi: ũde uere de utroq; curſu tam dei in hominem aſſumendum q̃ ipſius dei hominis in totam multitudinem electorum: poteſt dici illud dauiticum. Exultauit ut gigas ad currandam uiam & cetera. Attende autem ꝙ ſicut natura humana non conſiderata ut chriſti dei inimica: in chriſto uero ſic eſt unita: ut ipſe homo ſit deus. Sic & ipſi electi ſi conſiderentur in ſuis originalibus naturaliter infectis: & in ſuis actibus ma lis ſunt impii hoſtes dei & chriſti eius: ab ipſo autem in ſeipſo transformati & reformati & uniti ſicut membra capiti ſunt: ipſe ieſus per unionem amoris & ipſe eſt ipſi. Quanta autem unione chriſtus connectatur membris ſuis quere in libro quarto capitulo illo: Ieſus panis ſacratus: ubi agitur de chriſti ſacerdotio: & quomodo de ipſo ſumus: & de ipſo nutrimur. Rurſus attende illos amoroſos ſaltus quos iſte dilectus ieſus ad ſimilitudinẽ ſue perſone: & pro nobis uoluntarie fecit a ſue ſublimitatis extremo in noſtra infirma & noſtre ſaluti accommoda. Delicioſiſſimus enim in ſua beatitudine ſaltauit in immenſos dolores pro noſtra redemptione: ut uere dicatur deo: Vere dolores noſtros ipſe portauit. Glorioſiſſimus ſuper omnẽ creaturam innumera obprobria & uituperia: propter quod in pſalmo dicitur. Factus ſum obprobrium hominum & abiectio plebis. Benedictiſſimus ab omnibus angelis in peccatorum blaſphemias et innumeras maledictiones. ut in eo compleatur illud Hieremie: Omnes maledicunt mihi: Innocentiſſimus ſaltauit ſuper omnes culpas: nullam communicando: ſed quantum eſt ex ſe omnes delendo: propter quod dicit apoſtolus: ꝙ ipſum deus pater pro nobis peccatum fecit. Et pro iſto ſaltu q immediate precedit dicit ꝙ factus eſt pro nobis maledictum. Specioſus forma pre filiis hominum ſaltauit ad tantam deformitatem ex penis ſibi illatis & impiorum ſputis: ut Eſaias gemens talem aſpectum dicat. Vidimus eum & non erat ei aſpectus: & conſiderauimus eum quaſi leproſum & a deo percuſſum. Sublimiſſimus qui erat omnium creaturarum dominus: & ſecundum ꝙ homo ab inſtanti ſue conceptionis factus eſt omnium ſeruus & omnium nouiſſimus: & non ſolum ſubiectus ſue reuerendiſſime matri & ſãcto ioſeph: ſed fuit ſubiectus multis modis aliis hominibus: immo & uoluntarie diuiniſſimum corpus ſuum ſubiecit inſenſibilibus creaturis & doloroſe afflictioni crucis: clauorum: ſpinarum: & tranſfixioni lanceee: ut merito poſſet dicere. Ego autem humiliatus ſum nimis. Et illud ſecundum aliam tranſlationem. Seruire me feciſtis in peccatis ueſtris. Virtuoſiſſimus & fortiſſimus ſuper omnem creaturã ad tantam infirmitatem & debilitatem uoluit deſcendere: ut baiularet̃ matnis manibus: & quod plus eſt ꝙ ſic conclauaretur manibus & pedibus: ut quãtum ad uirtutem corpoream ſe mouere nõ poſſet: uere potuit ipſe dicere. Infirmata eſt in paupertate uirtus mea. Ditiſſimus cuius erat poſſeſſio omnis creati: ad tantam ſaltauit penuriam paupertatis: ut naſcens a beſtiis mutuo acceperit preſepium: uiuens non habuit ubi reclinaret caput ſuum. moriens non habuerit aque modicum: mortuus etiam mutuo acceperit alienum ſepulchrum: ut uere dicere potuit. Pauper ſum ego: & in laboribus a iuuentute mea. Sapientiſſimus propter nos ad tãte deuenit ſtultitie apparentiam in occulis fatuoꝝ ut ipſum ſicut fatuum diffamarent: ideo dicebat mater. Quid eũ auditis: furit enĩ & inſanit: et qui erat uerbum patris & ſecundum ꝙ homo lingua eucharis & eloquentia gratioſa tacuit & obmutuit tam paruulus in cunabulis q̃ etiam magnus in accuſationibus falſis: unde poterat dicere illud Hieremie: Stultiſſimus ſum uirorum. Iocundiſſimus uita & qui omnes celos implet letitia: ſaltauit in lachrymoſam & flebilem mortem: quando cum clamore ualido & lachrymis tradidit in morte animã ſuam. Vides tu ſaltus amoroſos benedicti ieſu: quomodo pro nobis ſaltauit ad ſimilitudinem ſaltuum diuinorum. Et ĩ his ſaltibus tam deus q̃ homo aſſumptus nobis benigniſſime condeſcendit: quando exinanitus pro nobis noſtra ſic abunde dignatus eſt pati: ſed conſũmata noſtra ſalute per gradus per quos deſcenderat retroceſſit reſaltando uſq; ad dexteram dei patris.

Mors ei tranſiuit in ĩmortalitatem:
Penalitas in ſalutem:
Infirmitaſ in uirtutem:
Contemptuſ in honorem:
Deformitaſ in decorem:
Paupertas locupletatur:
Seruitus emancipatur:
Infirmitas exaltatur:
Temporalitas perpetuatur:
Humanitas deificatur:
Et blaſphematus ab omni creatura laudatur.

Que quidem figurata fuerunt in illo famoſo horologio Achaz. O q̃ armoniace iſtud horologiũ ſonare debet in auribus ſponſe anime deuote: que tales ſaltus aſcendentes & deſcendentes audit et uidet in dulciſſimo ſponſo ſuo. An non tibi uidetur ſponſa hos ſaltus cõſiderare: cũ dicit. En ipſe ueniet ſaliẽs in mõtibus trãſiliens colles. Nõquid nõ reſaltũ p̃dictaꝝ pfectionum exoptat ſpõſa dilecto ſuo: cũ in fine libri concludit. Fuge dilecte mi aſſimilare capre: hinnuloq; ceruoꝝ: ſuper montes aromatũ: que ſunt rõnes eminẽtes & odorifere ſuperius nominate: quas reaſſumpſit ieſus exeundo de mundo: cum reſurrexit & aſcendit in celum.

UVA. BHSC. IyR_070

Sic igitur uides ſaltus tui amatoris ieſu p quos ad te deſcendit:& in ſuam diuinitatem te aſſumpſit. Si conſideres tertiam.ſ.immobilitatem & ſtabilitatem uirtutis:uidebis hoc ſtupẽdum & mirabilem ifirmitatis amorem:quo in omnibus predictis quantum ad perfectionem actus in tantum mentis ſue ſe tenuit immobili & non interrupto actu ab inſtanti conceptionis ſue uſq; ad tranſitũ ſue mortis:donec totum malum aſſumpte nature pro quo excludendo uenerat reliquit affixum ĩ cruce dum dixit.Conſumatum eſt.q. dicat licet non interrumpatur actus doloris finito myſterio humane redemptionis:& ideo tam me q̃ omnes in beatificas manus patris redemptos expirando cõmendo. Iſta fixio & immobilitas dei amoris figurata fuit in illo ſtupendo prodigio Ioſue: quando dixit.Sol ne mouearis contra Gabaon:& luna contra uallem haylon:& infra.Stetitq; ſol in medio celi:& non feſtinauit occũbere ſpacio diei unius.Sol iſte eſt benedictus Ieſus de quo prophetauit Malachias.Vobis timentibus nomen meum orietur ſol iuſticie:cuius radius magis ſplendens hominibus cum euiſceratus amor quem ſuper inimicos effudit:dum eorum dolores & iniquitates portauit.Huic actui boni Ieſu dicitur: Sol contra Gabaon ne mouearis.Gabaon interpretatur uallis triſtitie:& ſignificat illam doloroſam triſtitiam quam pro noſtra ſatiſfatione ſemper in corde portauit.Sol ergo contra Gabaon non eſt motus: q: amoroſus dolor cordis Ieſu non eſt interruptus: Luna uero que ſignificat defectus: quos pro nobis aſſumpſit in carne ſua contra uallem Haylon non eſt mota.Haylon interpretatur ubi ſunt urſi: & ſignificat concupiſcentiam humane carnis: ubi ſunt multiplices urſi.ſ.motuum immundorum & inſatiabilium appetituum:cõtra quos expugnandos carnis chriſti paſſibilitas ſtetit infirma: douec eſſet tota noſtra cõcupiſcentia expurgata. Stetitq; iſte benedictus ſol in medio celi.i.in immenſa capacitate cordis ieſu:& ineſtimabilis amoris ſui: & non feſtiuauit occumbere ſpacio diei unius: quia benedictus ieſus hunc actum mentis ſue noluit interrumpere in toto decurſu ſue lumino ſe uite. Vere non fuit ante & poſtea tam longa dies:quia in toto exercitu creature non poteſt inuenrri dolor & amor tante immenſitatis & tanti luminis & uirtutis. Hec autem fecit benigniſſimus deus pater exaudiens preces & gemitus pauperum ſuorum: quibus clamabant ad ipſum. Redime me domine & miſerere mei:propter quod ſequitur q; iſta dies fuit ita longa obediente deo uoci hominis: & pugnante pro iſrael. Firmitas autem iſtius amoris & doloris figurata fuit in opere ſecũde diei cum dictum eſt.Fiat firmamentũ in medio aquarum:quia firmamentum immobile eſt cor ſuum ĩ medio illarum aquarum:que intrauerunt uſq; ad animam eius.Vides ergo q̃ perfectiſſime anima chriſti in operatione uirtutis fuit ſue diuinitati aſſimilata.O q̃ perfectus equus diuinitatis fuit homo iſte Ieſus ad omnem hoſtilem exercitum proferendum:uelociſſime enim cucurrit ut dictum ẽ: Agiliſſime ſaltauit:& in bello uſq; ad perfectam uictoriam perdurauit.Hic eſt ille equus in tanta perfectione deſcriptus ipſi Iob cum dicit.Nunq̃ prebebis equo fortitudinem & cetera mira que ibi dicuntur.Exulta igitur anima mea in bono ieſu: in quo es quicquid es:& extra quem non niſi male es:qui tibi eſt omnia:Ipſe eſt celum latiſſime capacitatis & eminẽtiſſime dignitatis.Ipſe eſt terra: non quidem in opere ſuo maledicta: que ſpinas & tribulos germinat.ſed terra benedicta:& hortuſ & paradiſus uoluptatis:que tibi dat fructum cẽteſimum pleni participii diuinitatis:in quo eſt omne lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum. O benedictum genus fructus & dulciſſimum ad guſtandũ:in quo guſtans a ſuo malo deficiens ſentit ſe per amorem beatiſſimum domini.

Ipſe eſt tibi aqua omnem ſitim refrigerans cupiditatis mundane.

Ipſe eſt tibi aer uitalis reſpirationis:in cuius afflatu uiuis uita diuina.

Ipſe eſt tibi ignis ardens qui nunquã dicit ſufficit in amando.

Ipſe eſt tibi angelus ſalutaris conſilii:& continue cuſtodie & protectionis eterne.

Ipſe eſt tibi theſaurus: cibus:lectus:ſponſus:lux pater.

Ipſe eſt tibi omnia que potes deſiderare ut ſis plena.

Ingredere ergo anima mea benedicta domũ: cur foris ſtas?ingredere in locum tabernaculi admirabilis.Intra paradiſum tue reformationis:quia multo melius es reformata q̃ condita. Et quia in chriſto plene dotato plene dotata es:gaudeas ĩ menſa quam gaudens deus tibi diſtribuit in funiculo diſtributionis ſue.In hac benedicta terra repromiſſionis cordis boni ieſu:que non ſolum fluit lacte & melle ſed dei dulcore & pietate:uel etiam puntate.Hoc igitur ſciaſ & nihil ultra queraſ:ſed tali portione contenta cantes cum propheta.Funes ceciderunt mihi in preclaris & cetera.Et ſi bene intelligis hanc claritatem domini:quam tibi deus donauit:letanter ſubiungas. Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum. Intra ergo ĩ iſtum tuum benedictum ieſum:qui tibi eſt omnia:& incluſa permaneas:nec cum diua egrediaris ad uidendum mulieres regionis:ideſt uarias curioſitates diſtractionis: quia ſimul cum ipſa corrumperis a malo emor filio Sichen:nec cum ſene Semei de Hieruſalem ideſt de tranquilla pace cordis ieſu egrediaris ad querendos ſeruos per ambitionem

UVA. BHSC. IyR_070

temporalis honoris:quia ſimul cum illis occideris per indignationem ueri ſalomonis. Nec cũ filio illo prodigo egrediaris a plena ſuggeſtione in paterna prouiſione tui benedicti ieſu per tue ꝓprie uoluntatis abuſum:quia cum ipſo omnia diſſipabis:& in horrendam famem porcinã decides: nec ſatiaberis malis tuis. Clauſo itaq; oſtio cordis Ieſu nihil niſi ipſum ſenties:in illo quietiſſimo cubiculo altiſſ mũ patrem exora:& dic. Hec requies mea in ſeculum &c. Vt autem ſolẽnitatem ſacratiſſime diei incarnationis filii dei:de qua iam tribus diffuſe capitulis eſt tractatum:breuiter epilogando concludam.attende:admirare. & obſtupeſce diem magnificum ſuper omnem diem.Hodie nanq; eſt ſolẽnitas patris eterni:in qua fecit nuptias non ſolum filio ſuo ſibi indiſſolubili copula humanam uniendo naturam:ſed & ſibiipſi dum ſacratiſſimam uirginem mariam ſuam accepit ĩ ſpõſam.& ſuam paternam fecunditatem ſibi communicauit:dum eam ueriſſimam filii ſui matrem effecit:& ſibi ſponſali munere tantam fecunditatẽ tribuit:ut illum eundem generaret in tempore:ſicut uera mater in aſſumpta natura:quem ipſe genuerat in eternitate in ſue uirtute nature.Et ſicut in celo non habet ſociam in generatione eterna: ſic & ipſa nullum haberet ſocium in mundiſſima generatione humana. Aliter eſt etiam iſta dies omnipotentiſſimi patris.Quia ſicut ipſe eternaliter & plene ſe dicit ĩ increato uerbo filium generando: ſic & nunc ſublime ſe dixit ipſum oſtendere incarnãdo:dum ſe ſumme manifeſtauit quantum eſt poſſibile in natura creata.Vnde & ſoli uerbo incarnato reſeruatum eſt paternam fecunditatem & ſummam trinitatem explicite hominibus nunciare.Licet autem primum dicere quo filium generat ſit patris proprium:tamẽ iſtud ſecundũ dicere quod eſt commune tribus perſonis diuinis eſt dicere ſibi ualde conuenienter appropriatũ:ut merito hec ſit dies ſua qua ſe ſumme dixit in tempore. Eſt etiam iſta ſolẽnitas ſingulariter filii: quo ab eterno dilectam naturam in dilectione hodie conſumauit:dum eam indiſſolubili intimiſſimo in uinculo perſonalis unionis aſſumpſit.O ꝙ mira per filiationem ſuam eternã fecit hodie iſte benedictus filius dei:dum & aſſumptum hominem uere ĩ ſemetipſo fecit filium dei.& in eius ſublimi merito omnes electos tanquã membra corporis ſui fecit patris filios adoptiuos:uere igitur hec dies eſt filii ſigularis & propria. Hodie etiam eſt ſingulariſſima ſolẽnitas ſpiritus ſancti:cum enim ipſe mittatur ad ſanctificandum creaturam hodie plene & perfecte hanc ſanctificationem cõfecit: cum abſq; poſſibilitate peccati & in pleniſſima mundicia & gratia ſumma humanitatem ſilii dei & ſumme ſue reuerendiſſime matris pleniſſime habitauit.Hodie illam benedictam humanitatẽ omni repleuit gratia:omni illuſtrauit ſapientia:omni dotauit meritorum efficacia:non ſolum pro ſe:ſed pro tota natura.Hodie uirginem expurgauit: fecundauit: dei genitricem effecit:dum corpus in eius utero formauit:quod per ſpiritum rationalem perſone filii eſt unitum.Hodie eam fecit matrem omnium electorum:hodie ergo ſumma diffuſiõe ſpiritus ſancti ſummam bonitatem oſtendit: dum tantum naturam eleuauit creatam:ut ipſa fieret deus: non immerito ergo eſt hec dies ſua. Hodie etiam eſt feſtum beatiſſime trinitatis: cuius eſt actu eſſentiali omnipotentie ſue effectus in creatura producere.Hodie enim ſummum effectũ in natura produxit: dũ eã ſue diuinitati ĩ filii perſona uniuit:ut ſic ꝗſi ultimũ de potentia quo ad effectũ unionis & gratiam in effectum conflauerit ad huius diei ſuperineſtimabilem ſolẽnitatem ſacrandam. Hodie eſt principaliſſime ſolẽnitas aſſumpti hominis Ieſu chriſti:quia hodie de ſpiritu ſancto cõceptus quantum ad corpus:& quantum ad animam creatus:& pleniſſime diuinitati unitus:& dei fruitione ſumme beatus:& in omni perfectione conſumatus:ut hominem totum acceperit in plenitudinẽ meriti & ĩmobili defixione dominum decreti:& in perfectione ſui actus interni & plene poſſeſſionis intra ſecretum cordis ſui:tam pro ſe ꝙ pro mẽbris omnibus electis:quicquid poſtea accidẽdum fuit in exteriori executione omnium fiendorum: que omnia manabant ab eo quod hodie accepit tãquam ab efficaci radice:& ſicut actus exterior ab ab interno merito:ergo eſt ſua hec dies. Hodie etiam eſt ſolẽnitas principaliſſima uirginis matris dei:in qua facta eſt ſponſa dei patris:& ſocia genitrix filii dei:officina mirabilis ſancti ſpiritus:totius trinitatis ſacrarium: & ſpecioſiſſimum templum: regina & domina angelorum: genitrix omnium electorum:& ſic plena theſauraria cariſmatum beatiſſime trinitatis:ut nec ſtila alicuius uel modice gratie ſit donanda:niſi per diſpenſationem marie tranſiuerit. Hodie ipſa impeccabilis effecta: et omni bono repleta:ad tantum contemplationis ſublimata eſt uerticem: ut nullam puram creaturam in paſſibili carne uiuentem nunquã poſſim credeꝛ ſibi quomodolibet adequatã.Et ſicut uidetur Auguſtinus dicere: Conceſſa eſt uiſio dei ꝑ eſſentiam Paulo:moyſi:uel cuicunq; alteri:de quo tamen Dionyſius qui fuit ſecretus Pauli diſcipulus nihil dicit:immo magis contrarium ex rationibus ſuis poteſt deduci:ſi unquã ipſi uel alicui alteri iſta gratia eſt conceſſa:uere credo ꝙ non hodie eſt uirgini denegata: dum tantum fuit ſpiritu ſancto repleta:ut dei filium conciperet:& hominẽ ſumme beatum in utero ſuo portaret.Et attendat quicunque uult deuote concludere:ſi omnes rationes que adducuntur pro congruitate:ꝙ Paulo uel Moyſi debet gratia fieri:non multo magis generanti deũ cõgrue adaptant᷑:propter quod pie ſẽtio cum linconienſi:qui deducẽs rõnes dionyſii qbus

UVA. BHSC. IyR_070

ipſe diſtinguit ſtatum hierarchie angelice & eccleſie per nudam contemplationem diuine eſſentie: & per contemplationem que eſt per fidem: unde etiã uidetᷣ dicere ꝙ nulla pſõa iſtius medie hierarchie deducitur ad ſtatum iſtius dum eſt in iſta:dicit concludendo. Auctor iſte nõ uidetur cõcedere uelle: ꝙ alicui uiuenti in noſtra carne ſit cõceſſum deum in eſſentia uidere illa uiſione qua uidẽt beati. Si tamen alicui eſt cõceſſum:credo matri dei nõ ſemel ſed pluties etiam fuiſſe donatum. Quicqd autem ſit de hoc:quia hic nihil aſſero:certum ẽ diem iſtum eſſe ſingulariter uirginis matris. Hodie eſt etiam ſolẽnitas omnium angelorum:& nõ ſolũ quia hodie eſt eorũ reſtaurata ruina ĩ pleno accepto munere glorie & gratie ab ipſo ieſu pro ſe & pro omnibus membris:qui angelicam debent reſtauraꝛ ruinam:ſed etiam quia altiſſimũ & nouum guſtum dei:quantum pie creditur:omnes angeli acceperunt:dum beatitudinem anime chriſti uiderunt:& ſuam unionem in diuina perſona. O quãtum eſt hoc:penſet per deuotionem qui illuc mẽte conſcendit: Quanta eſt hec magnificentia intellectualis nature guſtare deum ut ſuprapoſitum ꝓprium in eo quod quilibet pluſ diligit q̃ ſeipſum.

Licet autem hec dies ſit omnium angelorum ĩ communi:eſt tamen ſingulariter gabrielis:qui ſingulariter a deo miſſus:forſitam eſt omnium ſummus:uel adminus eorum qui ad exteriora mittuntur. Huius inquã beati ſpiritus gabrielis non ĩmerito dixerim:ꝙ hec eſt ſolẽnitas ſingularis:dũ tanto meruit dotari priuilegio:ut cõmercium dei cũ uirgine:& myſterium unionis diuine nature & humane meruit ſingulariter noſce per excellentiam: & annũciare uirgini: & eam ad cõſenſum inducere:& ſacra myſteria dei & domini ſui ſua fideli obſequioſitate tractare. Eſt etiam iterum hodie ſolẽnitas totius humane nature:que a iugo ſue ſeruitutis erepta:& ab antiqua infectiõe purgata in matre & in chriſto ieſu eſt omni gratia repleta & beatificata & deo iuncta:& ideo totus eius appetituſ ẽ ĩ ſuo ſummo uertice conſumatus:et ut nõ ſit q ſe abſcondat ab huius ſancte diei claritate. Eſt & hodie feſtum totius uniuerſi:quia dum corporalia & ſpiritualia in chriſto:hodie ſunt deo unita: omnis eſt conſumata natura:dum tanta unione ẽ ſuo auctori coniuncta:unde hodie & ipſum uniuerſum in chriſto meruit:ſiue chriſtus ꝓ toto uniuerſo meruit totam renouationem & meliorationem mundi:que poſtea manifeſtabitur in effectu.

Hodie ergo omnis ſolẽnitas:quia non eſt aliquid ſolẽnizabile de humana natura nec de hoc ſeculo nec in futuro:niſi hauriat in hac die: unde et omnes alie ſolẽnitates ſunt quaſi quedam explicationes ĩ exteriori opere:quod hodie factum eſt in completa radice: Quod autem omnes alie ſolẽnitates aliquam ſuper iſtam prerogatiuam uideantur habere:hoc eſt:quia iſtam continẽꝛ tanquã radicem & fundamentum ſui ſubſtantialis boni.

Et aliqui plus addunt ꝙ reſpectu btĩtudinis xp̄i .q. accipit rationẽ accidentis. Tota enim ſubſtãtialis beatitudo chriſti hodie facta eſt in unione ſui cum diuina perſona & fruitione beata. Natiuitas ergo iſtum benedictum chriſtum ita perfectũ: ut eſt hodie extra uterum manifeſtat: unde & hec eſt nobis circunſtantia & conditio ſolẽnizandi: qꝛ benedictus ieſus qui prius erat datus in utero matris:datus eſt per natiuitatem uiſibilis mundo.

Reſurrectio glorioſa corporis ieſu dicit notabilem cauſam letitie:ſed ſi bene attendas:gloria iſtius beati corporis deriuatur a gloria mentis quam hodie plene chriſtus accepit. Aſcenſio corporalis adcelum & ĩtronizatio ĩ ſedem regni dicit quãdam notabilem iocunditatis & leticie materiam. Sed quid ẽ quod addidit diei hodierne. Si uelis ſubtilitr conſiderare:magnum quidã per omnem modum:quia caro noſtra in beatitudinis gloria eſt ſuper omnes angelos exaltata. Sed multo magis ẽ ſi cõſideretur preciſe ꝙ hodie anima chriſti fructione beata ad dexteram dei patris ſedet:& in medio trinitatis ſuam accepit ſedem dignitatis: dum eſt unita tam ipſa quam caro in filii dei perſona. Magna erit unio & glorificatio corporis xp̄i quando impii per ſententiam iuſte damnationis profondatis in pena con triunpho uniuerſalis uictorie chriſtus integer caput & membra glorioſus ciuitatem intrabit ſupernam:ſed quod tunc fiet:hodie ĩ chriſto factum eſt. Si etiam addas ꝙ hodie corporaliter paſſus eſt chriſtus in cruce ea q̃ mentaliter acceperat hodie in utero matris ſue:non paruum addidiſti preconium ut iſti dieſ merito ceteris preponatur. Propter quod ad uidendum magnitudinẽ huius diei: cõſidera ꝙ ſi preciſe coperatur illud qđ factum eſt hodie ei quod faciendum erat in omni alio temporali decurſu: uidebis ꝙ illud ẽ maximũ omnium non ſolum fiendorum:ſed poſſibiliũ ſ e ri:& ꝙ omnium aliorum perfectio ab huius perfectiõe procedit. Vnde hec eſt dies quam fecit dominus ſingulariꝛ & ex cellenter ſuper omnem diem: que tantis eſt exaltata myſteriis ut merito ſoli deo ſit nota:ut ſibi uere aptetur illud quod dicit ꝓpheta zach. Eſt dies una que nota eſt domino. Odi es ĩmenſi luminis abſorbe me indignnm famulũ tuum & propris tenebris excecatum in tui infinitam & deſiderabilem claritatem:in qua eſt omnis anime beatitudo & requies ſẽpiterna. Sed & tu benedicte & beate ieſu q huius diei myſteria ſolus plene cognoſcis:agnoſce me indignum famulum tuum in huius diei participio & fac me membrum tuum illam gratiam plene perciperꝛ: quam pro me hodie in te ipſo accepiſti a patre:ut mea conuerſatio nũquam deuiet in exteriori ope ab eo ꝙ de me hodie in teipſo efficzre uoluiſti g̃tuito munere bonitatis tue.

### Ieſus Ioãni intimus. capitulo .x.

Ccepto ut dictnm eſt in conſenſit uirgineo ut ſine uirili ſemine dei filium

UVA. BHSC. IyR_070

cõciperet: & benedicto ieſu in eiuſdẽ ſactatiſſime
uirginis utͦ in charitate diſceſſit angelus ab ea: ſe
corporaliter ſubtrahendo:non omittendo debitũ
famulatum:Ipſaq; uirgo celeſtia petit: & quaſi an-
gelum ad celeſtia regna reuertentem ſequitur:dũ
in montana conſcendit:nec incredula poterat eſſe
de oraculo:nec incerta de nuntio:nec dubitans de
exemplo:que tam mente q̃ carne filio dei reple-
batur. Feſtinanter itaque abiit: Zacharie domũ
intrauit:ut eliſabeth urſitaret:ac pregnanti graui-
da ſeni iuuẽcula miniſtraret.Sed p̄ncipaliſſima cã
fuit ut dicit Origeues:qr ieſus q̄ ĩ utͦ ſuo erat: io
ãnẽ adhuc ĩ utͦ mr̄is poſitũ ſcĩficar̄ feſtiabat.Sed
& ipſa uirgo etiam ipſum Ioãnem tãq̃ inter ado-
ptiuos primogenitum poſt ſuũ cõceptum natu-
ralem filiũ feſtinabat ſpũaliter gener are.Vnde cũ
prior ſalutaſſet uirgo eliſabet ſimul cum humili
tatis ſigno:beneficiũ dedit cũ uerbo: & qui prius
uerbi dei ĩfluẽtiã recepit:prius uirtutẽ ſalutationis
agnouit.Vnde & paruulus ioãnes ſtatim ĩ matris
utero ſaltãdo exultauit.Et quia lingua nõ poterat
reſpõdere:de utero matris ĩ occurſum illius geſtie
bat erũpere. Attẽde quãta fuerit plenitudo gra
tie data ioãni ad p̄ñtiam uerbi diuini p os affatus
uirginei.Nã & meritis eius mater ſpũ ſãcto reple
tur: & datur ſibi myſteriũ incarnatiõis agnoſcere:
fidẽ matris cõmẽdare: & eius dignitatẽ intelligere
& eã beatã predicare: & ſe indignã tali uiſitatione
reputare.Quã enim ſpũs ſcũs repleuit humilita-
te uacuã non reliquit.Tũc autẽ ut ſcõꝝ auctorita-
tes uident᷑ dicere:p̄mo ſanctificatus ẽ ioannes: &
repletus ſpiritu ſãcto:accepit ꝓphetie donũ: quo
uicinius lucerna dei fieret: & uox ut uerbũ dei qd᷑
ſe occultauerat carnẽ aſſumẽdo per iſtũ tanq̃ p lu-
cernã ſuã: & uocẽ ſonoram ĩnoteſceret mũdo:un
de & quod in ꝓpria uoce nõ potuit:per ſuam ma
trẽ impleuit:dũ meritis eius ſic exclamãdo uirgi-
nem cõmendauit: & uerbi ĩcarnati p̄ñtiam predi-
cauit:unde iã tunc ĩ utero ſuum ĩchoauit officium
felix uox manifeſtãdo magnifice uerbũ dei. Li
cet autẽ quedã beneficia dei quidã artãtes dicãt ꝙ
ioãnes tunc accepit gr̄am in habitu ſolũ: & nõ ali
quo actu mẽtis interne:qa nec uſum rõnis hũit:
uolũtatis: & illa exultatio nõ ĩtelligit᷑ actualis mẽ
tis iocunditas:ſed q̄dã corporis ꝓtẽſio & motus:
ex quo mater pcepit immutationẽ factam in filio.
Ego uero hoc dictum ualde irrationabile fore ar-
bitrans: & diminutiuũ doni ſpũs ſãcti:quod ſacet
textus euãgelii:ſi nõ peruertat᷑:dicit copioſius da
tum fore Ioãni cum dicit.Ex quo fcã eſt uox ſalu
tatiõis tue in auribus meis:exultauit ĩfans in ute-
ro meo.Credo tñ dictis ſcõrum exponẽtium iſtũ
teſtum ꝙ ioãnes in ſua mẽte exultauit: & ꝙ iſtud
fuit gaudiũ rõnis: & ꝙ actu Ioãnes ſaluatorem co
gnouit:ac plenitudĩe gr̄e & meriti ĩ ioãne actualr
exiſtẽtis:nũc mĩ & poſtmõm pĩ accepit. Intellige
ſane: ſicut unus ſcũs meret᷑ alteri: & ꝙ tũc miracu
loſe ſibi datus fuerit uſus liberi arbitrii. Si.n.iſtud
gaudiũ dicatur aliqs motus fcũs ĩ corpore ioãnis
aliquã ꝓtẽſionẽ faciẽs ĩ utero matris:ac p hoc im
pulſum:magis debuit exclamare eliſabet dolore
quaſſata ĩ utero q̃ gaudio repleta ex filio:unde nõ
intendo falſificare dicta ſanctoꝝ pp iniuriam pre
curſoris. Dicit enim maximus ĩ ſermone de io
ãne baptiſta:In tãtũ ãt ĩ eo p̄fulſit ſpiritualis ele-
ctio:ut ante mereret᷑ ãnunciare deum:q̃ naſcendi
ſumeret initium:uel linguã qua ãnunciare poſſet
acciperet.Quid eſt hoc mirabile fratres?Que tan
torum nouitas gaudiorum:ut eliſabeth illa uetus
mulier: & noua mater: uenienti ad ſe beate marie
teſtaretur ĩfantem in utero ſe habere:qui necdum
ſentiens ſemetipſum:dominicum ſentiret aduen
tum.Nullus ignorat cariſſimi paruulũ omnem ab
utero materno prodeuntem inter ipſa lucis exor-
dia meſtis cõcrepare uagitibus.Solus baptiſta do
mini ultra legem naſcẽtium:natiuitatẽ ſuã letitia
& exultatiõe preuenit:ipſumq; mũdi ſaluatorem:
quia nec dũ ſermone poterat: prophetico gaudio
reuelauit: & quem decuit ut de matre ſterili naſce
retur:qui fecunditatem uirginis reuelaret: quate-
nus mirabilem partum mirabiliter natus oſtende
ret.Quid hac reuelatione glorioſius?Quid hac fi
de dignius?Sterilis cocipit:uirgo parturit.Mutus
loquitur: & in ſecreto maternorum uiſcerum par-
uuli totius mundi gaudia preludũt.Ecce Maxiuſ
in auctoritate prefacta tria de Ioãne dicit.Primum
ꝙ nondũ ſentiẽs ſemetipſum:dominicum iã ſẽ-
tiebat aduẽtum:ſed ſeipſum bene ſentiebat actu:
ergo uult dicere ꝙ ultra hoc dominum ſentiebat
nunc actu: & iſtud non potuit tunc eſſe niſi ratio-
nis: & per conſequens illud gaudium fuit uolun-
tatis.Secundum dicit:ꝙ ipſum mũdi ſaluatorem
tali gaudio reuelauit:quod quidem fuit:quia ma-
ter meruit hãc reuelationem:pp hoc p ipſam dici
tur filium dei reuelaſſe. Dicit etiam tertio:ꝙ par-
uuli in uteris maternis.ſ.Ieſus & Ioannes: totius
mundi gaudia preludunt.Ex quo uidetur dicere
ꝙ ille due benedicte anime uirtuoſe cognoſcebãt
& de ſe inuicem gaudebant: & de totiuſ mundi ſa
lute ieſus gaudium influendo:Ioannes receptan-
do:In hoc enim ꝙ Ioannes aſſociatur chriſto in
gaudio:uidetur dicere ꝙ ſimili modo:licet impa-
ri gradu Ioannes & Ieſus gauiſi fuerunt.Sed non
eſt dubium ꝙ Ieſus gauiſus eſt gaudio mentis:er
go & Ioãnes:Auguſt.ẽt ĩ quadã omelia loquẽſ de
Ioãne dicit.Suſtine perſonã uetuſtatis:per quam
de ſenibus naſcitur: & preconium nouitatis ꝓpter
quod in uiſceribus matris nõdum natus prophe-
ta declaratur:fuerat quidem diuina diſpoſitio: ut
hoc tante gratie teſtimonium chriſto periberet:ꝙ
etiam chriſtus putari poſſet.Nam inter natos mu
lierum non ſurrexit ut ipſe ait maior ioanne bap-
tiſta.Itaq; ſi nullus eo maior erat: ideo qui maior
eſt illo:plus eſt q̃ homo. Ambroſius etiam ſu-
per lucam dicit expreſſe ꝙ tempus ſiletur ĩfantie:
ꝙ preſẽtia domini matris in utero roboratur qui

UVA. BHSC. IyR_070

infantie ĩpedimenta neſciuet:Et deo in euangelio
nihil ſup eo legimus niſ ioitn̄ & oraculum in ute-
ro:exultationē & uocē in deſetto .Neq; enim ullá
infantie ſenſit etatem:qui ſupra naturam ſupra eta
tem ĩ utero ſitus matris a mēſura cepit etatis perfe
cte plenitudis xp̄i.Neſcio qd exp̄ſſius dici poſſet:
q̄ dicere ꝙ infantie ĩpedimenta neſciuit:& ꝙ nullā
infantie ſenſit etatē:quod nullo modo eſt uerum:
ſi ĩfatilitas corporis impediuit uſum rõnis.Quod
etiam dicit a menſura cepit p̄fecte etatis plenitudi
nis chriſti:hoc nõ eſt uerum quátum ad robur &
perfectionē corporis:qa tũc paruulus fuit. Etideo
uerificatur ĩ eo q̄tum ad plenitudinē meriti p actũ
& uſum liberi arbitrii.ut in hoc aſſimiletur chriſto
ipſum ſanctificáti:qui tunc in utero matris pleno
uſu liberi arbitrii merebatur:ſicut plenus uir men
te:quod & uidetut tunc ioanni donaſſe.Btũs etiá
Odilo cluniaceñ qui fuit magnus doctor & ſcũs:
idem omnino uidet̃ dicere. Videtur autem eſſe
ſñia Ambroſii:ꝙ nõ ſolum tunc impedimēta ĩfan
tie non ſenſit in uſu rõnis:ſed etiam nũq̄ ſenſit po
ſtea:quod ſatis uidetur rõnabile:qa altiſſimus da-
tas gratias non ſubtrahit ſine culpa.Iſtud autē di-
cere ultra hoc:ꝙ eſt ſcõs imitari:ē honotare deum
ĩ opibus ſuis ſupnaturalibus:& ſcõꝝ dona nõ di-
minuere ſua fantaſtica rõne:& ſacrũ textum reue-
reti & nolle artare eius uerba ad noſtre infectiouis
debilia expimenta: ꝓpter qđ credo ſicut dixi ĩ dei
precone Ioáne.Si autē fuit ioáni cõceſſum ĩ ſua ſá
ctificatiõe: nõ mireris ergo ſi tibi ſupradixi.ꝙ ĩ cõ
ceptu filii dei fuit datum uirgini ſuũ libeꝝ arbitriũ
ſõno nõ ĩpediri:qa maius miraculũ uidet̃ nõ ĩpe-
diri uſũ liberi arbitrii in ut̃o:q̄ nõ ĩpediri in ſõno.

Attende autē quot ſũt p̄uilegia iſtius benedicti
p̄curſoris. Quia primo uidetur fuiſſe p̄mo genitus
q meritũ chriſti in utero matriſ p̄mo pticipauit.Et
ut digniſſimũ membroꝝ xp̄i p̄mus influentiá re-
cepit capitis xp̄i.Nota ꝙ magnificētia huius ma-
tris xp̄i oñditur ꝙ xp̄s noluit regenerare ioánem
nec ſauctificare niſi per uerbũ & in preſentia matris
ſue:licet in abſentia poſſet:ut p hoc monſtraret:ꝙ
ſicut ab ipſo fluit oĩs gratie plenitudo:ſic per glo-
rioſe matris manus tranſit omnis gratie diſpēſatio

Secũdũ p̄uilegiũ ioánis fuit:qr ſicut ſupra dictũ
ē p̄mus adoptatus fuit poſt ꝯceptũ filii dei a uirgĩe
matre:unde fuit ſibi ſingulariter p̄dilectus unde &
Ber.dicit ꝙ feſtinabat maria non tantũ eliſabeth ui
ſitare.q̄ ioannem ſanctificare & ꝓpter amorē ioan
nis ſeni eliſabeth ſedule miniſtrabat & puulũ natũ
ioannē uidere feſtinabat unde & creditur ꝙ ipſum
in ortu leuauerit & in manibuſ ſuis ſanctis accepit.
Sĩ ioannes uſum rõnis habuit:ĩmo qr ſatis ꝓbatũ
eſt ꝙ habuit:qua putas hilaritate matrem oĩs gra-
tie reuerebatur? O q̄ felicius cum ipſa q̄ cum eliſa-
beth iocunde morabatur:ꝙ ſi tantũ ꝓfiat in p̄mo
auditu ſalutationis marie:quátũ putas ꝓfecit ĩ triũ
menſiũ mora:maxĩe cũ ibi eēt cũ carne diuina pſo
na.O q̄ copioſá ſibi dedit benedictionē mater gr̃e

quádo ipſum erũpentē in lucē accepit quē p̄mo in
ſuá gratiá adoptauit.Et ſi deplenitudin e marie ac-
cipiunt peccatores:quátũ putas accepiſſe hũc dile-
ctũ filiũ ſuũ ut digne p̄curreret & p̄nũciaret illum
quē maria cõcepat dñm ieſũ xp̄m: Tertiũ p̄uile-
gium & ſũmũ omniũ eſt uicinitas ſui ad dei uerbũ
quá uicinitatē in ſeipſo cognoſcēs humiliter ſimul
et ueraciter dicit ſe uocē ipſius.O quátũ eſt hoc di-
cere?uox enim ex tota ſe eſt manifeſtatio uerbi et
ad uerbũ máifeſtũ fit.& nihil in ſe cõtinet niſi arti
culatũ ſonũ & uerbi ſignificatiuũ.Per hoc igit̃ dat̃
intelligi:ꝙ.Io.erat quaſi totaliter ipſe ieſus per gra
tiam:et ꝙ quicquid fuit in eo tam mentis q̄ cor-
poris ꝙ etiá geſtus ſiue conuerſationis totum fuit
xp̄i manifeſtatio & xp̄i predicatio.Et quis poſſet
hoc p̄uilegiũ ſufficienter exp̄mere. Sicut enim ni-
hil ſimilius uel intimius uerbo q̄ uox:ſicut nihil ui
detur ſimilius uel intimius xp̄o ipſo benedicto io
anne.Intelligas autem in omnibus ꝙ uirgo mater
fuit realiter uerior & pleĩor :& maior uox uerbi: q̄
Io.Licet non quátũ ad actũ exterioris officii ipſum
predicádo mũdo:ſed ad alioſ hec prerogatiua refer
tur .Quátũ ergo ad illud p̄uilegiũ hēt plura noĩa:
qr non ſolũ uox:ſed lucerna: ágelus:ſpõſi amicus:
helias in zelo feruoris:preco in uirtute clamoris:
precurſor in prerogatiua prepationis:baptiſta in di
gnitate mirabilis honoris:de quo infra dicet̃ .Nõ
deduco autē quomodo ſecũdũ diuerſas ꝓprietates
hec noĩa ioanni conueniũt .Quartũ priuilegiũ ꝙ
idē angelus q dominũ ipſũ nũtiauit.& ſicut.Ber.
dicit quo ad aliquid ſolēnius quia
In loco ſacri templi
Tempore ſacrificii
Et magno ſacerdoti.
Sed aduerte ꝙ illud fuit templũ ſolēnius ubi ma-
ter dei orauit feruētius:ĩmo locus uirginis fuit ſá-
cta ſanctoꝝ:qa ſolũ ibi regina orabat oĩum ange-
loꝝ..Et eius oĩo fuit tempore ſũmi ſacrificii : qđ
ſatis patet ſi ſupiora recorderis.Ipſa etiá uirgo bea
ta in oblatione mētali fuit ſũmus poſt ieſum om
nium ſacerdotum:ſed tam magná dignitatē oſtē
dunt in ioáne ſuperiora: & maxime magná ſimi-
litudinē ad ieſum ꝙ nũciatur per eũdem angelũ.

Quintum priuilegiũ:quia fuit xp̄i uoce lauda-
tus:uere magna gloria ioánis in chriſto ſaluatore:
qui & ipſum ſimiliter repleuit cõformitate gratie
ſue:& ſuper oẽs ipſum magnificauit teſtimonio
uocis ſue.Et ſi diſcurras per illa q̄ chriſtus dicit in
euágelio:uidebis mirabilem ioánem in plenitudi
ne gr̃aꝝ.Et q̄tũ eſt illud Inter natos mulieꝝ &c.
Certe ſi uerũ eſt quod ml̃ti opinát̃:ꝙ ĩ gratia nõ
inueniunt̃ duo per oĩa pares:neceſſe ē ut ſi nullus
eo maior in his:qui tunc tēporis erát uel fuerant
eo ſit oĩs ĩferior.Omitto alia enumerar̃ p̄uilegia:
que in eius cõceptu & ortu:& in utroq; parente:&
in gaudēte multitudine facta narrátur. Quátũ
autē fuerit eſtimáda teſtificatio huius bñdicti p̄-
conis de ieſu:ſatis ei ſimilis euágeliſta Ioan.oñdit

UVA. BHSC. IyR_070

primò capitulo: qui enunciata diuinitate ieſu & incarnatione eius: ſtatim annectit Ioannis teſtimonium tāq̄ ſūme auctenticū. Vides q̄ proprium fuerit huius benedicte uocis manifeſtare ieſum. Ipſa uirgo mater que in tota ſilua euāgelii niſi paucula uerba dixiſſe narratur in ſanctificatione huius preconis: ad manifeſtandum dei conceptum in ſe factū eructauit ſūmum canticum omnium canticorum: immo que ſemper in euangeliis fuit breuiloqua: quia uix unam enunciationem ſimplicem protulit in hoc cantico decem clauſulas decantando coniūxit: ut per hoc oſtendatur ꝙ totius legis plenitudo que figuratur denario in hoc cantico continet᷑ Audi āt q̄d dicit Hugo. de huius cantici laude. Nemo huius cātici uerba putet leuit᷑ eſtimāda: q̄ nimirū de tā profūda contēplatione prolata ſtis ut iueſtigatiōe digne penetrari nō poſſint. Et omne quod dictum eſt ab illa ſumme ueritatis intima luce: cui mens uirginis excellenter inheſerat emanauit. Nec alius q̄cūq; dicere potuit: que meditādo locuta ñ ē ſed guſtando. Quam non docuit per uaria diſcurrens cogitatio: ſed riui ſapientie fontis per contemplationem mentis inherentis deuotio. Attēde q̄ magnifice in ſublimitate contemplationis uirgo inchoat. Dum enim eius fides magnificaretur ab Eliſabeth: & beuedictus fructus uentris ſui beatificaretur: totum in deum refundens. Magnificat inquit anima mea dominum: quaſi .d. Maguificauit dominus facere mecū: dum ſeipſum per me intra meum ſe fecit uterum: & ſic me magnificā reddidit: etiam ſupra ſublimitatē omniū angelorum. Sed hoc eſt omnino ſūmum: & non mediū: & iō non meipſam magnifico iactādo inaniter: ſed magnificat anima mea dominū: donum ſuū in ipſū refundendo totalter. Dicit autem Beda ſup magnificat: ꝙ beata uirgo magnificentiam ſuā plene cognouit: ſed totum in deum refudit. Dicit enim ſic loquens in perſona uirginis. Magnificat ergo dominum uoce: opere affectu. Magnificat quidem dominum omnis creatura: ſed anima mea ſup oīa inter omnem quippe creaturam nihil tam magnifice fecit dominus ſicut animam meam: & iō magnificat anima mea dominum. Et exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo: ac ſi dicat ſecundum glo. Exultauit ſpiritus meus extra omnem creaturam: & extra ſemetipſum: & iam pre īmēſitate gaudii ſalutauit ī deo ſalutari meo: uidelicet in ieſu ſingulariter meo. In quo totum: ꝙ uiuo: totum quo diſcerno: totum quod ſentio: in eius magnitudine contemplanda: & preceptis obſeruandis impēdo. Nulla proprietas me extollit: nulla aduerſitas frangit: ſed illius ſolius memoria delectatur ſpiritus meus: in illius perpetua diuinitate cuius caro mea fecūdatur temporali conceptione. Quantam autem plenitudinem iſta uerba contineant: audi non mea ſed Hugo. uerba. De ſalute quoq; quā humano generi preparari uideo totis precordiis exulto: uideo nāq; de me aſſumi: quod & credo ꝑ me debere offerri. Veni dilecta uirgo maria in cellam uinariam ad regem ſponſum tuum introducta: ab ubertate domus eius inebriata: memoriam ſuauitatis illius eructaſti: & iuſtitia illius exultaſti: uidiſti q̄ppe maieſtatem: guſtaſti ſuauitatem: ideoq; quod intus hauſiſti: foris propinaſti. Duo .n. bona ſunt que angellorum & hominum ſpiritus in illo fonte boni eterna contemplatione hauriunt: uidelicet incōprehenſibilis dei maieſtas: & ieffabilis bonitas quorum alterum caſtum timorē gignit. alterū uero dilectionem pariter: pro maieſtate nāq; uenerantur deum: pro bonitate diligunt eum: ne uel dilectio ſine reuerentia diſſoluta ſit: uel reuerentia ſine dilectione penalis. Ad hanc contēplationem mēs marie ſubuecta fuit: que celeſtis patrie dulcedinem in uerbis ſuis tam mirabiliter expreſſit: quam ineffabiliter cōprehendit. Cum enim magnificare dominum ſe perhibuit: uenerandā maieſtatē interna uiſione contuita fuiſſe manifeſte declarauit. Cū uero ſe in ſalutari ſuo exultaſſe aſſeruit: guſtum iterne dulcedinis ſe percipiſſe oſtendit. Hec Hugo. Que autem tantum aſcendit maieſtatem dei cognoſcens: & omne bonum quod ī ea erat in ipſo refundens: uide quantum in ſūma uilitate reſiliuit profunde dicens. Quia reſpexit humilitatem ancillę ſue: ecce q̄ uilia de ſe ſentit: & totū dei gratie tribuit: iuditio ſuo monſtrat ſe hnmilem. ſed reſpectu ſuperne gratie ſublimem: ut quod natura ī primis patribus per ſuperbiam perdiderat: in maria per humilitatem acciperet: ideoq; uerbum patris in ea ꝑꝑ humilitatis ſue meritū carnis ſubſtātiā quā ſibi uniret aſſūpſit: & tunc ad eam quā prius abiicerat naturam ſublimandā per miſericordiam reſpexit. Quia uero quod erat humiliter recognouit ſe dicēdo ancillam: ideo ſublimatur: quod non erat: mater eſſe promeruit. Ideo Hieronymus. Beata uirgo nō a filio ſuo domino noſtro celos didicit fabricare non angelos creare: non mirabilia: nec diuinitatis inſignia perpetrare: ſed ſe humiliare: ceteraq; documēta uirtutū intra humilitatis cuſtodia aggregare: unde & in ſe ſolam humilitatem reſpexiſſe fatetur dominum: que cuſtos eſt ceterarum uirtutum. Collocauerat enim in tuto ſtationis portu ſublimia meritorum ſuorum exercitia: & ideo ſic eſt diuinitus illuſtrata. Hec Hiero. Circa iſtā materiam humilitatis oirginis omnes ſancti dicunt mira: quia mirabiliſſima fuit huius ſacre uirginis humilitas: quam nequaquā inaniter extollere potuit omnium gratiarum uniuerſitas & in uniuerſalitate cōmunicata ſublimitas: pro tanta nāq; plenitudine gratiarū beatam me dicunt omnes gentes: quod & ipſa pleniſſime intellexit: cum hoc uerbum in cantico expreſſit. Sic enim domus reſpexit eius humilitatem ꝙ ei maternum tribuit meritum & ſtatum: propt᷑ quod & ſic eius exaltauit humilitatē: ut ſibi ſit parē in generatione preterita ſterilitatis opprobriū ſuſtinuiſſe in ſua uirginitate per quam humiliabatur in lege: quia iam uidet futurum ut beata uocetur



UVA. BHSC. IyR_070

in omnem generationem pro fructu fecunditatis diuine ſicut dicit Ber. Quod auté ſupradixi plenitudinem ſapientie datam uirgini in conceptu filii dei ſatis oſtendit huius cantici plenitudo & ſanctorum de hoc expó:unde Ber. hoc uerbum ſuper magnificat exponens dicit. O dilatatum cor marie genitricis dei q̃ perlucidis oculis omnem creaturam in uera beatitudine collocandam ſimul aſpexiſti. Ecce inq̃ intuentis eſt uerbum & demonſtrantis. Ecce iam uideo quid futurum ſit de me:qs fructus procedit ex me:quot & quanta bona non mihi ſoli:ſed omnibus generationibus proueniunt p me. Nam & angelicarum ruinarum numerus p meum genitum reintegrabitur:& hominum generatio in adam maledicta:per benedictum uētris mei fructum ad eternam benedictionem regenerabit': hec Ber. Et cum tantnm benedictionis in omnes generationes bonum diffundendum é:quia fecit mihi magna dominus qui.po.e.n.ſ.eius:hoc ipſū ꝙ me benedicant omnes generationes non mihi attribuo:non meis meritis aſcribo: ſed potius ei q̃ fecit mihi magna. Magnum quippe per ſe eſt ꝙ uirgo ſum:magnum ꝙ mater ſum. Maius ꝙ ſimꝉ utrūq; mater & uirgo:ſed maximum ſi cuius maꝉ ſum attendatur:quia unigeniti dei & omniū ſaluatoris. Et quia hec omnia ſunt:magna que licet oībus ſint facta:generaliter tamé mihi ſunt facta ſingulariter. Et ad meam ineſtimabilem gloriam in me:& de me per ſpiritum ſanctum cōpleta potenter. Et ideo magnificat anima mea dominum: q̃a fecit mihi magna que ſentio qualia ſunt non exp̄mo:quia nec plenitudine angelica auris intelligere ſufficit. Iſta igitur magna non ſolum creaturis ſunt maxima:ſed maximum illi & inſuperabile qui potens eſt immo omnipotens eſt & ſanctum nomé eius. Et tamen nec potentiora nec ſanctiora ille facere potuit:q̃ que in me fecit:dum hominem uerbo uniuit:ut idem ſit factor qui factura:filius meus ieſus ſuper omnia benedictus deus qui ad omnium factus eſt ſalutem:ſed eterna diſpoſitione:& īmenſa mea dulcedine factus eſt ad meam gloriā ſingularem. Attende autem ꝙ ſic ſubtiliter loquendo beatiſſima uirgo ſummam humilitatem tenuit. Quod enim ipſa fuerit potens dei filiū generare:& alia magna recipere:non ſue uirtuti attribuit:ſedei qui potens é:qui ſummā potentiā in humilitate uirginis uoluit honorare. Et ꝙ ipſa ſic fuerit ſanctiſſima:ut ſanctum ſanctorū genuerit: non ſue uirginitati attribuit:dum mulierem que fuerat caput peccati ſic pleniſſime expurgauit ut genitrix fieret ſanctita is in omnia uaſa gratie diffundende Et hoc totum īportatur cū dicit:qui potens eſt & ſanctum nomé eius:quaſi dicat. Cum femina ſit omniū creaturarū rationabiliū uiliſſima & tota īſecta īmunditia:qualis ex me fuiſſem niſi ipſius gratia me preueniſſet:quia nunq̃ iſta magis decenter manifeſtare potuit q̃ quando mulierem ſuper oēm creaturam exaltauit:& ipſam matré omnis gratie & munditie per ſuam ſanctitatem effecit. Ex iſtis ergo magnis in me factis:nec ſupba nec auara exiſto:ſed cum iubilo exprimo ꝙ genitrix gratie eam omnibus electis diſpéſo:& propterea ex hoc meo beneficio fit tam copioſa deriuatio:ꝙ miſericordia eius a progenie in progenies pleniſſime deriuatur a Iudea in gentes:& ab initio ſeculi uſq; ad terminum eius miſericordia domini magna diffunditur ab eterno:& uſq; in eternum:non paſſim quidem ſed timentibus eum. Quia ſpiritus ſāctus fugit ſuperbum & requieſcit ſuper humilem & māſuetū: & domini trementé ſermones. Attende autem ꝙ benedicta uirgo ſapientia dei plena uidet ꝙ diuina dona ſic electos illuminant:iuſtificant: & in deum tranſformant:& reprobi ex eis maiora iuditia ſibi ex ſua induratione: obſtinatione atq; ingratitudine diuine ſeueritatis accumulant: unde magna dona electorum: utplurimum ſunt excecatio reproborum: maxime illorum qui de ſua preſumétes iuſtitia in ſuis operibus gloriātur: ꝑpter quod chriſtus dicit Ioan. ix. in iudicium in hunc mundū ueni:ut qui non uiderunt uideant:& qui uident ceci fiant. Et Simeon dicit luce. ii. Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectione multorum. Hunc ergo proceſſum ſacra uirgo dei ſapientia plena attédens poſtq̃ ſublimia dona miſericordie dei in electos timentes eum diffūdenda expreſſit:ad dei generalia iuditia ſuper reprobos ſe conuertit: & curſum diuine prouidentie in regimine creature rationalis deſcribens :quid ſuperbi demones uel homines:quidue humiles electi mereantur exponit. Et quia chriſtus per ſtrenuitaté uirtutum ſupra q̃ pōt dici operatus eſt dei honorem:tamen ſanctificando electos q̃ expellendo reprobos: ideo hoc exprimens pro uniuerſalis iuditii fundamento dicit: fecit potentiā in brachio ſuo.i.in ſuo opere ſtrenuiſſimo non ſolum potenter ſed emphatice potétiā fecit:diſperſit ſuperbos mente cordis ſui:ubi ſuperbiam reproborum oſtendit preſūptuoſiſſimā noīe mentis qua ſe ceteris excellentiores exiſtimant:& ſe deo per humilitatis reuerentiam non inclinant. Oſtendit etiam affectuoſiſſimam:ac per hoc malicioſiſſimā:quia ex precordiali affectu honoris proprii ſeipſos contra dei preceptū extollunt cū dicit cordis ſui. In corde enim eſt ſedes ſanguinis & caloris:per hoc affectualis amoris. Ac per hoc oſtenditur ꝙ ſunt proprii honoris maxime amatores Ad altam autem iuſtitiam celeſtium ſpirituum mētem uirgo attollens demonibus ſubdit: depoſuit potentes de ſede. Sed ne crederes uacuas remanſiſſe:ſubiungit. Et exaltauit humiles homines chriſto conformes in illis dicit locandos ſedibus ſpirituum reproborum. Quales auté ſint humiles deſcribit cum ſubdit. Eſurientes īpleuit bonis: humilitas enim que ex charitate cauſatur menté ſub deo incuruat:& quia ſemper ſeipſam mente euacuat:ſāctā dei eſurié in mente prouocat que ſola diuinis bonis repleri meruit. Econtra autem qualis ſit ſu-

UVA. BHSC. IyR_070

perbia reproborum e regione oſtendit cum dicit.
Et diuites dimiſit inanes:hi enim ſunt qui dicunt
cũ ãgelo laodicie:Apoc.iii.qr diues ſũ & locupleta
tus & nullius egeo:& neſciunt in ſua malitia obſti
nati:quia miſeri ſunt & miſerabiles:& pauperes &
ceci:& nudi.Tales igitur diuites in ſua reputatiõe
dimiſit inanes:non fecit:quia ex quo dederunt obi
cem gratie eorum animas non intrat neq; ipſũ poſ
ſet continere:quia plene ſunt ipſis.Hi diuites ſunt
falſi:iniuſti:& peſſimi phariſei:qbus dicit dñs Mat.
ix.Non eſt opus ualentibus medicus &ceťa.Et nõ
ueni uocare iuſtos. Attende autem quantũ deo
& ſue matri ſanctiſſime placuit ſui exinanitiõis hu
militas per quam cauſatur ſacra eſuries ſũmi boni:
quia hanc ſolam eodem bono dicit repleri quãtũ-
cunq; etiam aſpernetur confidentiam de propria iu
ſtitia pondera:quia iſta ſola dicitur remanere inaniſ
ab illa infinita miſericordia que a progenie in pro-
genies eſt diffuſa. Expreſſo igitur diuine proui-
dentie curſu per rigorem iuſtitie in reprobos: & pi
etatem miſericordie in electos:tandem ad ſingula
rem incarnationis gratiam in dilectum ieſum ſua
uerba reducit.Suſcepit iſrael puerum ſuum:aſſum-
ptum hominem puerum ieſum diuinitatis appel-
lans eo ꝙ ei in ſũma humilitatis obſequioſitate ſer
uiuit:qnem & ſuſcepiſſe dicit deum cum ſibi perſo
naliter uniuit:& tunc uere iſrael fecit:quia uere diui
nitatem uidit & ea fruitus eſt. Poteſt etiam dici
tota mnltitudo electorum unus puer dei propter
reuerentiam humilitatis & unionẽ charitatis que ĩ
ipſo ieſu ſuſcipitur per adoptiõis gratiam:& fit iſra
el per uiſionem beatam.Quod quidem ſacra uir-
go intelligens iam factum in chriſti merito immo
biliter:quod tamen futurum erat in iuſtorum po-
pulo:iubilans iam intuetur cõpleta:& dicit. Suſce-
pit iſrael puerum ſuum:quia ĩ gratia mei cõceptus
iam eſt electorum numerus adoptatus. Et hoc fe-
cit:recordatus miſericordie ſue:non iuſtitie noſtre:
quia ꝙ hominem redemit:non fuit ex merito ho-
minis:ſed ex dono diuine pietatis. Suſcepit ergo
naturam bonus ieſus:ſuſcepit & cauſam noſtram:
& per miſericordiam determinauit ſententiam: &
per deuotiſſimam mortẽ ſuam plenam dei iuſtitie
fecit emendam. Et quia tamen expectauit uſq;
ad plenitndinem temporum:uidebatur pater obli
tus mittere filium ſuum:ſed recordatus eſt miſeri-
cordie ſue per effectum operis:dum me ſuam ſpõ
ſam & filii matrẽ elegit:cuius tamen nunq̃ fuerat
oblitus:ſecundum actum ſue eterne diſpoſitionis
qua me ſemper in conſpectu ſuo tanq̃ omniũ crea
turarum reginam miſericorditer ſtatuit. Et quia
hoc tantum beneficium fuit ſanctis patribus re-
promiſſum:maxime per Abraham & per prophe-
tas predictum ad ſalutem ſeminis electorum per
omnia ſecula ſeculorum cum dicit.Sicut locutus ẽ
ad patres noſtros &ceťa.uſq; in ſecula. Attende
autem q̃ ordinatiſſime ſacra uirgo procedit: incipi
ens a magnificentia maieſtatis: & ex ſuaui guſtu
dulcedinis bonitatis dei in ſuam humilitatem reſi
liens & ex mera dei bonitate uullo ſuo merito ſic
magna & ineffabilia per dei potentiam & ſanctita
tẽ:trãſiẽs per fluuiũ oñdẽs minime electorum exp̃
mens differentiam effectuum gratie chriſti in re-
probis & electis ad ſuum dilectum ieſum reducit
canticum:in cuius aſſumptione in unitate perſone
dicit omnia patrum promiſſa quidem completa in
omnes generationes ſeculorum ſemini abrahe ele
cto ex iuſtificationis gratia & gloria plene diffuſa.
Totum autem preconium huius ſacratiſſimi canti
ci uirginis matris:in quo tam clare eiuſdem expri-
muntur beneficia illius quem portabat in ſuo ſan
ctiſſimo uentre ad magnam redundabat gloriam
precurſoris.Quia enim ipſe erat uox & manifeſta-
tio ſaluatoris:ideo omnia que circa ipſum fiunt ui
dentur manifeſtatiua filii dei in carne uiuentis.Nã
& eliſabet hoc ſacrum myſterium multipliciter de-
clarauit uirgo beatiſſima.Nunc in preſentia Ioan-
nis plus locuta eſt ad declarationem huius ſacri be
neficii q̃ in toto decurſu uite ſue locuta fuiſſe ſcri-
batur. Adauget autem preconium ꝙ patri ẽ red
dita lingua poſtq̃ ſacrum nomẽ precurſoris deſcri-
pſerat:& canticum iubilationis & prophetie uocẽ
laſſauit in ſuauiſſima melodia:ubi ſingularirer de-
ſcripſit beneficia uerbi incarnati:quia per ipſum re-
dimimur & ſaluamur:& ab hoſtibus liberamur: &
libere reformamur in ſanctitate uirtuoſe uite:& dei
cultum perfectum:que omnia dicit eſſe cõpleta ſe
cundum immobilia promiſſa cum iuramento fa-
cto patribus:& ſic per ora prophetarum predictũ
fuerat:quibus a ſeculo de hoc alto ſacramento fue-
rat inſpiratum.Ad filium quoq; paruum tanq̃ ad
intelligentem & capacem rationis cantici uerba cõ
uertit & precurſoris officium in eo eleganter deſcri
bit cum dicit.Et tu puer &ceťa.Tandem in oratio
ne uerba concludens filium dei qui ſplendor ẽ pa-
terne glorie & in mundum uenerat petit illumina
re noſtre cecitatis tenebras:& in uiam pacis perfe-
cte ſequele dirigere greſſus noſtros. Vide ergo q̃
manifeſte eſt uerum quod tibi pro regula ſuperius
dixi.Siquidem quando deus aliquam perſonã eli-
git ad aliquod officiũ & ſublimẽ ſtatũ:totus impe
tus gratie datus illi perſone ad illud officium cõ-
plendum impellit:unde & gratia ioannis in ſe & ĩ
utroq; parente ſic abunde influit:ut audiſti ad dã-
dum mundo noticiam chriſti nati: & ipſamet uir-
go a ſpiritu ſancto impulſa in precurſoris preſentia
que prius occultauerat manifeſtat:nec eſt modica
laus Ioanni ꝙ in eius preſẽtia illa duo formata ſint
cantica in quibus quottidie per uniuerſum orbem
laudatur gratia ſaluatoris. Magnifice nãq; com
pletis precurſoris myſteriis & couſũmatis pro qui
bus glorioſa domina uenerat ad domum Zacharie
rediit nazareth:& tunc creſcentibus ſignis graui-
dationis filii dei:quem in ſua carne geſtabat inuẽ-
ta eſt a Ioſeph habens de ſpiritu ſancto. De q̃li-
tate autem cordis Ioſeph circa uirginem diuerſa ẽ



UVA. BHSC. IyR_070

ſanctorum ſententia. Quidam autem ſicut Origenes & Ioannes os auri aperte oſtendunt: ꝙ Ioſeph ex humilitate reputans ſe indignum illius conſorcio: quam ſentiebat plenam deo: uoluit occulte eã dimittere: timens ne ex preſumptione oſtenderet ſi tante uirgini cohabitaret. Et ponentes exẽplum de petro qui in eadem reuerentia dixit christo. Exi a me: quia homo peccator ſum domine. Et de centurione qui dixit. Nõ ſum dignus ut intres &cet̃a. Dicunt ꝙ nullo modo de beata uirgine eſt ſuſpicandum ſiniſtrum. Vnde Ioannes os auri ſup mat. libro. i. O ineſtimabilis laus marie uirginis: magis credebat ioſeph caſtitati eius: q̃ utero eius: plus gratie q̃ nature: conceptionẽ manifeſte uidebat: & formationem ſuſpicari non poterat: poſſibilius eẽ credebat mulierem ſine uiro concipere q̃ mariã poſſe peccare. Huic ſententie ſatis concordat Ber. ſuper Miſſus eſt. Et reſpondit ꝙ ideo uoluit eam occulte dimittere: quia ſi manifeſte dimitteret cauſa diuortii quereretur & exigeretur. Quid autem diceret populus dure ceruicis: ſi diceret quod ſentiebat: & ꝙ de illius puritate probauerat. mox increduli & crudeles iudei: & illã ſubſãnarent: & illam lapidarent? Quomodo ergo crederent tacenti in utero: quem poſtea crucifixerunt mira facientem: & in tẽplo docentem? Ideo uoluit eam occulte dimittere ne conculcaretur ſanctum: & margaritas daret porcis & canibus. Ecce ꝙ Ber. concordat cum primis. Nec uidetur eis reſiſtere cum angelus dixit ioſeph. Noli timere accipere mariam coniugem tuam. q. d. angelus. Recordare promiſſa dauit patri tuo: & ſcias ita cõpleri in ſancto matrimonio tuo: & ideo noli timere accipere mariam coniugem tuam: quia ex maximo beneficio a deo eſt tibi data in ſociam: nec ex paueſcas cũ illa habitare & ſibi ſeruire: cuius deus te ſocium fecit in ſancta puritate: nec timeas altitudinem ſui conceptus: quia licet ſit dei uirtus & altiſſimi filius: propter cuius eminentiã ſanctitatis poſſes formidare: ſcias tamen ꝙ eſt de ſpiritu ſancto: quia illud opus eſt ſũme pietatis: benignitatis: charitatis: & miſerationis ad mundum ſaluandum: & iſta appropriantur ſpiritui ſancto: unde noli timere tantam eius altitudinem quin ſecure accedas pp pietatis plenitudinem. Ipſe enim non uenit nec ꝑcutere: ſed ſaluare: & ideo gaudens accipe quia cõiugi tue ſacratiſſime uirgini data eſt generatio de ſpiritu ſancto. Tibi uero comunicata ẽ nutritio: & adoptatio tanti doni: unde licet fueris omnino extraneus a conceptu: eris tamen neceſſarius in conuictu: & ideo reuerẽter miniſtra tam matri q̃ proli: & uocabis nomen eius ieſum: quia nõ tantum te ſed totum populum ſuum ſaluum faciet a peccatis eorũ. Exponitur etiam illud traducere: ideſt per ſolẽnitatem nuptiarum ſibi indiſſolubiliter ad cohabitandum ſtrictius q̃ primo ligare: hanc credo bonã ueram: & ſanctam opinionẽ. Aliorum autẽ uidetur eſſe opinio ꝙ de ipſa dubitauerit. Quod licet diuerſis modis etiam redundet in gloria uirginis: ſicut etiam beatus Ber. oſtendit ſuper miſſus eſt: tamen nullo modo credo ꝙ dubitatio illa fuerit firma in mente ioſeph de nephario opere. Licet autẽ aliqui hoc attribuant Auguſtino in ſãctũ caſtiſſimũ marie uirginis uterum: uel uidi portam. Tamen uidi magnos uiros & ſolẽnes aſſerẽtes ꝙ ille ſermo nũquã fuit Augu. ſed neſcio cuius alterius: & fuit ſibi per errorẽ attributus: unde in illo ſermone aliquod continetur: quod niſi pie exponatur propter reuerentiam: falſitatẽ magnã cõtinet iſtud. ſ. Poſtremo quia uidet greſſibus grauari: intelligit eius uterum grauidari: hoc enim eſt falſum: quia ſicut ipſa fuit ſine dolore puerpera: & ſine pudore mater effecta: ſic ſemper fuit ſine grauatione grauida: nec matrẽ grauauit ſue carnis pondere: qui in ſua carne oĩum peccatorum onera uenerat portare. Et ſi conſideret illius ſermonis latinum: ſatis uidetur incultũ & ineptum: & contra uſitatum modum loquẽdi ipſius Augu. Quicqd ſit de illo ſermone non eſt dubiũ ꝙ magiſtrorum fuit opinio ꝙ ioſeph dubitauerit. Aliqui procedunt uia media que eſt tertia. ſ. ꝙ ioſeph admiratione repletus ex plenitudine ſanctitatis quã probauerat in uirgine nullo modo uolebat inclinari ad credendũ de uirgine aliquid ſiniſtrum: & uidens uirginem concepiſſe ſtupebat qd hoc eſſet: & in iſto ſtupore partim ex reuerentia uirginis: partim ex incõprehenſione operis: cogitabat ſerpſum abſentare: & ſic occulte eam dimittere: & totum deo cõmittere donec deus aliter diffiniret: & ideo dicunt ꝙ nec de uirgine aliquid mali ſenſit: nec myſteriũ apprehendit: & ideo angelus ſibi reuelauit. Hanc ultimã ſententiã nõ credo de facili poſſe impugnari: & tamen undiq; magnum uirginis teſtimonium: quia ſi ioſeph dubitauit certum eſt ꝙ ab ipſo non fuit conceptus ſacratiſſime uirginis. Sic ergo certificatus reuerendiſſime & iocundiſſime ſtetit cum ſacratiſſima uirgine donec aduenit tempus quo ad bethleem oportuit ire ad ꝓfitẽdũ ſecũdum imperiale edictũ.

Ieſus maria natus. Cap.xi.

Acramentum ſublimiſſimum natiuitatis dominice ad reuerendum: ſanctiſſimum ad imitandum: dulciſſimum ad recogitandum: ſuauiſſimũ: ad predicandũ fructuoſiſſimum: ad recipiẽdum: nunc proponitur nobis. Poſt aduẽtum ſacratiſſime uirginis cũ uirgineo ſponſo ſuo ioſeph ad bethleem ciuitatẽ dauid: ad quã neceſſitate profeſſionis & deſcriptionis uniuerſi orbis ꝑ imperium ceſaris auguſti adducti ſunt: illi pauperes & uirginei coniuges non inuento hoſpitio pre ſua paupertate: & populorum multitudine: cõpulſi ſunt in diuerſorio declinare: ac pernoctare ĩ medio beſtiarum. Factum eſt autem dum eſſet ibi cõpleti ſunt dies ſacratiſſime uirginis & peperit primogenitũ filiũ ſuũ dei patris & ipſius matris uirginis ante quẽ nullus: & poſt quẽ nullus &c. Nota que euãgelica deſcribit hiſtoria. O anima mea euiſcerare tota in occurſu uirginis matris portantis in utero ſal

UVA. BHSC. IyR_070

uatorem & quam uides errabundam & ab omni
officio ſecluſam:benigne niteris introducere in ho
ſpitium cordis tui:non enim horrebit ad te diuer-
tere qui pro te ad tantá penuriá uoluit deuenire:
nec etiá in te deerit ſtabulum iumentorum propť
tuos beſtiales defectus:quos tamē excludes ſi de-
uota fueris tam benigna influentia nati regis:q̄ mi
ſericors aduocatio pro te uirginis matris. Attēde át
circa iſtius natiuitatis cōſiderāda ſolēnia

Tempus:
Locum
Modum
Suppoſitum
Naturam uiſibilē
patientem uirginē
Angelorũ obſequiũ
Paſtorum beneficiũ
Vniuerſe creature teſtimoniũ.

De his ſingulis conſiderandũ eſt:licet non intē
dá ſic ea diſtinguere:quin adinuicem mutuo repe
tantur tã pro deuotionis replicanda efficatia:q̄ etiá
ꝓ huius beati feſti conuertēda materia. Tēpus aũt
fuit medie noctis qua hora natus eē creditur:& de
ſcriptionis uniuerſalis ſub imperatore romane or-
bis. Vt autem dem materiá cōtēplandi ſimul & p̄-
dicandi introduco auctoritatē Mat. xxv. Media no
cte clamor factus eſt:Ecce ſponſus uenit: ubi diui-
ne diſpenſationis archanũ circa natiuitatis myſteri
um declaratur:& ſignatur tempus ne in certa ex-
pectatione langueſcat anima ſponſa uerbi. Media
inquit nocte fuerat enim āxiata ſpōſa diuerſis pro-
phetarum oraculis admonita clamauerat. Aggeus
ſecūdo. Veniet deſideratus cunctis gentibus. Ad-
diderat Abacuc. ii. Adhuc uiſus eſt:procul appare-
bit in finem:& non mētietur ſi moram fecerit &c.
Adiunxerat autem deus Apoc. ultimo. Ecce uenio
cito:quod ſepe cantatum eſt in eccleſia his diebus
Adhuc tamē ſponſa laſſatur deſiderio: obſecrat:po
ſtulat:ueni domine & noli tardare:lachrymatur:in
terrogat ubi ē uerbũ domini:ueniat. Hiero. xvii. Et
illud Cant. v. Nunciate dilecto meo:quia amore lá
gueo. Et illud Cant. viii. Quis mihi det te fratrem
meũ ſuggentem ubera matris mee ut inueniam te
ſolum fons & deoſculer. q. d. Gaudeo te clauſum
incarceratũ in utero matris mee:ſed deſidero te ui-
dere foris cum iocunda parturitione natiuitatis tue
Vbi notatur ꝙ quicqd dictum eſt ſupra de myſte-
rio incarnationis pōt adduci ad iubilum natiuita-
tis. Id enim quod tunc factum eſt in utero:nūc ma
nifeſtatum eſt in mundo. Talibus ergo ſuſpiriis
anime deſiderantis ac poſtulantis ſatiſfacit uerbũ
propoſitum ne diutius preſtolatione langueſcat.
Et eſt quidem.

Expletiuum myſterii propter congruentiam tē
poris:quia tempore acceptabile: media nocte:tūc
quidem fuit tēpus acceptabile ad occidendos egy
ptios:& liberādos hebreos. Media nocte ingredi-
ar egyptum. Exo. xi.

Expreſſiuum magiſterii propter induſtriam ope
ris:quia opus inexēplabile cum dicit:factus ē. Ze-
luſ domini exercituũ faciet:hoc dicit Eſaias. ix. c. de
paruulo nato:& filio dato.

Impenſiuum adiutorii propter excellentiá mu-
neris:quia munus ineſtimabile. Clamor inquit fa-
ctus eſt:& ideo proſternentur hoſtes a uoce clamā
tis primi Ro. iii. Ecce ego facio uerbũ ĩ iſrael quod
quicunq; audierit: tinnient ambe aures eius. Et eſa.
vi. Cōmota ſunt ſuperliminaria cardinum á uoce
clamantis.

Quietatiuum deſiderii propter attinentiam ge
neris:quia genus inſolubile. Ecce inqd ſponſus ue
nit Apoc. ultimo. Sponſus & ſponſa dicunt ueni.

Attende autem ꝙ media nox fuit hora cōgrua
huius ſacre natiuitatis pp triplicē ſignificantiam. ſ.
Trá greſſionis culpe
Paſſionis aſſumpte
Contēplationis extatice.

Primo quidem trangreſſionis culpe:quia tunc ue-
nit magnus medicus :quando magnus ubiq; iace
bat egrotus Quod optime fuit figuratũ in illa de-
ſcriptiōe facta ſub rege idolatra & ĩ uniuerſali pace
ĩperii totius orbis ſub dominio ſacrilege ciuitatis:
per hoc enim oſtendebatur diabolus regnare ĩ mũ
do:quia omnes ſcribebātur ſub idolatrie cultu:un
de etiam noſter emanuel qui ſciuit reprobare malũ
& eligere bonum excluſo de ciuitate romana ritu
cultus ſacrilegi ibi ſtatuit ſedem regni ſui & totius
cultus diuini:in cuius ſignum in hora natiuitatis
ſue proſtrauit templum pacis: quia pacem idola-
trie:& regni carnis uenerat deſtructurus: licet autē
nox tam tenebroſe culpe accipiat maledictionem a
iob. iii. & ſapiens dicit in ſapientia. xvii. Sidera lim
pide flāme illuminare nō poterunt noctem illam
horrendam. In huius igitur noctis medio debuit
oriri lux gratie in ieſu ad ipſam expurgandam: qa
habitantibus in regione umbre mortis: lux orta ē
eis Eſa. xi. In ſignum etiam ꝙ recognoſcentibus
ſe plene uitioſos & tenebroſos oritur ieſus. ſ. gratia
quia lux in tenebris lucet. Io. primo. Secundo in ſi-
gnificationem afflictionis aſſumpte. Ipſe enĩ rex
glorie omnia ſigna maieſtatis & claritatis abſcon-
dit & ſe paupertate uilitate & multiplici cruce ob-
ſcurauit. Quod bene iob luget in eius perſona. d.
Noctes laborioſas numeraui mihi. Vere tu bone ie
ſu enumeraſti & non alius:quia tuorum laborum
& dolorum:& noctuum te obſcurantium:non eſt
niſi apud te numerus:cuius ſapientie non eſt nu-
merus:propter quod etiam oĩa ſũt obſcura. ſ. tēpus
locus:uagitus:humilitas:diuerſoriũ:ſtabulum:pre
ſepiũ:conſortiũ:ut oĩa clamēt:quia ſemetipſũ exi-
naniuit perſoná ſerui accipiens. Tertio ĩ ſignũ cōtē
plationis extatice. Saluatoris enim ortus inſup mũ
danos contēplationis exceſſus non uidetur niſi ab
illis quibus ſol mundane proſperitatis occubuit:&
quibus oē creatũ nigreſcit:ut ſic nox illorum illu-
minetur:ſicut dies claritatis diuine. Et tunc uere ſi-



UVA. BHSC. IyR_070

cut tenebre eius:ita & lumen eius:quia tanto illuminatur limpidius:quanto in mundanis paſſionibus plenius obſcuratur:& tunc etiam talis nox eſt illuminatio eorum in delitiis ſuis. O deus oípotẽs qui hanc ſacratiſſimã noctem feciſti ueri luminis illuſtratione clareſcere:duc nos cum Dionyſio ad diuinarum tenebrarũ radiũ:ut in ipſis tuam lucẽ iaccesſibilem in ſplendoribus ſanctorũ poſſimus dulciter intueri. He ſnut tenebre latibulum domini ſecundũ ps. & caligo quã deus inhabitat apud Salamonẽ & caliginoſa nubes quã moyſes intrat ut ſibi appeat gloria domini:uel uiſio ſimilis glorie domini in uertice mõtis:poſtq̃ ignis ardens propter experientiam caloris:quã quaſi claritas refulgens propter priuationem immediate uiſionis dum ſumus in nocte preſentis peregrinationis. Circa clamorẽ uero notatur ꝙ hec benedicta natiuitas dicitur clamor propter tria.ſ.

Proſtrationẽ hoſtilis exercitus
Magnificationem effectus
Diffuſionem ſonitus

Nam aggredientes pugnare uociferãtur & clamãt ſicut patet in gedeone Iudi.vii.qui trecentis aſſumptis datis eis lanceis cum faculis occultis: & tubis in manibus dicit eis. Quod me facere uidebitis id facite:& quod fecero ſequamini:& clamate domino & gedeom. O q̃ pulchrum myſteriũ:quod exponendum dimitto menti deuote:propter breuitatem. Fuit etiam figuratus iſte clamor ꝑmi Ro. iiii.quãdo archa dei uenit in caſtra:& uociferãtibus filiis iſrael clamauerunt phyliſtei:ue nobis qs nos liberabit de manu deorum ſublimium iſtorum uere ululauerunt demones quando archa humilitatis ieſu uenit in caſtra fideliter:nam ipſos & omniũ uitiorum exercitum dux noſter hodie captiuauit Nonne natiuitas uirginea captiuauit luxuriã? Nati humilitas & paruulitas deiecit ſuperbiam? Paupertas auaritiam? Charitas inuidiam? Pueri mititas irã? Societas laborioſorum animalium accidiam? Tenuitas uictus gulam? quia paruo lacte paſtus ẽ per quem nec ales eſurit. Et nonne preſepis & ſtabuli bouis & aſini uilitas & paupertas omnem mundi uanitatem deiecit? Adiſcant prelati eccleſie pompam fugere:quia paſtor iſrael & angelorũ rex? mutato habitu ingreſſus eſt bellum cũ paniculis paupertatis:& uagitibus paruulitatis. Et tamen cõtra ſuperbiam luciferi & alia uitia ſic naſcendo clamauit:quẽadmodum cum leo rugit: & cũ clamaſſet locuta ſunt ſeptem tonitrua uoces ſuas. Apoc. iiii. ſub ſexto angelo tuba canente. Quia ĩ clamore huius natiuitatis ſeptenarius uirtutum contra uitioꝝ acies more tonitrui ipſa confringendo intonuit. Quia dux noſter in prima acie cõmiſit cum nichanore:& ipſum deiecit.ii.mach.ultimo. Exultemus igitur & letemur coram preſepio regis nati:ſicut exultant uictores qui diuidunt ſua ſpolia: quia ſedes celeſtis quibus expoliati ſunt demones nobis per uictoriam nati paruuli diuidentur. Secundo dicitur amor propter magnificationem effectus. Clamor enim uehemens eſt ultimum de potentia in uoce. Et quia de omnibus dixit deus & facta ſunt: omnia comuniter comunia facere fuit quaſi loqui de eis ſubmiſſe. Quando autem fecit deum hominem & hominem deũ:& quãdo natũ deũ paruulũ hodie demonſtrauit tunc.q.clamauit ex toto ſe:nihil enim magis ĩpoſſibile eſt in creata natura fieri: quaſi mulierem effici matrem dei:& naturam hominis deo in perſona uniri:propter quod poteſt dici tempus talis operis & dominice natiuitatis tempus plenitudinis:quia tunc uterus uirginis fuit.

Vterus plenus gratia fecundante
Intellectus fide illuſtrante
Affectus charitate feruente
Aſpectus gaudio affluente.

Dum eundem conſpiciebat natum uteri ſui quem indubitanter tenebat filium dei.
Effectus fuit plenus ſolitudine miniſtrante. Satagebat autem ſacratiſſima uirgo circa frequens miniſterium tam uagientis paruuli:q̃ omnium infantilium neceſſitatum chriſti:& non ſolum nunc ĩ paruulo:ſed in tota uita ſecum conuerſantis in mundo. Aue inquit angelus ad eam gratia plena. Tunc etiam adimpleta eſt quarta generatio de qua dictũ ẽ ſupra:quia de muliere ſine uiro:generatione q̃rta reuertẽtur huc dixit deus ad abrahã Geñ.xv. Quia hac ultima chriſti generatione eſt homo reductus ad dei unionem: Plenus etiam fuit dei filius gratia conſumante de plenitudine cuius accipiunt oẽs. Io.primo:quia uidimus gloriam eius gloriam quaſi &c. Cõpleta eſt mundi fabricatio. Ante ſicut uas ſemiplenum agitabatur mundus ſuperſtitiõe idolorum:& diſtractione amoris temporalium:at ubi ſuper omnes ordines angelorum facti ſũt grauius qui deerant .ſ.maternitatis dei:& perſonalis unionis:debet eſſe firma & ſana omnis creatura in cultu illius dei qui eam ex amore fabricauit creãdo:& eam ex amoris exceſſu ſibi uniẽdo redemit. Et hoc etiam uniuerſum fuit plenũ gratia reſtaurante:quãdo in diſpoſitione plenitudinis temporum placuit deo reſtaurare omnia. Ad Eph.i. Et tunc impleta ẽ dei diſpoſitio:quando de genere humano angelica reſtauratur ruina. Vere tẽpus plenitudinis quod ſic omnia adimpleuit:propter quod apo. ad gala. iiii. At ubi uenit plenitudo temporis. Iam non põt inſultari deo noſtro nec miniſtris eius:ſicut Helias .iii.Ro.inſultabat ſacerdotibus baal.d. Clamate uoce maiore. Non enim poteſt in creaturis aliquid altius intonari:q̃ deum hominem fieri. Et hic ẽ ille clamor qui ad aures domini peruenit ut iam humana natura non formidet in ſuis deſideriis exaudiri:& ſecure dicat de ieſu ſuo. Domine exaudi orationem meam &c. Tertio dicitur clamor propter diffuſionem ſonitus. In clamore enim cito uox diffunditur. Sed nunquid non omnino mundus audiuit clamorem qui factus eſt. Hodie equidem in omnem terram exiuit ſonus eorum &c. Perſcrute-

UVA. BHSC. IyR_070

mus ab omnibus creaturis & nobis oēs una uoce reſpondent:quia uerum eſt quod audierunt:& miraculorum ſignis angelice iubilationi concordant & nobis ſimul cum angelo triūphanter predicant: quia natus eſt nobis hodie ſaluator.

Angeli audierunt:quia exercitum miſerunt ad obſequium nati regis.

Celi nouerunt:quia ſtellam protinus miſerunt.

Aer audiuit:quia media nocte reſplenduit.

Aqua audiuit:quia in oleum conuerſa de taberna emeritoria in tyberim deflux it.

Arbores audierunt:quia uinee engaddi balſamnm produxerunt.

Beſtie cognouerunt:quia paruulum adorauerunt.

Lapides cognouerunt:quia in templo pacis ruentes:uictorie regis noſtri teſtimonium reddiderunt.

Infernus agnouit:quia inimicos regis nati ut corruprores nature quam aſſumpſerat puniendos abſorbuit.Et ſic ſolus homo peccator eſt:pro quo ſolo ſurdus clamor factus eſt:felix ille de quo poteſt dicere:clamans paruulus noſter natus .Clamor meus intonuit in aures eius.Et tunc ergo & nos clamemus i celum:& miſerebitur noſtri deus noſter. Quia clamauerūt iuſti & dominus exaudiuit eos. Nec dubium:quia iſto clamore clamat qui eſt factus hodie:qui eſt chriſtus ieſus qui eſt clamor noſter & omnia noſtra.Circa tertium.ſ. expreſſionem magiſterii per induſtriam operis debes notare ꝙ hic conſidero.

| | |
|---|---|
| Factionem | Eſt āt factio potētie operantis |
| Defectionem | Defectio excellētie hūiliantis |
| Refectionem | Refectio miſericordie remittētis |
| Confectionem | Confectio ſapiētie tēperātis |
| Perfectionem | Perfectio glorie cōſumātis |

Mira eſt ergo hec factura:quia uerbum caro factū eſt. Quietationem autem deſiderii propter attinentiam generis notat demonſtratio ſponſi:cum dicitur.Ecce ſponſus uenit.Iſte ſponſus eſt formoſus pulchritudine:amoroſus teneritudine: & dulcedine & noſtre charitatis plenitudine. Aſſūpta ſimilitudine nobis eſt cōformis:& eterna altitudine deiformis. Beate ſponſe uigilantes que iueniuntur occurrere ſponſo nato: Tunc enim erunt parate ſi fuerint ornate byſſo ſplendenti & candido.Byſſinum ſunt iuſtificationes ſanctorū. Apoc. xix.Puer autem ieſus magiſter fidei nos quaſi in omnibus factis ſuis ad inuiſibilia ſutollit:prophetatum enim erat de ipſo:quia auferret regnum captiuitatis noſtre:iuxta illud.Ecce rex uenit dominus uniuerſe terre:& ipſe auferret iugum captiuitatis noſtre:quia ipſe in populo iudeorum & in domo dauid eſſet reformator regie poteſtatis. Dauit inquit Ezechiel.xxxiiii.Seruus meus princeps in medio eorum.Et Eſa.ix.Super ſolium Dauid ſedebit:& ſuper regnum eius ut corroboret illud:& in p̄s.lxxi.Dominabitur a mari uſq; ad mare. Quod in eius aduentu eſſet reſplendentia luminis. Surge inquit Eſa.& illuminare hieruſalem.Quod etiā eſſet iuſtitia regiminis & abundātia pacis p̄s. Orietur i diebus eius iuſtitia &c.In omnibus his ſi bene attendas nos ad inuiſibilia rapuit:ut uiſibilia cōtemnere doceat:nam ſenſibiliter apparent contraria:ipſe enim mox natus factus eſt ſeruus: unde dicit Beda.Eo tempore dignatus eſt naſci: quo pro eo cenſus ceſari daretur:aſcriberetur:& ob noſtri liberationem ipſe ſeruitio ſubderetur.Eo etiam tempore quo natus eſt regnum dauid ſenſibiliter erat deſtructum: & alienigena herodes regnabat:origine ydumeus:ut ipleretur prophetia iacob.geñ.penultimo:Non auferetur ſceptrū de iuda &c. Quia ut dicit Criſo.ſuper Mat: Quādiu iudaica gens iudicibus & regibns quāuis peccatoribus tenebatur prophete mittebantur ad remedium eius.Nūc aūt quando lex dei ſub poteſtate regis iniqui tenebaẗ naſcitur chriſtus:quia magis deſperabilis infirmitas medicum artificioſiorem requirebat.Reformatio ergo regni dauid per ieſum eſt in robore gratie per ſolium crucis eius:in quo dominatur aman culpe quam expulit uſq; ad mare pene quā aſſūpſit a mari mortis quam deglutiuit uſq; ad mare glorioſe uite in quam tranſiuexit . Sic & lumen promiſſum eſt ſpiritualis illuſtrationis mentis nō corporalis fulgor corporeis oculis:quod comune eſt muſcis in quo hieruſalem.i.eccleſia illuſtratur.Iuxta illud luce.i.Illuminare his qui in tenebris &c. propter quod media nocte naſcitur:tempore quo nox ē longa & dies minima:iuxta illud Hieremie. Diem hominis non deſideraui tu ſcis:quia in tota uita ſua ſatis fuit obſcurus opprobrio. Sicut ergo mortem noſtram ſuſcepit:ut nos ad uitam reduceret:ita etiam ſeruitutem:& alia noſtra penalia:ut in nobis effugaret contra ia:& doceret nos artem cōſequendi ſpiritualem uictoriam ut ifra dicetur.Cōgruum igitur tempus elegit ſapiens ieſus ut naſceretur in mundo. Attende autem ꝙ tēpus natiuitatis non ſolum dicitur nox propter predicta: ſed & dies ſplendida & lucida propter nati regis ſplendida lumina:& propter ſue natiuitatis ſolēnia: unde angelus qui media nocte paſtoribus apparuit: & gaudium magnum euangelizauit dicit.Natus ē uobis hodie ſaluator.Quia eius natiuitas licet ſit facta in nocte:& tamen dies ſanctificatus qui nobis illuxit ab inacceſſibili luce beatiſſime trinitatis: ubi notatur ꝙ hoc benedictum hodie non ſolum eſt eternum propter paternam generationem: de qua dicitur in p̄s.Filius meus es tu &cetera: ſed etiā temporale propter maternam natiuitatem:qua natus eſt hodie ex ſemine Dauid ſecundum carnem per participationem uirginis matris. Eſt autē iſta benedicta dies

Votiuis deſideriis expectata
Figuris myſticis preſignata
Beneficiis uberrimis exhibita
Deuotis obſequiis celebrata



UVA. BHSC. IyR_070

Primo eſt uotiuis deſideriis expectata
Ab angelo in celo pro ruina reparanda
A ſanctis in mundo pro redēptione faciēda
A iuſtis in limbo pro gloria uiſionis habenda.

Deſiderabant angeli ſuam ruiuam reſtaurari & de hominibus ſedes uacuas repleri: propter quod in ortu ſaluatoris gaudenter clamant & annunciant gaudium magnum: & cantant gloriam deo: & hominibus pacem. Facti ſunt enim hodie homines & angeli celeſtis patrie conciues: & completur in hominibus illud Deutero.xxvii. Hodie factus eſt populus domini dei tui. Deſiderabāt etiam ſancti in mundo infirmi languore fomitis oppreſſiōe legis inuoluti cecitate & tenebris. Quid enim deſiderabilius q̄ ſanitas infirmo: claritas ceco: & libertas ſeruo? Ortus autem ſaluatoris ſuperat tyrannidem fomitis ne regnet peccatum in noſtro mortali corpore: quia de peccato damnauit peccatum i carne: ad Roma.viii. Superauit iugum legis & ſceptrum diaboli exactoris. Eſa.ix. Iugum enim humeri eius &cetera. Hodie etiam exortum eſt in tenebris lumen rectis. Ego inquit ſaluator lux ueni in mundum Ioannis.iii. Oriēte autem hac luce immo ſole iuſtitie: Malachie.iii. Facta eſt
Via inerrabilis
Veritas infallibilis
Vita interminabilis.

Quia ipſe eſt uia ueritas & uita. Ioan.xiiii. Quid āt deſiderabat Dauid clamans. Oſtende faciem tuā: niſi ſanitatem infirmitatis. Excita potentiam tuam & ueni: niſi redditionem libertatis huiuſmodi deſiderio tractus Ioel.ult.d. In illa die ſtillabunt montes dulcedinem. Deſiderabant etiam captiui in limbo
Vt incarcerati liberationem
Vt exheredati poſſeſſionem
Vt ſpoliati reſtitutionem

Detinebat enim diabolus carceratos ſanctos p̄res
Allegans lapſum prime tranſgreſſionis
Cyrographum obliuionis
Titulum preſcriptionis.

Et ideo expectabant beatam ſpem & aduentū domini. Natus eſt ſaluator. Reparauit lapſum: deleuit cyrographum: & ſoluit precium: anulauit titulum: aperuit ianuam beate uiſionis: lapſus nō obligauit quem dominus indulſit. Nec cyrographum ualuit: cuius deus pretium ſoluit: nec preſcriptio cucurrit: ſemper enim iniuſta fuit. Huius igit̄ diei deſiderio clamant ſancti patres in limbo. En hec ē dies quam expectabamus: inuenimus: uidimus. Tre.tertio. Hanc Abrahā ut uideret exultauit: uidit: & gauiſus eſt. Io.ſecundo: dies deſiderabilis: dies amabilis: dies iocunditatis & letitie: dies ſuauitatis & miſericordie: in qua
Celum reparatur
Mundus illuminatur
Limbus expoliatur.

De hac ſcriptū ē ſingl'arit̄ p̄me. Ro.viiii. Hodie Samuel uenit in ciuitatem: & ſacrificium eſt populo in excelſis. Samuel a deo nominatus a deo poſtulatus eſt dei filius qui eſt deſideratus cunctis gentibus. Aggei.ii. Et hic uenit hodie ī mūdi ciuitatē: dū nobis apparuit natus de ſacratiſſima uirgine: & ideo ſacrificium eſt magnum populo in excelſis: dum gloria in altiſſimis decantatur ab angelis: & annunciatur in terra pax hominibus bone uoluntatis. Hodie per totum mundum melliflui facti ſunt celi: & in omnibns plateis eccleſie reſonat gratiarum actio: & uox laudis: & magnum cantatur alleluia: dum cantat eccl'ia. Hodie chriſtus nouus natus eſt. Hodie chriſtus nobis apparuit. Secundo fuit hec dies myſticis figuris prefigurata: preuidens enim diuina ſapientia lapſum tranſgreſſionis: & modum reparationis ſicut ab eterno diſpoſuit de incarnationis ſacramento: ſic in ſcripturis digeſſit: ſigillauit: & clauſit myſteriis: & figuris: quia hodie agnus qui natus eſt de uirgine maria apparuit: ut dicitnr Apoc.v. Librum ſignatum ſigillis ſeptem: figure autem ſunt iſte.

| | |
|---|---|
| Virge ſicce floratio | Numeri.xviii. |
| Vellens irrigatio | Iudicum.vi. |
| Rubi incōbuſtio | Exodi.iii. |
| Porte perpetue clauſio | Ezechielis.xliiii. |
| Lapidis ſine manibus abſciſio | Dañ.ii. |

Solis aſcenſio & deſcenſio in horolo. Eſaie trigeſimoquarto.
Et preter hec multiplex prophetie predicatio.

Que omnia adimpleta ſunt & aperta. primi Roma.decimo. Venerunt omnia ſigna pariter in illa die. Vnde ſaluator omnia dicit in ſe eſſe completa: luce quarto. Quia hodie impleta eſt ſcriptura hec in auribus noſtris. Tertio fuit uberrimis beneficiis exhibita. Hodie enim homo in deum exaltatur: lex innouatur: libertas datur: ueritas declaratur: humanum genus ab infirmitate curatur: luce. decimo tertio. Sanitates perficio hodie & cras: & tertia die conſumor hodie dies natiuitatis: cras tempus conuerſationis: & paſſionis: tertia dies reſurrectionis propter quod dicitur Ioſue.v. Hodie auferam a uobis oprobrium egypti. Quarto deuotis obſequiis celebrata: quia hodie datum eſt homini ſummum honoris priuilegium: quia hodie.

UVA. BHSC. IyR_070

Letati ſunt angeli
Gratulati ſunt celi
Iocundati paſtores
Inuitati magi.

Qui nuſq̃ angelos apprehendit: ſed ſemẽ abrahe. Gaudeamus igitur & letemur quia hodie reſtituit deus iſrael mihi regnum patris mei: ſecundi Romano. decimoſexto. Et ideo deus paruulus in preſepio hodie offertur pro nobis: Leuiti. Oblata eſt hodie uictima pro peccato & holocauſtum domino: & ideo exaltata eſt humana natura coram angelis: quia ipſam quam ſupra ſe regnare conſpiciunt: de cetero coram ſe proſtratam uidere pertimeſcunt: ut merito dicatur homini hodie incipiam te exaltare coram omni iſrael: Iudi. tertio. Et ſic patet quam congruenti tempore chriſtus naſci elegit. Deſcriptio autem ſuperius poſita in malum poteſt aliquid ſignificare in bonum. Ipſe enim ceſar qui interpretatur poſſeſſor principatus aut ſtans ſolenniter: ſignat ieſum chriſtum: de quo cantamus: quod factus eſt principatus ſuper humerum eius: qui ſtat ſolenniter in eternitate: quia milia milium miniſtrant ei: Dañ. ſeptimo. Ab iſto exit edictum: ut deſcribatur uniuerſus orbis. Orbis enim ratione rotunditatis eſt uita hominis: que circulanter a deo: per deum: in deum debet moueri: debet ergo uniuerſus deſcribi: quia tota uita noſtra debet recogitari ante oculos huius paruuli: quia ipſe eſt liber uite: in quo ſcribuntur omnes electi.

Circa locum debes attendere quod puer ieſus bethleem elegit' natiuitati in ſignum humilitatis originis: hieruſalem paſſioni ad augmentum dedecoris. Nihilominus uoluit in bethleem naſci ut oſtenderetur filius dauid qui de bethleem fuit: & oſtenderet ſe regem ſecundum utranq; naturam. Nõ auferetur ſeptrum de iuda: Gen. quadrageſimonono. Et ut oſtenderet in ſe compleri quod promiſſum erat dauid de eternitate regis. Vnde de ipſo prophetauit: Eſa. Super ſolium dauid & ſuper regnum eius ſedebit: & Luce primo. Dabit ei dominus & cetera. Quod iudei intelligentes dixerunt. Nonne de ſemine dauid chriſtus uenit: & de bethlem caſtello. Ideo & Michee .v. Effrata Bethleẽ paruulus es in milibus iuda: ex te enim exiet dux: qui regat populum meum iſrael. Sed ut oſtendat quod regnum eius non eſt de hoc mundo quantum ad pompam: hoc bene declarat diuerſorium: ſtabulum: preſepium: & iumentorum conſortium. Subinfert quod iſte paruulus qui ſic eſt deſpectus apparens in carne eſt deus regnans in eternitate cum dicit. Et egreſſus eius ſicut a principio dierum eternitatis. Tranſeamus ergo cariſſimi ad hanc bethlem cum ſanctis paſtoribus: & uideamus hoc uerbum quod factum: eſt quod dominus oſtendit nobis: Luce ſecundo. Sed prius oportet tranſire ſi uis ad uiſionem peruenire. Tranſire eſt in bona operatione ꝑficere: uidere eſt in contemplatione guſtare. Guſtate inquit propheta & uidete: quoniam ſuauis ẽ dominus. Primo ergo eſt profectus bone operationis: poſt ſequitur guſtus contemplationis: unde & paſtores dicunt. Tranſeamus & uideamus uerbum & cetera. Verbum enim quod eſt eternaliter genitum audiuimus: cum dictum eſt. In principio erat uerbum & cetera: ſed uidere nequiuimus: quia lucem habitat inacceſſibilem. Sed tranſeamus uſq; bethleem & uideamus uerbum factum: quia uerbum caro factum eſt & cetera. O quam delectabiliter debemus tranſire ad hanc bethleem: omnia enim nos debent mouere que mouent ciues de ciuitate in ciuitatem tranſire. Trãſeunt enim homines.

Ad emendum neceſſaria
Ad diſcendum utilia
Ad experiendum ſolacia
Ad uidendum mirabilia:

Primo ad emendum neceſſaria propter hoc trãſeas ad bethleem preſepium: & eme panem angelorum pro precio: immo reiecto cuncto affectu mundano. Inuitat enim Eſa. quinquageſimoquinto. Omnes ſitientes uenite ad aquas: & qui non habetis argentum & cetera. Vbi oſtendit quod emere eſt proiicere ex affectu: & quod iſtud precium eſt reiectio uilitatis: non donatio precioſitatis: unde iſte paruulus noſter non uult noſtra temporalia: niſi forſan in ſuis pauperibus: ſed uult nos ipſa relinquere: uenite inquit emite abſq; argento: & abſq; ulla commutatione uinum & lac: quaſi dicat. Nullo modo ueſtra uilia uolo: ſed gratis do uobis precioſa. Sed reputo emptionem ueſtre miſerie eiectionem.

Relinquite triſticiam accidie: & dabo uobis uinum iocunditatis. Relinquite immundiciam concupiſcentie & dabo uobis lac puritatis. Audite ergo audientes me & comedite bonum: qui uſq; nunc comediſtis malum: & delectabitur in craſſitudine anima ueſtra. O q̃ neceſſaria ſunt hec. Ipſe eſt cibus noſter: unde & in preſepio reclinatur: quia caro eius uere eſt cibus: Io. vi. Ipſe eſt ueſtimentum de quo apoſtolus induimini dominum ieſum chriſtum. Secundo ad diſcendum utilia. Que autem utiliora poſſunt addiſci: q̃ que in ſcolis bethleem docẽtur. Ibi enim doce

UVA. BHSC. IyR_070

tur.
Vnde fugetur ignorantia
Vnde excludatur inopia
Vnde acquiratur ſanitas
Vnde percipiatur glorie ſublimitas.
Ibi enim natus eſt dominus tuus qui te docet utilia: cuius preſepium eſt doctrine magne magiſterium. Tertio ad experiendum ſolatia. O q̄ ſuauia ſolatia ibi inueniuntur dum ſacra oſcula uirginis matris dei & hominis intuemur. O dulcis armonia mutui iubili: amplexus uirginei: & cantus angelici. O q̄ gratioſum ſolacium reor uidere regem: uidere gratioſiſſimam matrem aduocatam pro uenia: uidere iudicem factum paruulum infantem obmuteſcentem in ſentētia: uidere paruulum liberaliſſimum omnia condonantem: donātem: arridentem: amplexantem: oſculantem: & peccatorē conuerſum ſecum ad matris ubera applicantem: ſi tamen conuerſus fuerit efficaciter & efficiatur ſicut paruulus iſte. Quarto ad uidendum mirabilia. Vis uidere mirabilia & ſtupenda: nam ibi apparent ſi conſideretur.
Virtus operans
Virgo generans
Creatura obtemperans
Iunctura confederans.

Virtus fuit: non angelica: ſed diuina non ſucceſſiua: ſed inſtantanea: bonitati ſpiritus ſancti attributa. Nec ſecundum naturam: ut generatio communis. Nec preter naturam ut ſerpens de uirga. Nec ɔtra naturā: ut ſtatus uel retroceſſio ſolis: ſed ſupra naturam ubi non attingit influentia create uirtutis: Matth. p̄mo. Quod enim in ea natum eſt de ſpiritu ſancto eſt. Virgo generans concepit ſine ſemine: ſine libidine: portauit ſine labore: ſine grauedine: peperit ſine dolore: ſine corruptōne peperit inq̄ uirgo manens & patrem & filium: & hominem & deum: temporalem & eternū: unde non queratur hic naturalis curſus: ubi eſt diuine admirabilitatis & ſanctitatis influxus: Luce primo. ideo ꝙ & quod naſcetur ex te ſcm̄ uocabitur filius dei. Naſcitur enim humilis paruulus.
Cuius domus diuerſorium
Cuius lectus preſepium
Cuius ſeruientes bos & aſinus
Cuius ſolacium amplexus uirgineus.

Nam ſi conſideretur creatura obtemperans ſiue conteſtans: uidentur hic mirabilia: quia celi choruſcant: angeli cantant: ſtella oritur: fons olei prolabitur. Mala pax corruit. Odor celeſtis figuratus ī balſamo de uineiſ pululauit. Vides ergo quot mirabilia: quot ſolacia q̄ neceſſaria: q̄ utilia tibi in iſta bethleem proponuntur. Bene alio nomine uocatur effrata. i. fructifera in qua tibi tot proueniunt fructuoſa. Canta ergo & iubila bethleem ciuitas dei ſummi & cetera. Et iſta ſuauia mirabilia tibi oſtēdere uolo ut poſſis cantare canticum nouum iſti deo paruulo: quia mirabilia fecit: non quidem illa antiqua mirabilia maieſtatis que fecit in egypto: & in mari rubro: ſed mirabilia charitatis que fecit in p̄ ſepio: hoc deſiderarunt ſancti patres: Eccleſiaſtici. trigeſimoquarto. Innoua ſigna: & immuta mirabilia: quaſi dicat: feciſti mirabilia potentie: oſtendiſti ſigna iuſtitie hec uidimus & timuimus: dum fumigaret mons & audirentur tonitrua in monte ſynai & uiderentur fulgura: unde diximus. Non loquatur nobis dominus: Exo. xx. Tonitruum enim ipſius quis poterit ſuſtinere. Sed innoua ſigna & immuta mirabilia: fac mirabilia clementie & charitatis feruide in deo paruulo: in humili preſepio: que uideamus & diligamus. Hec autem facta ſunt ī uerbo quod fecit dominus in bethleem & oſtēdit nobis. Audiuimus de uerbo eterno: ſed non comprehendimus: longitudinem eternitatis: latitudinem immenſitatis: plenitudinem glorie: celſitudinem maieſtatis: fortitudinem poteſtatis: plenitudinem ſapientie: rectitudinem iuſtitie: opulentiam bonitatis. Sed uide anima mea innouata ſigna charitatis & mirabilia: quia propter nos: & inter nos admittit.
Eternitas nouitatem
Immenſitas bonitatem
Pulchritudo obſcuritatem
Celſitudo abiectionem
Fortitudo infirmitatem
Sapientia infantiam
Iuſtitia reatum
Opulentia egeſtatem.

Et quis audiuit unq̄ tale: uel quis uidit huic ſimile. Hec ſunt ſigna & mirabilia que nuſq̄ alibi uiſa ſunt in terra: niſi ī bethleem noſtra: ubi eternitas facta eſt noua. Immenſitas parua: pulchritudo deformis: maieſtas abiecta: ſapientia muta: fortitudo infirma: iuſtitia rea: opulentia egena. Nonne uidētur tibi iſta mirabilia: hec omnia uidere poſſumus que fecit iunctura confederans deum & hominem in uerbo quod factum eſt: quod fecit dominus & oſtēdit nobis. Primo uis uidere eternitatem nouam: quia filius dei eſt factus tēporalis caro: & hodie temporaliter natus: qui eſt in ſua natura eternuſ Ad Gala. quarto. At ubi uenit plenitudo temporis miſit deus & cetera. Audi dubium quia eternum. Eternus enim pater: eternus filius eternus ſpiritus ſanctus: factum ex muliere: ecce initium generationis ex matre: factum ſub lege: ecce initium dominationis ex tempore. Eſt ergo idem factus & eternus: ſed ad quid: ut eos qui ſub lege erant redimeret. Vide anima mea: non poterat te redimere niſi precium haberet: nec debebat ſecundum legem niſi eſſet propinquus homo: propinquus erat: ſed precium non habebat: deus precium habebat: ſed propinquus non erat: non debebat niſi

UVA. BHSC. IyR_070

homo nec poterat niſi deus:factus eſt igitur deus propinquus homo:factus eſt noſter ieſus precioſior auro mundo obrico:Eſa.decimotertio. Sacculum pecunie ſecum tulit:quia deus homo in carne apparuit:& uerbum in carne quaſi pecuniam in ſacco abſcondit:& hominem reum redemit. Secundo admittit immenſitas bonitatem:quia uerbum abbreuiatum fecit dominus ſuper terram. Ad Roma.nono.Verbum inquam diuinitatem immenſum:ſed poſitione preſepii abbreuiatum. Vnde dicit Bernar.uerbum illud naturaliter productum eſt:poſitione abbreuiatum ſuper terram:contra modernorum grāmaticam:que naturaliter correpta poſitione producit.Hanc nouam gramaticā tenet qui naturaliter breues producunt poſitione ī ſolita:dum homines deſpecti conditione propria grandeſcunt ſuperbia ſi ponantur in paſtorali cura. Sed noſter paruulus ieſus eos qui ſe producunt in faſtuoſa pompa producit in longum tormentum & deſpectum eternum in infernali pena. Ipſe enim ieſus benedictus hodie factus eſt paſtor: & paſtus ſimplicium iumentorum: contra morem talium ſuperborum:uagit inquit inter arta conditus preſepia. Vnde anima mea dulcia mirabilia: & ideo tibi neceſſaria:tua neceſſitas non minus q̄ dei filio ſupplebatur:ſed tua poſſibilitas non capiebat immenſum.Et ideo maior erat neceſſitas q̄ capacitas: & ideo mirabilis diſpenſatio conſilii charitatis diuine utriqꝫ prouidet:ut ſcilicet nobis daret filium quo indigebamus:& paruulum quem capere poteramus.Ideoqꝫ paruulus natus eſt nobis:& filius datus eſt nobis. Tertio admittit pulchritudo obſcuritatē:qa quid iocunditatis hēo ſi non poſſum uidere immenſe charitatis donum:Eccleſiaſtici quinto.Quid prodeſt poſſeſſori niſi quod cernit diuitias oculis ſuis?Si uenerit ad me:ait Iob nono:non uidebo eum. Et ideo oportuit ꝙ noſter moyſes faciem uelaret:quia non poterant intendere in eum filii iſrael propter claritatem uultus eius:unde & in noſtro ieſu operta eſt illa benedicta facies:in quam deſiderant angeli proſpicere.prime: Pe.primo. Sacco mortalitatis noſtre:ur nō ſolum inuiſibilem uideremus uiſibili ſpecie:ſed nobis ſimilem amaremus in noſtra carne.Et ſic admiſit pulchritudo obſcuritatem:ut ſic uideremus ſolem obumbratum nube:ſcilicet illa columnari que precedebat filios iſrael in uie ducatu. Obumbrauit ſolem in die:quem uidere non poterant in ſuo fulgore:Apocalypſis ſeptimo.Sol factus eſt niger ſicut ſaccus cilicinus.Sol iuſtitie chriſtus deus noſter: qui eſt ſplendor glorie & figura ſubſtantie dei patris. Ad Hebreos primo.Specioſior plane ſole & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum luci comparatus inuenitur prior:Sapientie quarto. Et tamen propter nos factus eſt quaſi ſaccus cilicinus Saccus eſt noſtra mortalitas propter uilitatem: cilicinus propter aſperitatem. Quarto admittit celſitudo abiectionē:qa ſi deus hūc ieſū mihi feciſſet uiſibilē & tū iacceſſibilē:qd mihi cōſolatōis afferret Si enim ſurſum collocaſſet in celo:non poſſum aſcendere:quia non habeo alas aquile. Quis aſcendet in celum & educet eum de nubibus? Nemo inquit Ioannes aſcendit in celum: Ioannis tertio. Ideo diſpenſatio fecit illud deorſum:quod erat ſūmum:fecit abiectum quod erat excelſum: immo ipſemet chriſtus curialiſſimus cum ī forma dei eſſet ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus.Et ſic admiſit celſitudo abiectionem: imperium ſeruitutem: quia non ſolum ad me:ſed infra me deſcendit: quando hodie iacuit ad pedes animalium:ille cuius glorioſi pedes uix erāt acceſſibiles altiſſimis angelorum Et hoc eſt illud uerbū quod fecit dominus & oſtēdit nobis.Ecce iſte deus benedictus fecit oia ex pte ſua:ut eum habeamus.

Sit homo ut ei attineam
Sit paruus ut eum accipiam
Sit uiſibilis ut eum cognoſcam
Sit humilis ut eum attingam.

Quinto fortitudo admittit infirmitatem quia dices heu me miſerum:ex parte mea obſtat ne ad illum accedam:quia ſapiens corde eſt & fortis robore:Iob nono.Ego ſum reus: & ideo coram ſua ſapientia uenire erubeſco:ego aduerſarius: & ideo eius potentiam contremiſco:commiſſa mea paueſco:& ante te erubeſco.Ideo mira benignitas que ſemper magnificauit bene facere nobis:ſuam abſcondit ſapientiam in ſimplicitate ne erubeſcam comparere:fortitudinem in infirmitate: ne pertimeſcam accedere.Simplicitatem dico in qua abſconditur ſapientia:non adoleſcentis:non pueri: ſed infantuli:& ideo factus eſt prudentia ſimplex ſapientia infans:quia inuenietis inquit angelus infantem.Et factus ſum ut ait pſalmiſta ſicut homo non audiens: & non habens in ore ſuo redargutionem quaſi dicat.Infans factus ſum:ne timeatis agnoſci ſi eſtis ignari:quia factus ſum ſicut homo non audiens.Non timeatis reprehendi ſi eſtis rei:quia non habeo in ore meo redargutiones. Et ne timeas ab eius fortitudine comprehendi: ſicut Iob decimotertio dicit.Manum tuam longe fac a me:& formido tua non me terreat.Abſcondit ieſus benedictus fortitudinem ſuam in infirmitate & factus eſt debilis qui erat fortiſſimus:Iob nono Si fortitudo queritur robuſtiſſimus eſt: & ipſe eſt qui portat omnia uerbo uirtutis ſue: ad Hebreos primo.ipſum inquam tale uerbum factum eſt caro:& non ſolum homo paſſibilis:ſed etiam mihi in paruulitate ſimilis:& carne mortalis. Sic ergo fortitudo admittit infirmitatem: ut ſecurus accedam. Sexto iuſtitia ſubiit reatum: quia ne dicas quid proderit accedere niſi negocium

UVA. BHSC. IyR_070

meum contingat complere. Eſt autem hec mea neceſſitas quia circumſeptus ſum omni malo: qa priuatus ſum omni bono propter culpam meam & debitam penam: & ideo indigeo a malo releuari: & in bono reſtitui: & hec ſunt que deſunt mihi. Sed nec ſic diuina largitas contrahet manum ſuam: ſed miſerans mirabili charitate ſuccurret: & ideo ſtupendo cõſilio iuſtitie ſubit reatum ut iuſtificemur a malo: opulentia defectum ut locupletemur in bono. Eum eni qui non nouerant oĩno peccatum: ſed innocentem ieſum qui peccatũ non fecit: nec eſt inuentus dolus ĩ ore eius. prima pe. ii. Fecit deus peccatum ꝑ nobis. i. peccati reatũ ſibi ĩpoſuit. Eſa. liii. domĩus poſuit in eo iniquitateſ omnium noſtrꝵ & hoc ut efficeremur iuſtitia dei in illo. O uere felicẽ neceſſitatem: quia ex quo deus homo ieſus noſtrũ reatum aſſumpſit ſoluendũ uel neceſſe fuit deum odire ſeipſum: quod eſt impoſſibile uel reconſiliari hominem reum: quod quidem eſt deo acceptabile & ab ipſo intentum. Septĩo ſubiit opulentia egeſtatem ut locupletaremur ĩ regno. Scitis enim gratiam domini noſtri ieſu chriſti: quoniam cum eẽt diues: propter nos egenus factus eſt: ut illius ĩopia diuites eſſemuſ. ii. ad Cor. viii. O q̃ deberemus eſſe locupletati: quibus deus tantum dedit ꝙ pauper remanſit? Vide felicem neceſſitatem: in qua ſe poſuit obicẽ pro nobis: amore ebrius bonus ieſus: qa neceſſe eſt hominem reſtitui in regnum uel regem ieſum exulare a regno poſtq̃ aſſumpſit noſtram inopiam: & ſimul in unum conueniunt diues & pauper. Sic igitur aĩa mea tuus eternus dilectus ieſus: quia.

Eternus aſſumit nouitatem ut ei attineas
Immenſus bonitatem ut eum accipias
Pulcherrimus obſcuritatem ut eum uideas
Altiſſimus abiectionẽ: ut ad eũ attingas
Sapiẽtiſſimus ſimplicitatẽ: ne erubeſcas
Fortiſſimus ĩfirmitatẽ: ne contremiſcas
Iuſtiſſimus reatũ ut iuſtificeris a malo
Opulentiſſimus defectum: ut locupleteris ĩ bono ut mirabili confectione temperantis ſapĩe idẽ tuus benedictus ieſus ſit.

Factus & eternus
Breuis & immenſus
Pulcher & obſcurus
Imus & excelſus
Sapiens & mutus
Fortis & infirmus
Iuſtus & reus
Diues & egenus

Et hoc eſt uerbum quod fecit dominus in bethleẽ & oſtendit nobis. Vides ergo q̃ feſtinanter debes uenire cũ paſtoribus ad benedictã bethleẽ.

Vt emas neceſſaria
Vt diſcas utilia
Vt experiaris ſolatia
Vt uideaſ mirabilia.

Nec mireris ſi mirabilia ſunt in uerbo quod factũ eſt: quia ipſe eſt qui fecit magna & mirabilia & inſcrutabilia: quorum non eſt numerus. Quantũ ad tertium. ſ. quantum ad modum licet & illa que nunc dicta ſunt ad aliud pertineant: tamen ſubiungẽdo poſſumus aliqua dicere. ſ. ꝙ bonus ieſus qui prius in creatione non fuerat cognitus ab apoſtata angelo & ꝑmo parente: mutauit modum in redemptione gratie: ut in alieno naſcatur: qui in proprio contemnebatur: & de alieno expugnetur uiriliter qui repugnabat in proprio nequiter. In propa inquit io. i. uenit: & ſui eum non receperunt: quia ĩ conditione nature ſeipſum manifeſtauit in propa ſue maieſtatis: & ſui tam angeli: q̃ primi parentes conditione nature non cognouerunt eum ſub iectione culpe: ideo mutauit propria & ſumpſit aliena: unde & in uia naſcitur non in domo propria: p hoc oſtendens ꝙ in alieno naſcebatur. Conuenit igitur huic quod ſcribitur. iii. Ro. ultimo. Rex iſrl̃ mutauit habitum & ingreſſus eſt bellum: ubi quãtum ad quattuor deſcribitur hodierna ſolennitas: oſtenditur enim.

Quis aſſumens
Qualis aſſumptio
Quid aſſumptibile
Cur aſſumptum

Ad primum pertinet perſona ſubſtãtiua. Ad ſecundum unitas diſtinctiua. Ad tertium natura abiectiua. Ad quartum pugna triumphatiua.

Stipitem ſubſtantiuum declarat ſumptio regalis. Rex inquit iſrael. Io. primo. Rabi tu es filius dei tu es rex iſrael. Et in pſalmo. Domini eſt aſſumptio noſtra & ſancti iſrael regis noſtri: glorioſa aſſumptio: uidelicet noſtre carnis. Flexum federatiuum: quod declarat mutatio ſupernalis. Mutauit inquit: hec mutatio fuit totius humanitatis aſſumptio a diuino ſuppoſito. prime Ro. x. Inſiliet in te ſpiritus domini: & mutaberis in uirum alterni: ut ſint uerba totius trinitatis ad hominem chriſtum palmitem adiectiuum declarat conditio habitual cum dicit habitum prime Romanoꝵ. xxviii. Mutauit Saul habitum ſuum. Finem reparatiuum declarat uictorialis congreſſio: cum dicitur. Ingreſſus eſt bellum. Hiere. xx. Dominus eſt mecum tanq̃ bellator fortis. Quia hic ẽ rex glorie dominus fortis & potẽs dñs potẽſ ĩ ꝑlio. ii. pali. xxi. Nõ ẽ noſtra pugna ſed dei. Vis uidere iocundam mutationem attende huius regis propria: & uidebis habituſ mutationem ſumendo aliena: propria regis regum & domini dominatiuum ſunt: potentia: opulentia: ſapientia: gloria: magnificentia: iuſtitia. Quies pacifica. Potentia: heſter. xiii. Domĩe rex uniuerſe poteſtatis in ditione tua cũcta ſunt poſita. Hãc mutauit & abſcondit in paruulo: quia paruulus natus ẽ nobis: Eſaias. ix. De ſapientia: Eccleſiaſtici primo. Vnus eſt altiſſimus creator omnium rex potens & metuendus nimis ſedens ſuper thronum il-

UVA. BHSC. IyR_070

ſius & dominans deus.Ipſe creauit illam in ſpiritu
ſancto:& uidit & dinumerauit & mẽſus : & effudit
illam ſuper omnia opera ſua.Mutauit habitum qa
hanc abſcondit in infantulo.Tacet enim & uerbũ
eſt.Inuenietis infantem ĩquit angelus.Luce ſcdo.
De epulẽtia.Prouerbiorũ. Mecũ ſũt diuitie &c.
gloria & opes ſuperbe amictum. Mutauit & iuſti-
tia:quia ueſtitus eſt panniculiſ paupertatis:pannis
eum ĩuoluit.Luce.ii. De gloria:quia regi ſcloꝝ
ſoli deo honor & gloria.p̃me Thy.i.Sed mutauit
faſtum:intrauit diuerſoriũ:elegit preſepium.Luce.
ii. Reclinauit eum in preſepio. De magnificen
tia.iii.Ro.xxii.dixit micheas Vidi dominũ ſeden
tem ſuper ſolium excelſum:& omnem exercitum
celi aſſiſtentem ei a dextris & a ſiniſtris.Et dañ.Mi
lia milium &c.hec abſcondit paruulus ſub ſtabulo
& animalium conſortio.O quanta mutatio: pala-
tium in ſtabulum:ſolium in preſepium : principũ
frequentia ioſeph & maria:Multitudo miniſtrorũ
reuerentia iumentorum. De iuſtitia clamat ĩ ue
teri teſtamẽto.Reddam ultionem hoſtibus meis.
Et uocatur dominus exercituum ad faciendam uĩ-
dictam in nationibus increpationes in populis:uñ
& Eſa.ii.Poſt multam punitionem dicit. In omni
bus his non eſt auerſus furor eius ſed adhuc ma-
nus eius extenta:furor hic non aĩ dicitur perturba
tio:ſed domini zelus.Iuſtitie rectitudo.Iuſtitia in-
dutus ſum ait.Iob.ſed muta domine:muta habi-
tum:ne exterreas reum.Mutabo inquit habitum:
& ſic ad pugnam pergam.Vis uidere mutationem:
abſconſa eſt iuſtitia ſub faſcia & uinculo ligata eſt:
ne poſſit percutere:quia filius hominis non uenit
animas perdere:ſed ſaluare:Luce.ix. Nam mem
bra pannis &c.faſcia.Vere tenent hanc manum ex
tentam ad ulciſcendum:ſed de hoſtibus ſuis nihil
potuit ligare:niſi uirgĩſ m̃ris patrociniũ.Ipſa ẽ ma
ter regis & exulis:mater rei & iudicis . Nec potuit
natorum diſcordiam ſuſtĩere :ſed regem exulare fe
cit & exulem reuocauit ad regnum:dum regem at
traxit ad noſtre nature habitum:peregrinum liga-
uit iudicem:& liberauit peccatorem:dũ ſibi ad pa-
cem deum paruulum in pacis oſculum dat ligatũ.
De quiete pacifica:quia aulam aſſueri nullus in
trare preſumit niſi uocatus:lectulum ſalomõis pa
cifici nemo audet intrare:quia ipſum.lx.fortes am
biunt ex fortiſſimis iſrael omnes tenentes gladi
os:& ad bella doctiſſimi Canticorũ.iii. Quia ĩ pa
ce factus eſt locus eius.Sed turbauit ſeipſum bo-
nus ieſus:cum pro nobis aſſumpſit bellum : uere
bellum:quia militia eſt uita hominis ſuper terram
Iob.vii.Sed bellum triumphale & uictorioſum :
nam hoſtes non poterunt ſuſtinere poſt eius inſul
tum:unde & hodie hoſtium corruit pax mala : dũ
corruit templum pacis:hodie inchoatum eſt bel-
lum ſanctum:ut rumpetur pax mala.Non ueni in
quit noſter ieſus pacem mittere:ſed gladiũ Math.
decimo.Nã bellamus ut pacẽ uincamus:& hoſtis
pacem turbamus ut meritum conſequamur:unde
hodie corruit pax mundi falſa & preſumptuoſa:qa
tot & tanta mala pacem appellant:& ad nos hodie
pax uera deſcendit que exuperat omnem ſenſum :
pacem inquit ieſus relinquo uobis:pacem meam
do uobis.Io.xvi.Et ideo ruente pace ſacrilega ĩ ci-
uitate carnis:hodie ad nos deſcendit pax diuina cã
tantibus angelis in bethleem.In terra pax homini
bus bone uoluntatis.Sic ergo pugil noſter ingreſ
ſus eſt bellum.Sed quid eſt:uideo paruulum faſcia
tum ligatum : ĩ preſepio recluſum:hiccine eſt for-
tis in prelio:utiq; anima mea ſtolida noli iudicare
ſecundum faciem: quia non eſt nobis colluctatio
aduerſus carnem & ſanguinem:ſed aduerſus prin-
cipes & poteſtates:aduerſus mundi rectores tene-
brarum harum contra ſpiritalia nequitie ad Ephe.
vi.in celeſtibus.Et ideo arma militie huius paruu-
li nõ ſũt carnalia:ſed potẽtia deo.ii.Cor.x.Ipſe enĩ
nouit artem pugnandi:& nouit decipientem & eũ
qui decipitur:quia uir bellator eſt ab ĩfantia. Et ut
diſcas a paruulo modoſ preliandi:in hac pugna eſt
ligatus panno:unde & ligatus uenit. Surditas ĩ iu
dicio: unde ĩfans eſt: Matth.xxvi.Ieſus autem tace
bat.Sequitur.Et non reſpondit ei ad ullum uerbũ
ita ut miraretur preſes uehemẽter:Matth.xxvii.Cũ
tamen contra ipſum darent mortis falſum teſtimo
nium. Ploratus orationis deuote:contra obſti-
nationem hoſtilis nequitie:unde uagit infans no
ſter ieſus:& talis ploratus nõ eſt auditus dum plo
rat leticia:unde & lachryme orantis ab eius maxil-
la aſcendunt uſq; ad dei ſublimia. Paupertas cõ
quirit regnum:& proſtrauit aduerſarium. Qui enĩ
uolunt diuites fieri incidunt in laqueum:ſed beati
pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum ce
lorum:Matth.v. Simplicitas uulpes decipit ĩfer
nales:Matth.x.Simplices ſicut columbe & abſcon
dimur alta ſapientie & ſcientie dei a ſapientibus &
prudentibus ſcientia inflatis: reuelaturq; paruulis
Humilitas exterminat arrogantes:unde par-
uulus noſter corda regens humilium proſtra-
tor eſt omnium ſuperborum.Videbam inquit ſa-
thanam ſicut fulgur de celo cadentem Luce.x.un-
de pugil noſter uenit ligatus:flens:pius:paupercu
lus:deſpectus ſimplex:& paruulus:hoc eſt arma-
mentum domus ſaltus:quod edificauit nobis fili
us dauid:qui pro ſua ſolẽni uictoria pacificus uoca
tur.Nec mirum:quia pati eſt agere non qualiter-
cunq;:ſed perfecte:pacientia autem opus perfectũ
habeat ut ſitiſ perfecti & integri:iaco.i. Et ideo
melior eſt patientia uiro forti & qui domĩatur aĩo
ſuo:expugnatore urbium.Prouer.xvi. Et ideo
patienti datur uictoria triumphalis que eſt quieta
poſſeſſio mentis.In patiẽtia ueſtra ait bonus ieſus
poſſidebitis animas ueſtras. Sic ergo rex noſter
ieſus loquitur militibus ſuis:ut omĩbus perſequẽ
tibus ſcutum carnis apponant: & ſic docuit nos
bellare: carnem patiendo confringere : & hoc eſt
malum excludere uincere & ſuperare . Ipſa
enim caro hoſtis eſt : quia caro concupiſcit ad-

UVA. BHSC. IyR_070

uerſus ſpiritum: & ſpũs aduerſus carnem: & ideo pdere eſt uincere: quia non habitat in ea bonum ſecundum apſ̄m ad Gaſ̄.v. Quod ut tibi non eẽt graue paruulus noſter ieſus uoluit ſuam digniſſimam & uirgineam innocẽtiam affligere & cruciare ut tu miſer tuam diſceres caſtigare: quia qui ſunt chriſti carnem ſuam crucifixerunt cum uitiis & cõcupiſcentiis: ad Gaſ̄.v. Non ſic ipii nõ ſic qbus mũdus loqt̃. Cõedite amici mei & bibite & iebriami. Coronemus nos roſis anteq̃ marceſcãt: nullũ pratum ſit quod non ptranſeat luxuria noſtra. Et tamen ſic in bonis laſciuie que eis fiunt mala culpe ducentes dieſ ſuoſ in boniſ: & in pũcto ad inferna deſcendunt. Iſti ſunt uiri belligeri impugnatores dei apud quos dr̃ ꝙ uictus dicit̃ uictor occiſus: Qui.n.occidit̃ p mundo: uincitur cũ occiditur: qa mortuo impio homine non erit ultra ſpes. Qui aũt occiditur p xp̃o: non dicitur uictus q̃uis occidatur Sed reuera uictor occiditur: quia dum occiditur uictor efficitur. Quomodo enim occiſus uictor ille negatur: qui pro eo ꝙ occiditur a iuſto iudice coronatur? Corona igitur uictoribus datur. O q̃ feliciuſ eſt pugnare p xp̃o: q̃ impie p mundo pugnare: cũ deo a quo ſemel confractus & uictus impius hereditat ſerpentes beſtias & uermes. Et in his cruciatibus taliter cadendo ſubmergitur: ut in perpetuum non emergat: ſed pro xp̃o bellando pugnamus ad certum ĩmo ad centuplum: quia qui p ipſo perdidit aſinum.i.corpus aſſumptum: reſumit electiſſimum dextrerium & uictorioſiſſimum: quia exercitus qui ſunt in celis ſequuntur agnum in equis albis.i.in corporibus glorificatis. Et ideo ad illud deſiderabile ſoldum cucurrit die craſtina beatuſ Stephanus miles pthomartyr: quaſi alter ruben p̃mogenitus noſtri iacob fortitudo ipſius & principium doloris comparaui ad ſuos milites, morientes in campo. Recepit autem magnum ſoldum: q prior in donis maior eſt imperio: unde nec poteſt ĩ bello deficere: quia apertis celis uidit ieſum noſtrũ ſtantem a dextris uirtutis dei patiſſimum iuuare in pugna: potentiſſimum coronare in gloria. Et ideo lapides torrentes illi dulces fuerunt: quia ſibi uertũtur in lapides precioſos: in lapides ſapphiros in honores celicos: poſuerunt inqt p̃s. in capite eius coronam de lapide precioſo. Sic ergo dux noſter ih̃s in prima acie commiſit cum nichanore.i.cum beſtiali demone. Et licet ſint multa arma iſtius uictorioſiſſimi regis: quibus beſtiam impiam eiecit: ſingulariter accipimus tres eius armaturas: que hodie in eius aduentu ſpecialiter refulſerunt. Vnde &.iiii. beſtia habebat capita ſeptẽ: & cornua .x. quibus cũ agno pugnat ſeptenario uitiorum tanq̃ capitum contra ſeptenarium noſtri agni uirtutum donorũ & beatitudinum. Et denario cornuum tanq̃ preſũptarum tranſgreſſionum contra decologũ preceptorum: unde in dañ. ſingulariter dr̃: ꝙ erãt tres ordines dentium in ore eius: & dicebant ei haud dubium ignari & impii ſibi ſubtractione ſubiecti: ſurge comede carnes plurimas: quia iſtis tribuſ ordinibus dentium multos carnales deiecit & cõtriuit: & maſticando per impiam repletionem ſcelerum ſuũ impia depaſtione trãſient quorum.

Primus ordo eſt acies ſuperbie
Secundus eſt acies auaricie
Tertius eſt impetus laſciuie

Excellẽtiis enim delitiis & diuitiis iſte impius draco trahit tertiam partem ſtellarum celi.i. homines factos ad gloriam celi: illos ĩquam qui cõtemplatiui non ſunt: nec actiui. Contra hanc impiam beſtiam agnus noſter armatur quia & hodie naſcitur

Amictus humilitate
Accinctus paupertate
Circumſeptus auſteritate

Et iõ humilitas deiecit aciem primam.ſ. ſuperbiã: ĩmo diſcooperuit eã eſſe pſeudo pp̄ham: ſic enim uocat̃ alio nomine hec beſtia ſiue forte in reſpectu alia: quia loquebat̃ ſicut draco. Et ideo dr̃ pſeudo ppheta: quia in mundanis honoribus mẽtitur excellentia: cũ ibi ſit uilitas & miſeria. Hanc diſcoopuit pugil noſter ieſus: qui humilitatem oſtendit honorabilem quam elegit. Sic & paupertatem oſtendit exuberabilem dum paupertatem accepit: diuitias recuſauit: unde & mundi diuitie ſe mentuunt̃: cũ ſint uera pẽuria. Sic & auſteritatẽ dulcorauit dũ eam in ſuo corpore portauit. Dulce enim eſt quicquid dulci in amaribili cõmiſcetur: dulcis autẽ noſtri ieſu perſona: dulcis uita: dulcis memoria: qa nõ habet amaritudinem conuerſatio illius. In quo & & mundi laſciuias amaricauit: quaſ ſic deiiciẽdo dãnauit: unde & ille laſciuie ſe mentiuntur delicias cũ ſint uere anguſtie: ignis enim grando nix glacies ſpiritus procellaꝝ & pars calicis eorum. Contra hanc beſtiam & pſeudo prophetam pugnat agnuſ noſter in gladio oris ſui reprobando per doctrinã & damnando per ſententiam: & iſta claua eius exacerbando per humilem pauperem & auſteram uitam. Et idcirco ſic ſunt eiecti ut iam nihil poſſideant in electis. Viui enim miſſi ſunt hi duo ĩ ſtagnũ ignis ardentis & ſulphuris. Qui tunc uiui concremantur: quando ab electis dum uiuũt in carne paſſibili repudiantur & reprobantur. De electis dicitur ſingulariter. Qui potuit tranſgredi: & non eſt tranſgreſſus. Sed ab impiis non mittuntur in ſtagnum ignis uiui: quia quandiu poſſunt honores diuitias & delectationes habere: nolunt eas igne diuini amoris cremare. Sed hi cum eis mittuntur mortui ĩ ſtagnũ igniſ.i.in cruciatu eterne afflictionis: ubi uelint nolint cognoſcunt falſam propheciam & tenent ueram ſententiam: quia ſunt ibi uiliſſimi & mendaciſſimi: unde & ibi merces impie ciuitatis nullus emit: quia uexatio ibi intellectum dat auditui: & cognoſcunt ueram ſentẽtiam agni: ſicut dicitur Apocalypſis.xviii. In damnatione meretricis magne & pſeudo pp̄he. Sed attendamus ad intuendum pugilem noſtrum & attendamus eum amictum: quia natus eſt humillime ad

UVA. BHSC. IyR_070

confuſionem arrogantie: quia deus maieſtatis & glorie dignatus eſt fieri filius ācille ſue. Vnde Ambro.in ſermone humilis uēit ad ſuperbos:ut ex ſuperbis faceret humiles.Cuius humilitatem preter corporis paruulitatem tria deſcribunt.
Matris paupertas:de qua naſcitur
Loci uilitas in quo recluditur
Pannoꝝ tenuitas:quibus inuoluitur
Et ſic nos excitat ad humilitatis amorem
Oñſione exempli:Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde.Matth.xi.
Promiſſione premii:Qui humiliatus fuerit:erit in gloria.Iob.xxii.
Cōminatiōe ſupplicii.Eccle.vii.Humilia ualde ſpiritum tuum:quoniam uindicta carnis impii ignis & uermis eſt.Ab hac doctrina declinate xp̄i diſcipulos.Ber.conqueritur ſuper Miſſus eſt. uideo inquit quod magis doleo poſt ſpretam ſeculi pompam nonnullos ī ſcola humilitatis ſuperbiam magis addiſcere:atq; ſub alis mitis humiliſq; magiſtri grauius inſoleſcere:& impatientes amplius fieri in clauſtro:q̄ ſi fuiſſent in ſeculo:quodq; magis peruerſum eſt plerūq; in domo dei non ſe patiuntur haberi contemptui:qui in ſua non niſi contemptibiles paruerunt.Abſit frēs a uobis talis ſuperbia: quia ſuperbis deus reſiſtit: humilibus autem dat gratiam.Sed uideo quod magis doleo:ſepe humilitatem fingi:non haberi:uel occaſiōe uiolente coactionis quando aliter conſequi nō poſſunt quod uolunt.Si humiliatus uadat & curuus ne credas ei quia ſeptem nequitie ſunt in corde illius.Eccle.xii. uel ſpe promiſſionis donec accipiāt & oſculentur manum dantis.Eccle.xxix. Et in promiſſionibus humiliat uocem ſuam:uel timore punitionis.Eccle.xviii.Eſt qui nequiter ſe humiliat: & interiora eius plena ſunt dolo:exemplum de Achab.iii.Ro. xxi.Nonne uidiſti achab humilem corā me? Secundo attende:quia pugil noſter accinctus ē paupertare.Natus eſt enim pauperrime in confuſione mundane affluentie:hanc naſcendo inchoauit: cōuerſando continuauit: moriendo conſūmauit.O quanta fuit paupertas:ubi fuit defectus operimenti:lecti:& habitaculi? Operimenti:quia ſecundū Griſo.ſuper Matth.omelia ſecunda.Mater xp̄i nō habuit niſi unam tunicam:& qualem habere carpentarii uxor?& hoc ī peregrinatione cōſtituta:uñ aliquando ſanctis perſonis quibus in ſpiritu repñtatur paupertas natiuitatis ſaluatoris oſtēditur matres puerum inuoluere accepta una petia ſui ueſtimēti & facta faſcia de capitis ſui uelo.O prelati impii qui pticas operitis ueſtibus curioſis & precioſis pellibus & lintheaminibus de xp̄i ſanguine conquiſitis:uere non prelati:ſed pylati:xp̄m in ſuis paupertatibus ueſtibus propriis ſpoliantes:pauperum.n. ſunt eccleſiaſtica bona ad cultum dei temperatum & ſubuentionem egenorum:diuitum fidelium deuotione collata:quicq̄ ultra uſurpatur:furtum eſt: rapina eſt:ſacrilegium eſt.Nudatis enim ſanctum ſanctorum in membris ſuis dilectis: nudos dimittunt homines:ait Iob.ueſtimenta tollentes: q bus non eſt operimentum a frigore:gemitus pauperum:tremores membrorum:nuditates carnium infirmitates debilium uos accuſant ante iuſtum iudicem.Conqueruntur ꝙ ueſtra ſuperflua eis impie ſubtrahuntur:quia optimo unguento delibuti: & more mulierum magis ornati: imo more idoloꝝ magis culti: q̄ ueſtiti:& more peccatorum diuerſiſ ferculis uentre repleti:nihil cōpatimini ſuper contritione ioſeph.Defectus ergo ueſtimenti deprehenditur in cultu ueſtium:defectus lecti de ſtratu molli:lac paruuli in multitudine ferculorum:defectus habitaculi ī ſuperfluitate edificiorū. Quid dicitis uos ridiculoſi.ſ.paupertatem promittentes ſuper alios tranſgredientes:qui in contumeliā exēplaritatis paruuli ieſu habetis ueſtimētoꝝ.
Curioſitatem
Precioſitatem
Multiplicitatem
Et cum his tenacitatem
Cōuiuiorum ſuperfluitatem
In uinis.i carnibus:in piſcibus:in confectōibus:ut ora ueſtra que debent eſſe mortificata pallore exhalent ſpecierum fetore:uere uenter ueſter inſatiabilis:qui quaſi ſibi de paupertate blanditur ut ſecure accipiat abundantiam quando habet: quia ſibi nō occurrūt quando uult.Nec mirum:quia guloſe ſemper quaſi uult.Quid dicitis de dormitoriiſ que ſūt palacia alta:ampla:curioſa:quorum refectoria ſunt cenacula regalia:quorum clauſtra ſunt populorum ſpectacula?Ad hoc miſit uos pauper ieſus in mundum:ut illa que proſtrauit:rurſus extrueret:dū adhuc eſſet in preſepio reclinatus:nam templum pacis amplum altum & curioſum hodie ipſe proſtrauit ut doceret ſe guerram habere cum mundo: & non uelle edificare cum ipſo.Vere contra uos clamat lapis de piete:lapis inq̄ ſculptus:politus: eleuatus:dilatatus: tanta ſuperfluitate tanta curioſitate:ut mundi ciues barones & reges a uobis edificare addiſcant:qui debetis eſſe aduene & peregrini ſuper terram.Vos inq̄ ſingulariter pauperes ſpoliatis:qui panes pauperū lapides facitis uſarū curioſitatum:in hoc peiores diabolo qui lapides per dei filiū petiit panes fieri ad neceſſariū uictū: dic iquit diabolus ut lapides iſti panes fiāt:dic inqt religioſus ipius & panes elemoſynaꝝ paupeꝝ lapides fiant ſupfluitatum in edificiis exceſſiuis:& ut mutēt quadrata rotundis:munuſ autem more phariſeoꝝ quodcūq; eſt ex me tibi pderit:qa hec fiūt ad diuinum cultum ut fingit per impium mēdacium: qa magis ſunt ad naſcentis ieſu pauperis uituperium & ſic deludit diuinum mandatum:& non honorificauerit patrem celeſtem qui precepit pauperē refici:nec matrem eccleſiam que genuit in penuriam cetus ſui.Miſeri paupertatis apoſtate:non ſolum in noſtro faſtu:ſed etiam in ſuo cultu uellet paruulus noſter ieſus in paupertate oſtendi.

UVA. BHSC. IyR_070

Vt non tanta immenſitas eccleſiarum
Non tanta precioſitas paramentorum
Non tanta ponderoſitas calicum.
Quia magis ſtudent aliq ex uobis apparere or-
nati hominibus in paramentis aureis:q̃ ſplenden-
tes diuinis aſpectibus & angelicis ſpiritibus ĩ uer-
bis & donis. Sed h̃ inquiunt ſunt illorum figura:
uerum eſt:ſed miſeri non habetis figurata:quia nõ
ſequimini xp̃i exempla: non ſeruatis documenta.
Sed eſto ꝙ hec eſſent licita: non eſtis ſeduli opa
rii:qui tantum uos occupatis circa figuram ut per-
datis figurata quottidie inſudantes ad hec euntes
procurantes:deuorantes domos uiduarum ſub p̃-
textu longe orationis:magis rapientes importu-
ne & ſubdola allegationis falſitate q̃ pietate poſtu
lantes:uel neceſſitate recipientes extorta. Redite re
dite ad cor p̃uaricatores:attendite ad abraham pa-
trem ueſtrum ieſum paupertatis ſpiritus genitorẽ:
& ſuos educatores ueraces repetitores fideles:& ob
ſeruatores eximium doctorem aurelium Augſtinũ
Dominicum Frãciſcum Bernardum Benedictum
Baſilium. Et attendite ad ſaram que genuit uos.i.
ad regulam que obligat uos:uoluntarie enim ge-
nuit uos regule promiſſio:uerbo ueritatis inſtituta
ut ſitis initium aliquod creature dei. Iſte enim par-
uulus noſter mundum ruina concutiens unũquẽ-
ꝗ noſtrum alloquitur. Ecce que edificaui ego de-
ſtruam. Et tu queris tibi grãdia &c. Audite eum lo
quentem:praua intentione ipſum ſectari uolenti:
uulpes foueas habent:& uolucres celi nidos:Filius
autem hoĩs non habet ubi caput ſuũ r̃clinet. Mat.
vi. ubi dicit glo. Quid me per lucra ſeculi uis ſequi
cum ita pauper ſim:ut nec hoſpitium habeã quod
meum ſit. Ideo monet Griſo. ſuper lucam. Aſpicite
inquit quomodo paupertatem dominus quã do-
cuerat per opera demonſtrat:non erat ei menſa nec
cãdelabrum:non domus:nõ quicq̃ talium:ſed uoſ
in nullo utenſilium & curioſitatum uultis pati de-
fectum:Si inquiunt eſt ordinata charitas in religio
ne:ideo ſic eſt quieta carnalitas ĩ ſuperfluitatum de
lectatione:que uult auſteritatem habere uerbo: nõ
facto:paupertatem ſine defectu:& humilitatem cũ
faſtu. Sed hec inquiunt non ſunt nobis propria:
ſed omnium communia. Et eſto ꝙ ſic eſſet adhuc
ſunt reprehenſibilia:quia omne commune & pro-
prium debet ieſum pauperem imitari. Sed non ſic
eſt immo eſt rixa & pugna:ſeditio & diſcordia pro
pter apropriationem locorum. Et ſepe qui ĩ domo
matris ſue nõ poterat ſibi appropriare breue tugu-
rium:modo ſibi appropriat totius ciuitatis comi-
tatum:ut dicat illa trahi & diſtrahi: quando alicui
bono pauperi:& extraneo deuotione fidelium cõ-
tigat aliquid dari:hoc enim eſt exemplum chriſti:
qui nec tectum habuit proprium naſcens: ſed a be
ſtiis mutuatum:& moriẽs ſepulchrum accepit alie
num. Nec minus reprehendendi ſunt qui de pau-
perculis uilliſ nati loca ſolẽnia ciuitatum ſibi appro
priare ſatagunt & otiũdos expellere:quia pernicio-
ſius eſt tibi appropriare quod non dedit origo: q̃
carnaliter affici ſolo natiuo. Vtriq; ergo ſi uolunt ef
fici dilectiſſimi xp̃i diſcipuli & obſeruatores euan-
gelii:debent eſſe priuati locali affectu: & peregrini
& aduene ſuper terram. Approbationem hanc pla
ne experiuntur prelati:aut te inde remouere uolen
tes:aut tectum extraneos nolentes habitare. Sed
nec iſtud templum idolatrie tempore pacis que te
colis in carnis quiete:ſine ruina dimittit paruulus
noſter natus. Nam & in te ruũt uirtutum edificia:
in te tota perſcinditur remordente conſcientia: cõ
tinue conquaſſatur tuorum fratrum concordia. Et
ſentis uelis nolis quod malum & amarum eſt tibi
dereliquiſſe dominum deum tuum. Quod ſi ita
non ſentis:quod non credo:iam tua inſenſibilitas
peior eſt ruina qua cum ruinoſo demone effectus
incorporalis ei ſociaris. Hanc paupertatem non ſo
lum continuauit conuerſando ieſus noſter:ſed cõ-
ſumauit crucifixus moriendo. Vnde Anſelmus in
quadam epiſtola de ſacramentis eccleſie. Chriſtus
ita pauper fuit ut ueniens in mundum:non in ſua
ſed in aliena domo naſceretur:& natus propter ĩo-
piam lecti in preſepio poneretur:& uiuens non ha
beret unde caput ſuum reclinaret:nec moriens un-
de nuditatem tegeret:nec mortuus uude inuolue
retur:ſed nec ſepulchrum ubi corpus mortuum ſe-
peliretur. Erubeſcat ergo religioſus uelle abundare
deliciis: propter quem pauper fieri uoluit deus ſa-
baoth:& deus maieſtatis. Sed quid dicitis uos ſecu
lares populi plus polluti? una enim etimologia ſic
accipitur:populus quaſi plus pollutus & polluens
populus:quia generalis infectio magis ẽ nociua.
Et uos etiam a predictis ſtatibus faciliter accipitis
tranſgreſſionis exemplum:que tanto in uobis defi
ciunt peius:quanto minus eſtis radicati in bono.
Sed & ſi clericorum & religioſorum u s deformãt
exempla:interrogate iumenta & docebunt uos.
Attendire bouem & aſinum in obſequium do-
mini orientis arguentes in uobis .ſ.
Ariditatem ueſtre indeuotionis
Crudelitatem ueſtre compaſſionis
Impietatem ueſtre expoliationis
& tenacis auaricie. Cognouit bos poſſeſſorem ſuũ
& aſinus preſepe domini ſui:populus autem me-
us non intellexit. Eſa.i. Qui reuerenter adorant p
uulum & genuflectunt ante preſepium. Et uos ad
eccleſiam non uenitis:& uenientes indeuote ſtatis
& ſepe diuina myſteria ueſtro tumultu & irreue-
rentia maculatis. Audite liberalitatem hoſpitii: qa
peregrinam dominã ſacratiſſimã m̃rem uirginẽ a
uobis repulſã in u̾ris domibus ñ receptã ipſi recipi
unt in ſtabulo & paruulum natum deum ſuum a
domibus ueſtris excluſum:ipſi recipiunt ĩ ſuo pre
ſepio. O crudeles gentes:quare non attenditis be
chriſti & tranſportaretur in ipſum: in quo eſt ſibi omnis gratia & omnis gloria ab eterno predeſtiata. Et quia talem ſe ſentit anima: ideo in omnibus donis dei quantumcunqꝫ paruiſſimis ſemp ſe annihilat: nihil in eis uidens de ſe niſi deſtructionem & diminutionem eorum: & ideo in ipſis magis q̄rit purgationem pn̄ie: q̄ habeat inflationem laudis uane: propter quod ponitur exemplum glorioſe uirginis que inducitur purgari de partu filii dei: & legem immundarum parturientium obſeruare. Quod quante fuerit humilitatis: non neceſſitatis: aliqualiter tibi dictum eſt ſupra. Et quia humilitas exaltari meretur in gloria: quia in omnibus replens ſe contumelia: idcirco ieſus inducitur ī quarta clauſula ut gloria exaltans humiles: cum dicitur. Et gloriam plebis tue iſrael: ubi nota ꝙ ſingulariter dicit́ gloria plebis: plebs enim nomen inferioris ſtatus populi: unde ignobiles dicuntur plebei. Talium ergo qui ſic ſe ignobiles in omnibus recognoſcunt chriſtus eſt gloria: quia in ipſo ſolo ſentiunt ſe habere quicqd eſt gloria dignum: unde & iſti iubilát ieſu. Tu es gloria mea & exaltans caput meum. Et audiunt ſibi dici illud apoſtoli. Qui gloriatur ī domino glorietur: hi ſunt qui ſingulariter ſentiunt ſe dei poſſeſſionem: abnegantes ſeipſos ī ſemetipſis: & nihil uolentes nec deſiderantes de ſe in quibuſcunqꝫ bonis: nature fortune gratie & glorie: niſi illud quod ieſus chriſtus eternaliter ſecundum ſuam diuinitatem de ipſis diſpoſuit: & t̄eporaliter in merito ſue humanitatis perfecit: & hoc ſig̃tur per pronomen poſſeſſiuū ſecunde perſone: cū dicit́ plebis tue. ſ. in ſe humilitate & a te bene poſſeſſe: & iō tue p te ad primatum uiſionis diuine glorie ſublimate: ut merito dicatur iſrael: qui interpretatur uidens deum uel princeps cum deo. Et ſicut in humilitate mens ſe ſentit infirmam: ſic & in xp̄i gl'ia ſe ſentiat uirtutibus plená: ut merito dicatur iſrael. Nam que cognoſcebat ſe cecam in cognitione dei dicatur uidens deum: & que uidebat principaliſſimam radicem omnis mali ſui: iam ſe in chriſto ſentiat unitam deo: & in ipſo non niſi bonum poſſe diligere & facere: exaltata ad participium dignitatis: ut merito dicatur princeps cum deo. Videſ q̄ ſapienter iubilat ſenex noſter Symeon & q̄ bene prefigurat ſtatum reformationis contemplatiue eccleſie que erit in plena abnegatione ſui & mūdi cōtemptu per ſpiritum paupertatis & uirginalis puritatis & ut continue guſtu magnalium chriſti hominis & ſue diuinitatis. O q̄ deſiderabilis eſt ſtatus iſte in quo anima ſe ſentit totam tranſformatā in ieſum uiatorem & compreh̄eſorem: crucifixum & glorioſum: peregrinum & regnantem: dominum & hominem indiuiſibili unione. Exurge ergo uirgo beata: relinque ſtabulum & iumenta eccleſie diſtracte per temporalia: & ipſam eccleſiam filii tui ſponſam adduc tecum ad montem contemplationis ſancte: & introduc in templum reformate uite tu dilecti ieſu. Sicut iurauit ad abraham patrem noſtrum in teſtamento ueteri. Et ſicut nouiſſime diebus iſte promiſit pauperum patriarche frā ciſco: qui ad ſimilitudinem abrahe ſignum dominici federis & promiſſe reformatiouis portauit in crucifixione carnis ſue per impreſſionem ſacrorum ſtigmatum apparitione ſeraphica eiuſdem filii tui ieſu ut ſibi conſtaret prolem ſuam ad ſimilitudinem crucifixe uite ieſu configurandam mente: ſicut pre ceteris ipſe configuratus eſt carne. Signum autem crucifixionis accepit abraham in prole in fedus quod de eiuſ humanitate aſſumeret perſona filii dei: & ꝙ de ipſo propagaretur caro diuina. Sic & franciſcus ſignum ſeraphice impreſſionis amoroſe: cuius ab ipſo ieſu immediate accepit impreſſam: in carue: in fedus inuiolabilis promiſſionis: quod natura diuina ieſu crucifixi propagaretur in eius prole. Et per prolem diffunderetur ſpiritu ſancto flante in tota latitudine orbis terre. Et ſicut ſemen abrahe in apoſtolis chriſti perſonam per ſemiationem fidei portauit & propagauit in toto orbe terrarum: ita ſemen franciſci immo in ipſo franciſco: ſemen ieſu chriſti: & ſpiritus ſui chriſti crucifixam uitam in tranſformatione ardoris ſeraphici per uniuerſam eccleſiam ſeminabit & propagabit & perfectorum multitudinem ſeraphico calculo conſignabit.

Quātum autem iſta cum totis precordis expectāda pfectō iá p̄mitiaſ ſui guſtus & ſtatus aliquoꝝ mentibus generet: norunt illi qui perſonarum ſimplicium ſingulari priuilegio ſpiritus ſancti preuenti non dedignantur honeſtum & ſanctum habere conſortium: & quarum ſi perfectiones attendantur iam ipſe poſſident quod nos anxie expectamus. In quorum ſcilicet uerbis & ſtatu poteſt luculenter aduerti quod magnificauit dominus facere cum ſimplicibus & in contemplationibus eorum magnificat filium ſuum ieſum: & uirtutes ſue ſanctiſſime uite: & per ſentimenta ineſtimabilis altitudinis humanitatis chriſti: que talium mentibus p tranſformationem contemplationis dulcores inſtillat: a quorum experientia ſubtilium philoſophorum longius diſtat qui humilem & paruulum ieſum in paruulis & ſimplicibus ſpernunt & quod nequius eſt ſepe impie perſequuntur dicentes experimenta bonitatis ieſu fantaſmata: & diabolica fore figmenta illorum imitantes crudelitatem & duritiam cordis: quibus illa uerba annunciationis & reſurrectionis ieſu per ſanctas mulieres de liramentis ſimilia uidebantur: ſed utinam uel tarde redarguti a ieſu credant gloriam reſurgentis: quod quidem facient ſi dignabitur ieſuſ eorum duritiam utiliter īcrepare.



UVA. BHSC. IyR_070

## Ieſus infans fugatus. Cap. vi.

N iſto capitulo q̃ttuor principaliter continentur. Pmo ipſius ieſu: & matris benedicte: tam in fugiendo q̃ in redeundo peregrinatio. Secũdo paruulorum occiſorum commẽdatio. Tertio myſtica huius hiſtorie pro malis preſentibus expoſitio: Quarto ipſius beati ioſeph ſupra promiſſa perfectionis deſcriptio. Quantum ad primũ ſcias ꝙ conſumatis legis diuine preceptis: cũ deuotiſſima uirgo cũ ieſu & ſcõ ioſeph nutritio paruuli nazareth ꝓperaret: ſiue tũc: ſiue circa illud tp̃s apparuit ĩ ſomnis angelus ioſeph & propter futuram perſecutionem herodis ipſum cum paruulo ieſu & matre uirgine iubet fugere in egyptum. O bone ieſu: q̃ tempeſtiuam incipis perſecutionem accipere: & q̃ paruulus & peregrinus eſſe ꝓ nobis in terra lõginqua: & tibi & tuis ignota. Noluiſti enim tuam puerilem infantiam inter matris ubera tutam eſſe: quin a crudeli tyrãno querebaris ad mortem. Fugiſti domine ieſu a facie regis iniqui & ſuggens matris ubera magiſter bonus: legiſti lectionem patiẽtie imitatoribus tuis exemplo nõ uerbo: adimplens in te: & in tua piiſſima matre: q̃d poſtea docturus fueras. Si uos perſecuti fuerint in una ciuitate: fugite in aliam. Addidiſti ad hoc bone ieſu: ꝙ non ad ciuitatem uicinam tua terminatur fuga: ſed ad gentem tibi barbaram & multarum dietarum diuiſione longinquam: tranſiens ut fertur per deſertum aſperum ubi & cibi & hoſpitii & umbraculi inopia & aſperitatis & eſtus & aliorum affligentium copia habebatur. Expergiſcere anima mea & cum multo lachrymarum fletu intuere regem glorie agnum manſuetiſſimum ieſum fugere ab inſultu lupi rapacis. Et ipſam gratioſiſſimam dominam uirginem & iuuenem aſpice peregrinam: & ſanctum ſenem ioſeph utriuſqꝫ neceſſitatibus ſollicitum & anxium contemplare. Iunge te eis in uia comes & adiuua matrem uirginem onus ſuaue portantem puerum ieſum. Et ſi forte ipſa dignabitur tibi ipſum cõmittere baiulandum: diligenter pondera anima mea miſera que laborem fugis: & quietem procuras: con quantis ſudoribus & fatigationibus cum quanta mentis anxietate & ſollicitudine beata uirgo mater ſedule eſt intenta ne puer ieſus lederetur abeſtu ymbre: uel frigore: & cum quãto auſtero cibo & uix cum aque potu tantum uie ſpatium peregerunt. Sed & laſſata membra uirginei corporis & illius ſancti ſenis ioſeph: immo quod plus eſt: paruuli dei ieſu duri ſtrati accubitu potius affligi poterant quam foueri.

Sed & egyptum perueniens beata uirgo non inuenit palatium regium nec copiam theſaurorum in preteriti laboris ſolatium: ſed ut paupercula peregrina pauperculum conducens tugurium. de labore ſuarum ſanctarum manuum & ſancti ſenis ioſeph pauperrime uictitabat. Potes ibi etiam intueri omnem ſuperfluitatem & curioſitatem excluſam. Non ibi ſunt ueſtimenta duplicia delicata uel mollia: non curioſa utenſilia: ſed uix neceſſaria ruda & paupercula: magis que nuditatem tegerent & mortem arcerent: quam que delicias modo quocunqꝫ preſtarent. Talibus ſtipendiis pro tuis peccatis acceptis puer ieſus cum ſuis ſanctis parentibus ſeptennium in egypto peregit. Quibus completis iterum angelus domini monet ioſeph & matrem: puerum ieſum ad terram iſrael reducere: impio rege defuncto: qui pro ſceleribus ſuis dura fuit morte comſũptus.

Attende autem hic anima mea & contemplare maiorem laborem in reditu ſeptennis ieſu q̃ in fuga paruuli perpendiſti. Tunc enim ut paruulus infans poterat baiulari Nunc iam grandiuſculus: nec commode portari nec per ſe adhuc tenellus poterat tantum uie ſpatium ambulare. Siue enim peditando: ſiue ſuper aſinum reductus fuerit: multos fuit labores expertus bonus ieſus: tã in cibo auſtero: q̃ quia iam tunc non alebatur lacte materno: q̃ in lectulo duro: traſiens per deſertum: quia tunc iam credibile non eſt ipſum dum fortẽ fugeret in cunabulo dormitaſſe. O anima mea tota reliquare in lachrymis in meditatione tante anſteritatis circa dilectum ieſum & delicatum: & teneram eius uirginem matrem: & uide eos mutua in ſeipſis & duplici crucifixione confixos dũ ſibi mutuo compatiuntur in penis: & ambo ſimul ſic macerantur pro nobis: utinam poſſes de te lectulum facere quem ſterneres laſſato ieſu decubanti in terra: utinam de corde tuo poſſes panes recentes paruulo ieſu & eius matri in feruẽti charitate decoquere: quos putes panes duros & aridos & forſitan biſcoctos uix poſſe rodere intueri deuote: & rationabiliter meditari. Vtinam in abnndantia lachrymarũ poſſes eis refrigerantis aque offerre poculum: qui ſepe itinerantes: & ſitibundi uel nihil quod bibant inueniunt: niſi aquam calidam & inſipidam ex ſuis farcinulis ſumunt. Intuere eos pre laſſitudine ſepe ſedentes in eſtu in defectu umbrali & quantum potes extende tua uiſcera charitatis & compaſſionis ad eos & deſidera eis ũbraculũ texere ꝓpiis inteſtinis.

O anima mea crudelis & ipia in recognitione beneficiorum ieſu exercere quantum potes & meditare auſteram crucem peregrinationis paruuli ieſu: & illius tenelle puelle uirginis matris. Et ui

UVA. BHSC. IyR_070

de ꝙ tante auſteritatis ſtigmata tue uite infor-
mande ſubſeruiunt. Nec decipians exemplo per-
uerſorum ſiue clericorum ſiue religioſorum: qui
chriſti auſteritatem fermentant: ſiue uite laſciuia
& euangelicam paupertatem deludunt ocioſita-
te & affluentia uſus rerum: non attendentes ꝙ pu
er ieſus et eius innocens mater non ſolum non
habuerũt ſupflua: ſed uix aſſũpſerũt neceſſaria: et
hec auſtera de labore manuũ ſuaꝝ ut pluri uũ ex-
traxit beata uirgo: & etiam de laboribus ſancti
ſenis ioſeph. Sed & paruulus ieſus totus plenus
pietate & compaſſione ad labores eorum quan-
tum ſciuit & potuit ſecundnm infantilem ſuum
ſtatum eis conlaborandc ſedulo ſubſeruiuit.
Cum enim ipſe in omnibus ordinatiſſimus fue
rit: in ipſis fecit quod decuit pauperem ſuum ſta
tum: ſecundum ꝙ filius fabri putabatur. Vn-
de non eſt inconueniens cogitare: immo ualde
deuotum: ꝙ aquam afferret ſacratiſſime matri:
ignem accenderet: & aquam in manibus tam ipſi
us q̃ ioſeph humiliter propinaret. Nec fuit ſup-
bie in illis ſanctis parentibus talia obſequia a deo
humanato ſuſcipere: ſed magis fuit humilis obe
dientie: quia inſtinctus ſpiritus ſancti interius eis
dictabat ꝙ ſic deus homo uolebat ab utroꝗ tra
ctari: & quod dixit uerbo ioanni baptiſte trepi-
de ſacrum uerticem domini tangenti: & petro re-
ſpuenti obſequium: dum uellet eis humilis ieſus
pedes lauare: hoc multo fortius dixit ſpiritus ie
ſu tã ioſeph: q̃ matri uirgini in corde. Debes ta-
men credere ꝙ talia reincidendo ab ipſo profun
diſſime annihilabantur ſub ipſo: & interius for-
tiſſime efficiebantur ab ipſo: & ad ipſum: & in
ipſum. Et ꝙ multum obedientia meritoria erat
ei talia recipere a ieſu. Ipſe uero hoc faciebat ut
omnem humilitatem impleret: et eorum neceſ-
ſitati ſeruiret: ac laborum particeps eſſet: cum ipſi
non haberent alium in ſeruitiis adiutorem. Et
hoc in ipſo uidendo obſtupebant: unde non ſuf
ficimus cogitare quales fuerunt tranſmutationes
cordis ipſorum in ipſo in omnibus que experie-
bantur in illo: maxime uirginis matris eius.

Perueniens autem ad terram iuda uerus he-
res dauid regis ieſus: non eſt coronatus in regem
ſed fugit in partes galilee ad admonitionem an-
gelicam iterum factam ioſeph propter regnum
archelai: qui paterne nequitie heres pro impio
patre regnabat: Attende autem ꝙ conatus he
rodiane malitie: que in ieſum effectum occiſio
nis non habuit: hunc in occiſione paruulorum in
nocentium impie conſummauit. Mittens enim
impius rex crudelitatis ſatellites in bethleem &
in omnibus finibus eius: pueros occidit a bima
tu & infra. Et quantum ſuper iſtos beatos par
uulos herodis iniquitas non abundauit: tantum
in eis paruuli ieſu gratia beneditionis effulſit.
Super enim omnes alios ſanctos quemlibet iſto
rum puerorum ſingulari priuilegio decorauit.
Nullus enim unquã ſanctus occiſus legitur pro
chriſti perſoua: nec ꝙ tyranni ipſum occiderent
loco perſone chriſti: licet omnes occiſi fuerint
pro fide & charitate chriſti: hoc autem ſingulis
puerorum eſt preſtitum: ꝙ in ſingulis cruentus
rex intendebat ſolum occidere chriſtum: unde
quem metuit neſciuit infantem: ſententiam in-
ſuſpectam ſibi tulit etatem. Et fuit iſta atrox
cordis malitia: que cor ieſu dure tranſfixit: quan
do crudelis beſtia tantum odiuit ſaluatorem na
tum: ꝙ ut ipſum poſſet extinguere omnium par
uulorum illius regionis exercitũ trucidauit. Cõ
ueniens autem fuit ordo diuine ſapientie: ut par-
uulus ipſe ieſus qui mortificationem crucis iam
portabat in corde: in ſue natiuitatis primordiiſ par
uulos comites haberet occaſos in carne. In quibuſ
futura ſanctorum martyrum conditio figuratur: &
tyrannorum deluſio in herodis deceptione expri-
mitur. Non enim quem queſiuit occidit: & paruu
lis quos occidit nocuit. Sic & impii tyranni matreſ
perſequentes fidem chriſti querebant extinguere:
quam potius auxere uellent nolent ex ſuo ſcelere.
nec ſanctis martyribus potuerunt obeſſe: quoſ rex
celi pro ſuſceptis ſuppliciis habuit eternaliter coro
nare. Hi autem paruuli benedicti recte fuerunt
beatorum martyrum figura: innocentes: infãtes:
impotentes & patientes.

Innocentes: quia ſine culpa
Infantes: quia ſine querella
Impotentes: quia ſine defendendi reſiſtentia
Patientes: quia nulla in eis contra occiſores iracun
dia: immo forſitan occidentibus & ſplendentibus
gladiis arridebant. Sic ſacratiſſimi martyres fuerũt
Innocentes: quia paſſi ſunt pro iuſticia.
Infantes: quia non murmure non querimonia.
Impotentes: quia nulla terrena fulti potentia.
Patientes: quia ad perſecutores leti ac gratioſitate
placati. Hos autem perſecuta eſt herodiana peruer
ſitas. Herodes enim interpretatur pelliceis glorio
ſus: & ſignificat tyrannos: quia in mortis pellicea
corporis huius gloriari uoluerunt in ſummo hu-
ius uite: & huius uite gloriam defendere: quã chri
ſti martyres contemnendam exemplo crucifixi ie-
ſu uerbo et opere populis predicabant.

Hi ergo innocentes benedicti ſunt marty-
rum flores: quos in medio magni frigoris
infidelitatis exortos quedam perſecutionis prui
na decoxit. hos flores collegit puer noſter ieſus:

UVA. BHSC. IyR_070

q deſcēdit in hortum eccleſie ut lilia colligeret: &
ſibi ſertū ex eis digne applicationis ītexuit.In hiis
accepit lilium puriſſimi candoris. Sine macula
enim ſunt ante thronum dei.In iſtis roſas uernan
tis ruboris:qa eos in effuſione proprii ſanguinis
baptizauit.In his uiolam paruulam minoris etatis
quia in eis infantibus & lactentibus laudem ſue cō
feſſionis in tollerata morte perfecit. Hos credo
ſingulari munere gratie ī animabus repleuit.Qui
bus enim tale dedit priuilegium: ut eos uice ſue
perſone exterius mori faceret:non dubium ꝙ in
animabus ſuis gratiam infudit qua ipſos ſue perſe
ctiōi ſingulariter ſimilauit.Nec dicat humaua aſtu
tia que ex peruerſitate ſua ſemper minuit dei dona.
Quid meruerunt hii paruuli qui non habuerunt
uſum liberi arbitrii? Audi paulum dicentem. Di-
uiſiones autem gratiarum ſunt:idem autem ſpiri-
tus:qui dona diſtribuit & diuidit ſingulis prout
uult:unde ſpiritus ieſu omnibus electis meruit qc
quid fuerunt in chriſto ieſu:aliter non fuerunt nec
ſunt:que ſunt in eſſe gratie & glorie.Quid mirum
ergo ſi & his paruulis quos fecit ſeipſum in patiē
do exterius:uoluit interius aliquod maximum do
num correſpondens exteriori tribuere quod igno
res?Non ſit ergo oculus tuus neq̄ in eſtimando
paruulos uiles:quia in eis ſingulariter bonus & li-
beralis ieſus apparere dignatus eſt:unde & eorum
inſtruit cauſam: preparat gratiam:abbreuiat uiam:
confert gloriam:uindicat iniuriam:ut ſecure poſſit
martyribus dicere. Sinite paruulos ueuire ad me:
quia curam eotum ſollicite gero:ut ſedulus dux ſue
militie triūphalis collator uictorioſe corone. Ta-
les enim uolo ꝙ ſubdātur hnmiliter potētie mee:
qui adhereant ſimpliciter ueritati mee:qui confor-
mentur integraliter uoluntati mee:& qui ſuſpirent
cordialiter bonitati mee:& qui figurentur finaliter
felicitati mee. Et pro eis poteſt introduci ieſus
ad patrem fortiſſime allegare eotum iuuamen:tan
dem eorum martyrium:ut dicat illud iob.i. Pue-
ros percuſſerunt gladio:& effugi ego ſolus ut nun
ciarē tibi. Que uox allegorice ſumpta eſt:accuſā-
tis:allegantis:pulſantis. Primo accuſat puer ieſus
apud patrem immanitatem interfectionis: quod
probat percuſſio uniuerſalis cū dr̄.Pueros percuſ-
ſerunt gladio. Inhumanitatis enim ſignum eſt:ꝙ
nec multitudini parcitur:quin primo multitudo
pro uno occiditur. Secundo allegat peruerſita-
tem intentionis:quod probat perſecutio perſona-
lis:cum additur.Et effugi ego ſolus. Peruerſiſſima
enim erat intentio:quia ſolus.Sola enim chriſtia-
nitas intendebatur occidi. Tertio poſtulat ſeue-
ritatem ultionis:quod probat denunciatio iudicia
lis: cū ſubditur ut nunciarem tibi: denuntiatur.n.
patri per ieſum non ignoranti:ſed ſollicite iudican
ti.Itaq; beati paruuli quorum martyrium ē compaſ

ſibile pro etate:& ē delectabile pro felicitate:& pue
ri ieſu ſocietate ſunt conformes ieſū puritate: parui
tate triumphali morte:ut in eis complcatur illud
Eſa.viii.Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi
dominus hii pueri ſequuntur agnum indiuiſibi-
li comitiua.Sequuntur enim pueri puerum

In celibatu priuilegii uirginalis
In candidatu martyrii triumphalis
In concentu cantici ſpiritualis.

In his enim puer ieſus precedit & deducit pue-
ros innocentes.Eſa.xi.puer paruulus minabit eos
Agnus enim ieſus quem ſequuntur reget eos &
deducet eos ad uite fontes aquarum. Apoc.vii.

Vtrum autem in eis irradiatio diuine gratie ad
tantum influxit ut eis dederit uſum rationis & gra
tiam cognitiouis: redemptoris:in cuius perſona
querebantur occidi: nullatenus auderem aſſerere:
quia ex ſacro textu nō mihi occurrit poſſe probari:
legi tamen quandam hiſtoriam que intitulatur caſ
ſiodoro: ubi ſcribitur ꝙ matres paruulorum uidē
tes occiſionem nephariam exerceri in paruulis fu
giebant in ſubterraneas ſpecus:& ibi paruulis blan
dientes ne flerent:& exterius audi poſſent: ubera
dulciter puerorum labiis īmittebant.At illi ac ſi eſ
ſent rationis capaces:& ad coronam martyrii anhe
lantes agitantes capita reſpuebant ubera:& toto ni
ſu corporis ſpontanei uidebantnr conari altas uo-
ces ploratus emittere ut uel ſic uiderentur ſe offer-
re martyrio:& carnifices appellare:hoc ſi uerum ē
neſcio. Indubitanter tamen teneo:ꝙ ſingulariſſi-
ma gratia puer ieſus hos flores celicos & ſue infan
tie ſodales dilectos & uice ſue perſone cum tanta
crudelitate occiſos:magne gratie ꝑmio decorauit
Cum enim iſti ſint primi qui pro chriſto nato per
ſecutionem ſuſcepiſſe legantur:& ut tibi dictum eſt
ſupra:ſint ſacri martyrii fnndamenta:non uidetur
conueniens quin abunde participauerint gratiá re
dempturis. Exurge ergo anima mea:& paruulo
ieſū & matri occurre:& tu ipſa una de paruulis qua
ſi conuerſata in medio cedis & aſpera ſanguine in
nocentium dicas.Pueros percuſſerunt gladio &c.
Forſitan tibi puer ieſus reſpondebit. Et ego noui
& preſens fui:& pueri mei mecum ſunt in cubili ī
ſecreta quiete pectoris patris eterni:quia quos mū
dus perſequitur pater amplectitur:& quos tempo
ralitas crutiat eternalitas coronat:unde & tu ſeque
re patientiam paruulorum:quia uenit ieſus in mū
dum docens crucem tollere & mortis anguſtias ꝑ
iuſtitia non timere. Et ideo hoc in beatis paruu-
lis uoluit demonſtrare. Attende autem & uide
diuine diſpenſationis myſterium circa paruulum
ieſum: qa in eius operibus futura tempora figura
bat. Fuga enim in egyptum de nocte propter
Herodis nequitiam: ſignat fugandum dei cul-
tum de medio iudeorum: & reducendum ad ec

UVA. BHSC. IyR_070

deſiam de gentibus propter carnalé ſenſum circa
ueteris teſtaméti litterã & uéturã pſecutióem ſpiri
tualis intelligentie i apoſtolis paruulis & hũilibus
corde. Et iudeis relicta nocte ignorãtie & erroriſ. In
q̃ eccleſia de gentibus pdurat ſepténio: donec eius
ſeptem tépora in apl'is & martyribus: doctoribus
uirginibus ſiue anachoricis: cenobitis: conuentua
libus: euangelicis: pauperibus: antechriſti perſecu
toribus: et eius deiectione & morte plenarie com
pleãtur. Que tempora ſub miris & profundis my
ſteriis in Apocalypſi ioannis multipliciter ſunt de
ſcripta. Quibus completis non nocte ſed die re-
uertentur in terram iuda confeſſionis & laudis fa
cta conuerſione iudeorum & gentium in eccleſia
contemplatiua: in qua eſt ſpiritus concordie utri
uſq; populi & utriuſq; teſtamenti: & fiet unum
ouile & unus paſtor. Cuius conuerſionis initia-
tio precedit in euangelicis pauperibus: in quibus
ſpiritus ieſu propter timorem archelai regnantis
ſeceſſit in partes galilee in ciuitatem que uocatur
Nazareth habitat Archelaus ipe impii herodis he
res eſt appetitus carnalis pompe & opulentie et
ſuperſtitionis phariſeice: qui uſque adhuc regnat
in iudea: ideſt in carnali eccleſia: ubi deberet eſſe
diuini cultus & laudis cathedra: que tamen in p-
uerſis eſt facta domus negotiationis & latronum
ſpelunca: & eis eſt paruula chriſti uita in pauper-
tate & humilitate & crucifixione preſentis pom
pe & laſciuie multipliciter odioſa: propter quod
chriſti uita in uiris euangelicis a talium conuerſa-
tione declinat: & in plena transfiguratione mun
di contemptus & faſtus in uita florida & inno-
centi habitat: & in eis continue proficit etate. i.
propoſiti firmitate. ſapientia diuinorum luminũ
refulgentia: que continue recipit abundantius ta
lium ſimplicium uita & gratia diuinorum guſtuũ
& ardorum & renouationum chriſti uirtutũ apud
deum ex intentiõe rectiſſima: & apud homines ex
emplorum multiplici efficacia: propter que ad ipi-
us chriſti imitanda ueſtigia conuertuntur. Hos
autem paruulos ſpiritus ſuperſtitionis impie & re
ligionis phariſeice tanq̃ alter herodes impius glo
rians in pelle hipocritalis apparentie: & alienus a
ſanguine iudeorum extinguere & occidere nititur
in eis: querens neccare ieſum paruulum oriẽtem:
ſed eius impii fruſtrabatur conatus. Redibit enim
uelint nolint ſpiritus paupertatis & ueritatis ieſu
chriſti: quem fugauerunt de medio ſui: & dabitur
eis regnum gratie quod eſt ſubterius celum tanq̃
populi ſanctorum altiſſimi ſecundum uaticinium
Dañ. pro eorum occiſione auditum i excelſo ſum-
me trinitatis conſiſtorio uox lachrymationis & fle
ctus. Quia ſanctta rachel que interpretatur ouis ui
ta ſcilicet innocentiſſima & perfectionis eccleſia &
euangelica regula: que in predictorum perſecuto
rum eſt peruerſitate ſepulta: filios ſuoſ paruuloſ. i.
bona & uigoroſa propoſita de obſeruantia perfe-
ctionis uite chriſti deplorat amariſſime taliũ ma-
lignorum peſtifera perſuaſione tanq̃ crudeli perſe
cutione occiſa. Et non uult conſolari qr nõ ſunt:
quia non poteſt equaminiter ferre ꝙ chriſti imita
tionis inſtinctus interius: exterius non apparear p
opus. Dicuntur autem talium uigoroſa & alta p-
poſita ſignificari per paruulos: tum quia humilia:
tum quia de nouo exorta: tum quia talium puer
ſorum aſpernatione contenta. Quicquid enim al
te uirtutis hodie naſcitur in populo chriſtiano ta-
lium hipocritarum: impia carnis prudentia ſuffo-
catur: & extinguitur ſue carnalis conuerſationis &
remiſſionis exemplo & doctrina: ſicut in hoc opu
ſculo eſt in pluribus locis abunde deductum. Vn-
de ſunt imitatores malitie pharaonis: qui ſicut ipe
in flumine egypti: ſic & ipſi reſolutiõe ſui mali ex
empli & peruerſi ſenſus ſui: in quo ſequuntur ua-
nitatem mundi: dicentes tamen ſe eſſe imitatores
chriſti: maligna aſtutia ſpiritum chriſti opprimũt:
maſculinum necantes: & femininum reſeruantes.

His expeditis iam nunc reſtat tempus ut ſecun
dum promiſſum ad conſiderationem perfectio-
num ſancti ſeniſ ioſep ſponſi ſacratiſſime uirginis
& nutrici paruuli ieſu contemplationis aciem con
uertamus. Apparet. n. mirandus uir iſte ſi ipm
conſideremus per reſpectum ad uirginem: ad diui
nam plem: ad eternum patrem: & ad omnium ſã
ctorum patrum exercitum precedentem. In re-
ſpectu enim ad ſanctam uirginem oportet uirum
hunc eſſe mirãdum: tam ratione uirtutis matrimo
nialis: q̃ etiam ratione ſedule adminiſtrationis: cũ
inter illos fuerit ueriſſimum matrimonium per dei
inſpirationem contractum: & in matrimonio fiat
unio animarum: in tantum ꝙ una dicuntur perſo
na ſponſus & ſponſa. Quomodo poſſet cogitare
mens equa ꝙ tanta unione uniret ſpiritus ſanctus
menti ſacratiſſime uirginis aliquam animam niſi
ei i uirtutum operatione ſimilimam. Vnde credo
iſtum ſanctum uirum ioſeph fuiſſe mundiſſimum
in uirginitate: profundiſſimum in humilitate: ardẽ
tiſſimum in amore: altiſſimum in contemplatiõe:
ſollicitiſſimum pro omnium ſalute ad ſimilitudi-
nem illius uirginis ſponſe ſue. Et quia uirgo ſcie-
bat quanta erat matrimonialis unio i ſpirituali a-
more: & iſtum ſciebat per ſpiritum ſanctum ſibi
datum in ſponſum: & ſue uirginitatis cuſtodem:
& ad participandum ſecum in charitatis amore et
obſequioſa ſollicitudine diuiniſſimam prolem in-
carnati uerbi ihu. Ideo credo ꝙ ex totius ſui cordiſ
affectu iſtum ſanctum ioſeph ſinceriſſime dilige-
bat: unde & creditur ambos uirgines fuiſſe uoto &
pari conſenſu. Et ſi uirgo mater dei tanta impetrat
ſceleratis peccatoribus hoſtibus filii ſui: quanta pu
tas impetrauit cariſmata huic tã ſollicitiſſimo ſpon
ſo ſui pudoris & amoris caſtiſſimi. Certe cum oĩa
que ſunt uxoris ſint uiri: credo ꝙ beata uirgo totũ
theſaurum cordis ſui quem ioſeph poterat recipeř

UVA. BHSC. IyR_070

ei liberaliter exhibebat. Ex ſecundo reſpectu ſci
licet ex cohabitationis cum uirgine poteſt cogno
ſci:ꝙ magna perfectio generabatur ĩ eo ex ſanctiſ-
ſimo uirginis exemplo & cõtubernio. Cum enim
agnoſceret dei matrem & ſpiritu ſancto plenam:cũ
quanta reuerentia:humilitate & puritare eſtiman-
dus ẽ hĩtaſſe cũ ea? Et ſi nos miſeri ex cohĩtatiõe ſã
ctoꝝ uiroꝝ: q̃ nihil ſunt reſpectu uirgis tãtũ ſepe
ꝓficimus q̃tũ ẽ eſtimãdũ ipm̃ cũ hac ſacratiſſima
uirgine coniuge ſua per ſpiritum ſanctum data in
uirtute profeciſſe? Hec autem ratio maxime exten-
ditur ad cohabitationẽ boni ieſu:cum quo uſq; ad
diem mortis ſue:ut pater officio:& nutritius bene
ficio hĩtauit. Licet ãt quo tempore fuerit mortuus
non legatur in textu:tamẽ probabiliter creditur ꝙ
mortuus eſt ante paſſionem domini. Non enim
abſens fuiſſet a chriſti cruce:& ipſo uiuẽte nõ opor
tuiſſet ſacratiſſimã uirginem alteri recomendare ꝑ
morientem ieſum. Forte etiam mortuus fuit ante
chriſti baptiſmũ:quia tunc nulla mẽtio fieri uidet̃
in euangelio de ipſo:niſi ꝙ ĩproperabant xp̃o ieſu
fuiſſe fabri filium. Ex tertio reſpectu .ſ. ſollicite
obſequioſitatis magna fuit acquiſita perfectio i Io
ſeph. Si enim mater unum auemaria non dimittit
remuneratione uacuum:quanta gratitudine reſpõ
debat cordialiter illi quẽ ſe uidebat ſollicite labora
re pro nutriendo ipſũ & filium ſuum? Et maxime
non erat modici ponderis in corde uirginis ꝙ ſã-
ctus ioſeph tot periculis ſe exponebat pro conſer
uanda uita chriſti ipſum deducendo in egyptum:
& reducendo & ducendo eum in hieruſalẽ ad feſta
ſecundum legis preceptũ:& ĩnumeris aliis que lõ-
gum eſſet narrare. Vnde omnibus pẽſatis que aia
deuota circa ioſeph & ſacratiſſimã uirginem põt
rationabiliter contẽplari non auderem dicere:ꝙ be
ata uirgo non dilexerit ioſeph quãtum oẽm aliam
creaturam uel ſupra poſt benedictũ fructũ ſui uen
tris ieſum. Et hoc dico de amore ſociali. Nã de cha
ritate illos plus diligit qui ſunt meliores. Et reſpe
ctu etiam ad diuinam prolem ieſum ſtupende de-
buerunt eſſe uirtutes ſancti ioſeph:due enim ratio
nes ultime dicte.ſ.cohabitatio & miniſtratio ma-
xime debuerunt in ioſeph perfectiones augere.
Sed preter hanc eſt tertia:ꝙ ieſus in omnibus ſe ha
bebat ad eum in exterioribus ſiguis reuerenter &
obedienter ſicut ad patrem ſuum. Contemplare
anima quanto charitatis feruore debuit flagrare Io
ſeph ruminando corde & oculis intuendo ꝙ filius
dei ſe fecerat filium ſuũ.& elegerat eum ad ſe nu-
triẽdũ:baiulandũ:regendũ:conſeruandum in ne-
ceſſitatibus uite ſue mortalis. O q̃ dulcia oſcula ab
ipſo recepit. O quanta dulcedine audiebat bal-
bucientem paruulum ſe patrem uocare: & cum
quãta ſuauitate ſentiebat ſe dulciter amplexari. Co
gita etiam quãta cõpaſſione in itineribus que fece-
runt paruulũ ieſum ex labore laſſatum:cum eẽt grã
diuſculus in ſuo gremio requieſcere faciebat. Quia
enim amore tranſformatiuo ferebatur in ipſũ ut ĩ
dilectiſſimũ filiũ ſibi in coniuge ſua uirgine per ſpi
ritum ſanctũ datũ:ideo ſecure mater prudẽtiſſima
que probauerat ipſius affectum ad ieſum loquens
ad eundem filiũ reinuẽtũ audacter.d. Ego & pater
tuus &c. ubi ſingulariter eſt notandũ ꝙ hic ſolum
legitur uirginem uerũ in eo patris monſtraſſe affe
ctum. Si enim ſecundũ leges humanas approba-
tas a deo põt extraneus adoptata in filium: multo
magis dei filius datus Ioſeph in ſua ſacratiſſima uir
gine coniuge ſub uirginalis matrimonii ſacramen
to debet merito eius filius appellari:& credi ꝙ ĩ io
ſeph fuerit guſtus paternalis amoris reſpectu dei fi
lii ieſu chriſti:licet ſancta eccleſia propter uitandam
hereticorum calũniã non nominet eum patrem ni
ſi cum determinatione.ſ.putatiuum & ĩfantilis ne
ceſſitatis miniſtrum:propter quod etiam nec de eo
ſolẽnizat & q̃ maxime quia ad limbum deſcendit
& ad uetus pertinet teſtamentum. Ad cõmẽdã-
dam autem excellentiam huius ioſeph debes nota
re quod in omnibus infantilibus illis neceſ-
ſitatibus :& aliis noſtre infirmitatis ſignis que ui-
debat in bono ieſu contẽplabatur:& guſtabat alti-
tudinem ĩmenſitatis dei ad talia pro noſtro amore
pro nobis redimendis :inflamandis:informandis
multipliciter inclinatam. Et:quãtũ putas in hiis re
liquatã animam ſancti ioſeph iſta intuendo oculis
carnis:quando & ſaxea noſtra corda iſta meditãdo
uidentur deficere pre ſuauitate amoris & ſumme
dignationis dei Vbi nota anima mea ꝙ quãtũ te
metipſam magis exercitabis & diutius figes tue
contemplationis aſpectum in uilitatibus & neceſ
ſitatibus noſtre nature:quas pro nobis aſſumpſit
chriſtus:tantum ſublimius & altius deum altiſſi-
mum honorabis & eius dignatiõem ſũmam ſua
uius deguſtabis:dulcius enim mihi ſapit ꝙ altiſſi
mus deus & ĩmenſiſſimus & beatiſſimus uoluit ĩ-
clinari ad noſtram paruulitatem:& in preſepio arta
ri ad noſtram infirmitatem :& ſuis ſanctis oculis
deflere noſtram calamitatem:q̃ ꝙ miracula poten
tie uoluit facere:mortuos ſuſcitando uel etiam ꝙ
uoluerit angelorum naturam producere:ſuam ĩfir
mitatem manifeſtando:utrũq; tamen equali boni
tate perficit:ſed in ipſo magis ſapiunt nobis ſue ui
ſcera charitatis. Ex quarto reſpectu .ſ.ad deum pa
trem. Magnus fuit uir iſte ioſeph cuius primatus
ſimilitudinem ipſe eternus pater ſibi liberali chari
tate contribuit ſuper filium incarnatum. Et ſi no-
taueris regulam ſepe in hoc opuſculo repetitam:ꝙ
quando diuina gratia aliquem eligit ad aliquẽ ſta-
tum:omnia cariſmata illi tribuit:qui illum ſtatũ co
pioſe decorant:efficaciter concludens ꝙ omnium
uirtutum perfectio in ioſeph altiſſime adunatur.
Ex quinto reſpectu.ſ.ad totum cetum preceden-
tium patrum debes ſcire ꝙ hec ẽ felix clauſula ueĩs
teſtamenti in qua patriarchalis dignitas promiſ-
ſum conſequitur fructum:unde hic ſolus corpora

UVA. BHSC. IyR_070

raliter poſſedit quod eis dei dignatio repromiſit
Merito ergo ſignificatur per illum patriarcham
ioſeph:qui populis fruméta ſeruauit.Sed & hic il-
lum precedit: quia non ſolum egyptiis panem
corporalis uite: ſed omnibus electis panem de
celo:qui celeſtem uitam tribuit: cum multa ſolli
citudine enntriuit. Memento ergo noſtri bene
dicti ioſeph: & tue orationis ſuffragio ſemper da
nobis hunc panem.Sed & beatiſſimam uirginem
tuam ſponſam nobis redde propitiam:& impe-
tra nos indignos in dilectos filios adoptari ab
ipſa.

Ieſus puer ꝓficiēs: Ieſus matri abſētatus:Ieſus
inuētus inſtruēs:Ieſus dulcor amatus. Ca.vii.

Reſcente ieſu etate & corpore: paulatim
manifeſtabat ſigna uirtutis & gratie que
latebāt in mente:& ideo ne fantaſma pu-
taretur nature aſſumptio:fideliſſima fueruut ſigna
infantie: nihil ſupra hominem pretēdens in com
muni conuerſatione:unde paſtores:magi:& Syme
on uiderunt puerum:nulla ab aliorum puerorum
conditionibus in exterioribus ſignis uarietate di-
ſtinctum.Quia enim utrunqꝫ erat neceſſarium cre
dere ad ſalutem & uerum:ſcilicet deum & uerū ho
minem eſſe ieſum in eadem perſona filii dei utraqꝫ
unita natura.Idcirco ſicut teſtimonia dinitatiſ eius
oportuit eſſe ſublimia:ſic & ueritatis & īfirmitatis
aſſumpte nature debuit oſtendere ieſus certiſſima
ſigna:& ideo ſicut ad hoc expediebat: ſic & ſigna
ſue potentie & ſapientie temperabat:ut iſta creſce-
rent etate creſcente.Conueniens autem fuit ut ali
quid oſtenderet etiam in pueritia:per quod decla-
raret nec ignorantiam nec peccatum ſe contraxiſſe
uel aſſumpſiſſe ex nobis.Et ideo cum factus eſſet
annorum duodecī:tempus fuit ſapiētie oſtenden
de:& ſingularis reuerentie cultus dei: quia in hac
etate ingenioſitas pueri declaratur:,que in eo tan-
tum patuit in plenitudine ſapientie:ut ſummi do
ctores legis mirarentur ſuper prudentia & reſpon
ſis eius: Vt autem exemplum humiliatis daret
iuuenibus quantuncunqꝫ perfectis in ſcientia & iu
uirtute:dicitur ꝙ ſedebat in medio doctorum au-
diens & interrogans humiliter & prudēter. De
buit etiam eis dare exemplum eterni patris colen
di in ſpiritu:non in carne:propter quod parentes
ſuos quantuncunqꝫ ſanctiſſimos fugit:& in tem-
plo domini cōuerſatur.Quia uero iſtud eſt ſingu
lariſſimum inter omnia que de optimo & ſapien
tiſſimo ieſu euāgelica narrat hyſtoria: idcirco ſunt
huius actus circunſtantie cum admiratione ſpiri-
tus quantum ipſe benedictus ieſus tribuit ponde
rande. Et uidetur ſtupor ꝙ puer ieſus ſanctos
parentes:maxime glorioſiſſimam matrem uirginē
ſic uoluit affligere & ſine licencia eiuſ:cui lege fili-
ali erat ſubiectus remanere in templo.Qualis eti
am crudelitatis uidetur fuiſſe:matrem innocentiſ-
ſimam tanti doloris aculeo uulnerare: q̃ etiam in-
diſcreta fuiſſe uidetur illa reſponſio:quando cum
eſſet cum ſcribis & phariſeis:& in illo templo car-
nali dicit ſe eſſe in his que patris ſunt:& non poti-
us in obedientia humili & conuerſatione cum ma
tre uirgīe:que erat ſpiritualiſſimum dei templum.
Si etiam cōſideres modos ſe habendi ſacre uirgi-
nis & ioſeph ad puerum ſtupenda occurruut: tan-
to magis admirabilia:quanto a carnali ſenſu ma-
gis ꝛeprehenſibilia iudicantur.Videntur eni repre-
henſibiles de negligentia in cuſtodia pueri ieſu:
quia non fuerunt ſolliciti unius diei ſpatio ip̄m
habere preſentem.Quid etiam dolebant puerum
ieſum eſſe perditum per puerilem neſciētiam: cum
ipſum ſcirent eternam dei patris ſapientiam? Aut
quid dolebant uel ipſum errare:uel ſibi aliquid ma
li accidiſſe in uico:cum utrūqꝫ fore impoſſibile nō
debuerant dubitare.Simplicitatis & repprehenſi-
bilitatis uidetur fuiſſe illum requirere inter cogna-
tos & notos:qui uenerat cognatorum carnalium
predicare relinquendum eſſe affectum. Cum etiā
mater eum reinuenit quomodo audet quaſi in-
crepatiōe alloqui deum ſuum.Fili:quid feciſti no
bis ſic.Nunquā oblita fuerat uirgo infirmitatis fe
minee & latentis in puero ieſu diuinitatis ſue.Nā
uidetꝰ ꝙ hec duo ab humilitate uirginea & ab ocu
lo conſiderationis ſue unquā debuerit ſeparari.
Et nunq̃ nō uidetur materiam prebuiſſe erroris:
quando in loco ſolenni templi coram iudeis chri-
ſti emulis uocat ioſeph patrem ſuum.d.Pater tuus
& ego dolentes querebamus te &c.Cum ipſa cer-
tiſſime ſciret ſolum eternum patrem genuiſſe ie-
ſum in ſue diuinitatis naturam: & ſeipſam uirgi-
nem exiſtentem in conceptu & partu ſola ſpiritus
ſancti operatione eundem ieſum ſecundum hūa
nitatem mundiſſime genuiſſe.Quomodo etiam
ignorātes fuerunt tam ioſeph q̃ uirgo beata ꝙ nō
intellexerunt uerbum ieſu: quando reſpondit ꝙ
oportebat eum eſſe in his que patris ſui erant nūq̃
ignorauerunt ieſum habere patrem? Quid etiam
fecit deuota mater uel ſapientia patris puer ieſus
quod eum impediſſe uidetur:& retraxiſſe ne eſſet
in his que patris ſui ſunt:quia ſtatim relicto tēplo
uenit cum eis in nazareth. Aut quomodo ipſe ie-
ſus obediuit matri temporali relinquendo ea que
ſūt patris eterni.Quomodo etiam dei filio audet
mulier principari:quia dicitur ꝙ erat ſubditus illis
Hec omnia ſunt ſtupenda:& tanto maiori ſapien-
tia dei plena:quanto magiſ prima facie uidentur ī-
firma:unde hic includuntur tam alta myſteria q̃
obſtupeſcit infirmitas q̃ in his aperire os ſuum ſi
uel modicum dicam quando ſpiritus ieſus inſpira
re dignatur ut ſcribam. Primo enim puer ieſus
ſapientiſſime ſe habuit:& miſericordiſſime in oī-
bus ſupradictis ſecundum moderamen ſue eter-
ne ſapientie omnia diſponentis. Nam decuit ipſū

UVA. BHSC. IyR_070

in illa etate in qua liberum arbitrium incipit uigere in homine dare exẽplum iuuenibus relinquendi ſuos carnales affectus:& ꝙ propter ſuorum cõpaſſionẽ indebitam nullatenus omittãt ea que ſunt ꝑfectionis aſſumere:& ꝙ ſciant ſe non eẽ obligatos parentibus carnis:quinetiam ipſis prohibentibus poſſint aggredi uias perfectionis & religioſi cultus patris eterni:unde & hic & alibi uidetur affectũ carnis uerbotenus aſpernari dure in exterioribus ſignis matri uel de matre reſpondens:unde & Io.ii. miracula facturus matri reſpondit. Quid mihi & tibi eſt mulier?&c.Et Mat.xii. uni ſibi dicenti.Ecce mater tua:& fratres tui foris ſtant querentes te. Reſpondit.Que eſt mater mea:& qui ſunt fratres mei?Vnde ſpiritualibus diſcipulis ipſum ſequentibus dixit.Ecce mater mea & fratres mei.In quibus omnibus matrem ſuam ſacratiſſimam uirginem tẽplum ſpiritus ſancti nullo modo deſpexit:ſed cultum eterni patris ei ſanctiſſime anteponit:dans oĩbus exemplum ꝙ carnalis affectus parentũ & eorum conſortium eſt magnum obſtaculũ ne ſpiritus feratur in deum:& ne ſancta religio in homine ueniat ad perfectũ:unde & eos dominus: luce. xiiii.ſancto odio docet odiri ut eius diſcipulatus poſſit perfecte attingi.d.Si quis uenit ad me:& nõ odit patrẽ ſuum & matrem & uxores & filios & fratres & ſorores:adhuc autẽ & animam ſuã:non põt meus eẽ diſcipulus.Si ergo ieſus exẽplaritate preſtanda matrẽ ſanctiſſimã:que in nullo ipſum uolebat uel poterat ĩpedire:fugit.Magne ergo fuit exẽplaritatis omnibus quod fecit puer ieſus ĩ tẽplo in maria uirgine matre dimiſſa.Ideo autẽ latenter remanſit ut non petẽdã licentiam de religione aſſumenda carnis parentibus nos doceret.Non etiam crudelis fuit in matre:licet ſibi preſtiterit doloris materiã:quin potius ut piiſſimus ſacratiſſime mr̃is promotor & exercitator in uia amoris uoluit eam in infãtia ſua ĩ utroq; guſtu amoris oſtẽdere ſũme perfectam.Eſt.n.duplex guſtus amoris:unus ſuauiſſimus & tranſformatiuus in amati p̃ntia:quem xp̃s exhibuit matri ſue in preteritis actibus cõiunctionis ſue:cum etiã ſuauibus oſculis & amplexibus tã mẽte q̃ corpore exhibitis ſancte matri.Alius ẽ guſtus amarus:afflictiuus: exercitatiuus: promotiuus mentis:& in altiuolo diſceſſu amati ex ꝑditiõe dilecti quo aĩa tota ab ipſo depẽdẽs q̃eſcere nõ põt:ſẽper zelotipa ne ex aliqua culpa diſcedat: & ſẽper in ſeipſa deficiẽs: niſi intentiõe amati ſe ſẽper refectã inueniat:& ĩ ipſũ totaliter tranſiens deficiat a ſeipſa.Ex quo ſequitur ꝙ anima circuit querens dilectum ab omni creatura querẽs auxiliũ ut inueniat quẽ diligit anima ſua. Quẽ dolorẽ fuiſſe in ea mõ uirtuoſiſſimo ipſa mr̃ oñdit cũ dicit. Dolẽtes querebamus te.In cuius ẽt participio Ioſeph ſanctum aſſociat:& ſicut humilis ſibi preponit.d. pater tuus & ego. Licet ãt ſacratiſſima uirgo non indiguit in talibus exerceri:que a conceptionis dei inſtãti ſuper plena fuit hĩtatione ſpiritus ſancti: tñ propter nr̃am exẽplaritatẽ formandã rõnabiliter fecit puer ieſus ſic ſe habendo ad eam cũ utriuſq; uita tota nobis fuerit ſuffragio & exẽplo:ut oñderet q̃tũ ꝓficit aĩa in tali exꝑiẽtia doloris de amati abſentia & inq̃ſitiõe ſollicita:qa ſẽper copioſiori dulcedine redit dilectus ad curã:qñ negligẽtie culpa eã nõ reddit indignã:idcirco ieſu reiucto ſingularit̃ nũc guſtũ exp̃mit filialẽ.d.fili.Et qa aĩa ſingularit̃ admirat̃ ordinẽ diũe ſapientie in tali exercitio aĩe: & ĩ abſẽtatiõe & reditione ſui nõ ualet cõprehendere altiſſimos modos eius: ſemper tñ multipliciter amoroſos.Idcirco admiratiue ſubiungitur. Quid feciſti nobis ſic?Cuius ignorantiã in aliis animalibus loquor non ĩmr̃e:curialiter ſponſus increpat. illuminat & ad alta ſue diuinitatis eleuat, dicens. Neſciebatis:quia ĩ his q̃ p̃ris mei ſũt oportet me eẽ:Et iõ ab eius ĩmẽſitate abſorta ſecũdũ doctrinã dionyſii in myſtica theologia perdit rõem & mẽtẽ & in ſanctiſſima tenebra caliginis moyſi ad cõtemplationis ſublimata exceſſũ:fit ſibi ſpecies ſimilitudinis glorie domini in uertice montis quaſi ignis ardẽs potiuſq; claritas refulgens:quia tãta ſentit in amoris ardore ꝙ intellectus capere nõ ſufficit:donec depoſito corpore mortis huius facie ad faciem cõtẽpletur dilectũ:propter quod ſequitur. Et ipſi non ĩtellexerunt uerbũ quod locutus eſt ad illos: qa nõ capit per intellectũ quod ſentit per affectũ. Interim tñ ſe ſentit ineſtimabiliter amore condeſcẽſionis ſpõſi purificari & refici: & in ſuis deſideriis quietari pp̃ quod ſeq̃t̃:ꝙ deſcendit cum eis & erat ſubditus illis. O ad quãtam altitudinẽ adduxit animam dolor ſeparationis a ſponſo & ſollicita inquiſitio de illo:quia cum altiſſimo guſtu redit floridus filius & ſubiectus. Vtiliter ergo ſe abſentat amoroſus ſponſus ut copioſius redeat:& utiliter perdit dominum:qui recipit filium & ſubiectum.Vnde licet credendum ſit ꝙ ſepiſſime uirgo beata dilectum ieſum uocauerit filium:in magno amoris dulcore:nunq̃ tamen legitur niſi modo. Nunq̃ etiam legitur ieſum parentibus fuiſſe ſubditum niſi in hoc loco:licet ſemper filiali reuerentia & humili ſeruitio eis fuerit ſubditus:q̃diu ſub eorum deguit diſciplina: ut per hoc oſtendatur ꝙ experientia tribulationũ pro amato & ſolicita inquiſitio pro ipſo perdito:meretur intimam coniunctionem dei cum mente:que nomine filiationis exprimitur:qui plenariam adimpletionem uoluntatis ſpõſe in omni eo quod ad ſuam pertinet puritatem & humilitatem:quod nomine deſcenſionis in nazareth:& ſubiectionis humilis declaratur.Vides ergo q̃ utiliter ſeruiuit nobis dilectus ieſus de maternis doloribus in iſto ſuo myſtico actu:ſicut etiam nobis ſeruiuit de omnibus actibus ſue paſſibilis uite. Eſſe autẽ in illo templo materiali in medio doctorum diuine legis uocauit ſapiẽs ieſus eſſe in his que patris ſunt reſpectu

UVA. BHSC. IyR_070

cohabitationis materne:non illo iudeos forſitan peccatores preponēs ſanctitati ſacratiſſime ſue matris. ſed propter figuram quam tenebāt miniſtri templi & doctores legis dei de cultu ſpirituali et reuerentia ſummi dei:& propter figuram carnalis generationis & affectionis temporalium propinquorum:que in hoc puncto repreſentat matrem propter generationem carnis ieſu : uoluit ſpiritualem affectum carnali fore preponendum:eo ꝙ in carnali affectione non eſt cultus & reuerētia ſummi patris. Quia uero conſuetudo fuit iudeis ſeorſum uiros ſeorſum mulieres ad feſta aſcendendo & redeundo procedere : ideo ſine utriuſqʒ negligentia potuit alter parentum eſtimare cum altero ieſum fore:ut ſic uſqʒ ad ſero non aduerterēt ſe paruulum perdidiſſe.Ioſeph etiam ex humilitate multum dimittebat puerum eſſe cum matre. Mater etiam charitate plena & gratitudiē & reuerentia ad ioſeph erat ſibi de eo liberalis:& cognoſcens amorem ſpiritus ſancti in ioſeph feruere ad ſollicitam cuſtodiam & obſequioſam tutellā pueri ieſu:ipſum ei liberaliter dimittebat:& ſecure credebat:unde nulla fuit negligentia in ea. Alias etiam non eſt dubitandum ꝙ ſpiritus ieſu hoc fecit & fieri uoluit ſine matris offenſa:ſecuudū communem autem conſuetudinem conuerſationis ieſu ad ſtatum ſue infantilis etatis ipſum debite requiſiuit primo inter cognatos & notos:quia tunc cum illis erat uériſimilius pro tunc ieſum inueniri debere:cum quibus conſueuerat ſocialiter habitare.Sed ad intellectum ſpiritualem formandum uoluit inueniri ieſus:tam ut doceret ſuam ſublimitatem que ſuperat omnem cognationē & notitiam carnis:q̄ etiam ut doceret ſicut obiectum eſt eſſe diſſoluendam ligaturam carnis & ſanguinis. Et in hoc etiam modo inquiſitionis ieſu fuit beata uirgo contemplantium forma: qui primo gradu ſuum agnoſcunt defectum:& aduertunt in modo ſuo actu uel merito ex ſe ipſis ī ſe fore ieſū.i.ſalutē & cōtemplantes omnem notitiam ſenſibilis mōdi in tota cognatiōe eſſe creati non inueniunt uerum ieſum anime ſue ſalutem.Et ideo abſqʒ mora contemnentes mundana rapti ad ſublimia in amorem inuiſibilium quaſi in alteram hieruſalem pacifice uiſionis ſatagunt eleuari:& in templo beatiſſime trinitatis in medio illorum ſpiritualium luminum inueniunt ieſum ſedētem eternali quiete mediam in trinitate perſonam aliquātulum inferius deſcendentes in templo celeſtis hierarchie: in medio ſpirituum ſupernorum tanq̄ doctorem infirmitatis humane inueniunt ieſum ſedētem in dextera dei patris:audientem eorum deſideria : & plenariam ſanctitatem:& interrogantem illos tam eorum infirma q̄ eis ſublimia claritatis ſue ſplēdoribus plenarie ingerendo eiſdem:ita ut ſtupeant ſummi ſeraphī ſuper prudentia humilitatis ieſu & reſponſis eius.i.ſuper receptis influētiis diuinis ab eodem. Aliter etiam inferius deſcendētes poſſumus dicere ꝙ anima que in malitioſa uita ſua ſentit non eſſe ſecum ieſum in infirmitate icipiēs ipſa querit inter cognatos & notos:dum eorum affectibus irretita uult cum eorum conuerſatione & amore carnali & occupatiōibus eorum que carnis ſunt querere anime ſue ſalutem:que ſi illuminatur a radio ieſu:& flagrat amore perfecto in ipſa:ſentit ſe inuenire eum non poſſe in tali conuerſatiōe pedeſtri:& ad meliora prouocata redit ad hieruſalem uiſionem pacificam mundi contemptus & tēplū ſacre religionis ingrediens in medio uirorum ſpiritualium tanq̄ doctorum ſalubrium īuenit ieſum ſedentem per tranquillitatem deſideriorum : qua eos ſeparat ab omni appetitu & ſtrepitu mundanorum:ubi & audit eorum ſuſpiria : & interrogat eorum infirma·Ibi enim anima inuēto ieſu admiratur ꝙ tam diu ſua miſeria eam ſeparauit a uita pfecta & dulcore ſuauiſſimo fruens inuento ieſu dulciter eum filium nominat:cui hereditate uult tradere in quieta poſſeſſione ſeipſam.Et admiratur p quot aufractus ſue p̄terite uite eam duxit ieſus ad quietem optatam dicendo: Quid feciſti nobis ſic? Cuius ignorantiam increpans ieſus reſpondit : ꝙ archanum conſilium dei patris de ſola ſalute neſciuit:de quo obſtupefaciens ipſam & in ſua humilians ignorantia ſue condeſcendit īfirmitati: locās eam in Nazareth florida.ſ.conſcientie puritate: in qua ſic illi ſubiicitur:ut oſtendat clare anime illuminate:ꝙ omne quod ſit in decurſu prouidentie dei electorum ſaluti ſubſeruit. Et in hac conſciētie puritate: & uirtutis inuiolabilis contemplatione clariſſima fit tranquillatio mentis.In qua per augmētū ſpūalium luminū ī illa aīa ieſus proficit ſapiā expiētie & etate roboris & cōſtātie & gr̄a charitatis feruide tā in ſecreto contēplationis dei q̄ ī publico ſalutaris exēpli. Quod āt poſtea queritur quid mater ſancta dolebat.Rn̄deo ꝙ ieſum perditum non dubitabat:ſed ſecundum origenem poterat cogitare ex humilitate ne forte aliqd uidiſſet: ꝙ oculos ſue iuſtitie offendiſſet in mundo: quacūqʒ ex cauſa:& eam reliquens rediſſet ad celos:cum illi placeret iterum reuerſurus. Licet etiam per ſpiritum ſanctum edocta forſitan poſſet noſcere ꝙ ante debebat cōplere redemptionis noſtre myſterium q̄ reddiret ad patrē:& noſceret ꝙ ante condēdum erat euangelium:& per os dilecti filii ſui ieſu predicandū fuerat dei regnum q̄ ipſe crucis ſuſtineret ſupplicium.Potuit tamē rationabiliter timere ne nouas perſecutiones & paſſiones uellet ſuſtinere ieſus in ſua puerili etate que ipſum multipliciter affligerent:& nō eius uitam finirent. Et ideo multū potuit formidare ne in manus aliquorū impiorum hoſtium dei incidiſſet puer ieſus:& ꝙ forſitan propter hoc abſentaſſet ſe ab ea ne ipſa nimis pateretur uidens eum talia ſuſtinere. Hec p tanto dixerim:quia ſalua reuerentia omniū qui loquuntur de ſapientia mentis ſacratiſſime uirginis: credo ꝙ in conceptu filii dei eſt ſic per ſpiritum ſan

UVA. BHSC. IyR_070

ctum edocta de tota principalitate perfectionis xp̄i
uite: & de eius auſteritate & morte: & cordis chari-
tate & diuinitate ſue perſone: ꝙ nõ credo aliquem
propheta preuiũ uel apoſtolũ poſterũ ad eius ple-
nitudinẽ attigiſſe. Potuit tamẽ de his ſicut ſupra
dictũ eſt aliquas particulares conditiones & circũ-
ſtantias loci: & modi: & tẽporis neſcire: de quibus
tamẽ poſterius certificati ſunt per euidẽtiam facti.
Et ideo neſcientia intentionis pueri ieſu in hac ab
ſentatione ſui ab ea potuit multis reſpectibus mul
tas cauſas doloris in eius mente cauſare: ut merito
credatur exceſſiue doluiſſe. Sed quid querimus
tantũ cauſas ſui doloris: cũ ſi fuerit ſufficiens cau-
ſa ignorare. ſ. quid factum eſt de ieſu: & ſeipſam ſi-
ne ipſo uidere: & tante rei myſterium ignorare? Et
ad hoc eſt bonum exẽplum Origenis: ut ſicut quã
do tu legis ſcripturas. & earum intellectum nõ ca
pis: anxiaris & queris intelligere quod dicunt: non
ꝙ eas errare dubites: ſed ꝙ te non intelligere doles
Sic circa uirginẽ & Ioſeph contigiſſe dicit: quod q
dem de uirgine intelligendum eſt modo ꝑdicto.

Nõ ãt fuit preſũptuoſa increpatio filii dei: ſed de
uota allocutio interni ſuſpirii quando dicit. Fili qd
feciſti nobis ſic? Sed fuit admiratio facti inſoliti &
expreſſio doloris intimi pro ſollicitudine inquiſi-
cognoſcebat in facie. Magne autem patiētie &
ſupportationis omnium tribulationum & oppro-
briorum huius uite ſtupendum datur exemplum
in eius carceratione & morte:quando attēdit mēs
multis ſceleribus irretita:ꝙ Ioannes ſanctificatus
in utero ſic ſine reprehenſione conuerſatus in de-
ſerto tam excellenter magnificatus diuine uocis te
ſtimonio ſic eſt a deo permiſſus per manus adultē
rorum carcerari:& ad petitionem ĩpudētiſſime me
retricis amputato capite tanti uatis:factum eſt de
ipſius capite ludibrium in illo obſcuro cõuiuio ſal
tatricũ.Quomodo enim ibi conculcatur omnis ui
te pompa:quando ſublimiſſimum uatem & ſum-
mum Baptiſtam:& amicum fideliſſimum cũ tan-
to opprobrio uoluit ſapientia chriſti de mũdo exi
re.Quis igitur querat niſi inſipiēs temporales ho
nores in morte?In hoc enim exemplo:& q̃ maxi-
me in ſue crucis opprobrio:& in aliorum amicoꝝ
ſuorum tam multiplici perpeſſo martyrio:non ſo-
lum datur uere chriſtum diligentibus materia con
temnendi omnes uite huius honores:uerum eti
am appetendi ad ſimilitudinem chriſti ieſu: & ſui
ſublimi preconis in huius mundi uilitate uiuere:
in obprobrio exterioris fame pro amore iuſtitie ui
tam finire.

### Ieſus uir baptizatus cap.ii.

Vm ad etatis.xxx.annum ueniſſet rege-
nerator uite ſpiritualis ieſus:quoniam in
ſacramento baptiſmatis omnem animã
recipere ſanctiſſima ordinatione diſpoſuit:ut prius
faceret q̃ doceret magiſter humilitatis ieſus prius ĩ
ſe recepit:quod recipiendum omnibus imperauit
Et hic adiſce ſuam ordinatiſſimam lectiōem hu
militatis profunde.Nullum enim remedium legi
tur ſuo tempore fuiſſe contra peccatum: quin ipſe
recipere uoluerit agnus ſine peccato qui uenerat ali
orum emundare peccata:ut ueris penitentibus ue-
recundiã auferret:& ipſos ad ſalutaria remedia que
renda:ſine quibus iuſtificari non poterant:ſuo exē
plo feruentius animaret:unde circunciſus fuit die
octaua:&.xl.preſentatus in templo.Et nunc maio
ri humilitate iam trigenarius uoluit Ioannis baptiſ
ma recipere:quod publicanis & peccatoribus dab-
tur in penitentie ſignum.Attende ergo o anima
ꝙ dei filius tanq̃ peccator:& immundus pro te co
ram populo denudatur:& aquis iordanis in ſignũ
ſpiritualis ablutionis immergitur:unde nec mirũ ſi
baptiſta contremuit in tam ſtupendo humilitatis
exemplo uidens ieſum:quem ſciebat totum mun
dum debere baptizari ſpiritu ſancto:ſic humiliter
uelle baptizari ab ipſo ad omnem gradum iuſtitie
in humilitate complendum :unde ipſe dixit. Ego
a te debeo baptizari:& tu uenis ad me? Nec mirũ
quia ipſum cognouerat filium dei. Sic enim dixit
Ioannes primo.Ego uidi & teſtimonium perhi-
bui:quia hic eſt filius dei. Rationabiliter autem
fuit Ioannem baptizare in aqua:ut ſicut dicit Criſo
ſtomus. Per nouitatem ſigni maiorem multitudi
nem attraheret populi:& illis concurrentibus fer-
ret teſtimonium de diuinitate & ſanctitate chriſti
Et ut tali baptiſmo homines aſſueſceret ad unum
chriſti baptiſmum.Et ut eos in ſigno tali ad peni-
tentiam inducens ad chriſti aduentum & redēptio
nis ſacramentum digne recipiendum animas pre-
pararet:unde beda dicit ꝙ ſicut cathetizatio bapti-
zandorum ad baptiſmum diſponit: ſic baptiſ-
mus Ioan.ad chriſti baptiſma.Et ideo nõ ē uerten
dum in dubium ꝙ baptizati baptiſmo Ioãnis fue
runt chriſti baptiſma e iterum baptizati. Et hoc ē
quod dicit Auguſtinus. Qui baptizati ſunt ba-
ptiſmo conſerui:oportet ꝙ baptizentur baptiſmo
domini. Vnde Auguſtinus dicit ad ſelentianum.
Apoſtolos qui fuerunt Ioannis diſcipuli a chri-
ſto baptizatos:ut chriſtus haberet baptizatos ſer
uos per quos ceteros baptizaret:imo quod plus
eſt Criſoſtomus ſuper Mat.dicit ſuper illo uerbo.
Ego a te debeo baptizari. Quando chriſtus di-
xit. Sine modo: oſtenditur ꝙ poſtea chriſtus
baptizauit Ioannem:& hoc dicit in quibuſdã libriſ
apocryphis ſcriptum eſſe.Certum tamen ē ut Hie-
ronymus dicit ſup Mat.ꝙ ſicut xp̄s fuit baptizatus
a ioãne.Ita ioannes a chriſto erat ĩ ſpũ baptizãdus

UVA. BHSC. IyR_070

Fuit baptiſmus Ioan. a deo:ſicut ipſe dicit Io.i. Qui me miſit baptizare in aqua ad illos effectus qui dicti ſunt ſupra:ubi patet ꝙ baptiſmus ioānis habuit exteriorem ablutionem & ritum ad aſſuefaciendum ad chriſti baptiſmum:non tamen habuit interiorem baptizationem per ſpiritum ſanctum. Et ideo non afferebat gratiam quia illud ſeruabatur chriſto. Secundum illud Io.i. Gratia & ueritas &c. ſed preparabat ad ipſā ſicut ipſe dicit. Non ſum ego chriſtus:ſed ſum miſſus ante illū. Et ideo tali baptiſmo conueniens fuit chriſtum baptizari: quia chriſtus ſpirituali regeneratione non indiguit que non dabatur in baptiſmo Ioannis:ut per hoc oſtendatur ꝙ chriſtus baptizatus eſt ut aquā ſanctificaret tactu ſue carnis mundiſſime:non ut ſanctificatam acciperet:unde & ſpiritualem regenerationem aquis tribuit quo ad tria ſcilicet quo ad uim

Peccatorum mundatiuā
Temptationum refrigeratiuam

Et ex collectione uirtutum & donorum ſpiritualiē uiuificatiuam ſecundum triplicem aque proprietatem:lauandi:refrigerandi:& generandi:per uitalem humorem in plantis & herbis. Conueniēs autem fuit ꝙ chriſtus baptizaretur in aquis iordanis:& ratione nominis:& ratione multiplicis ſigni in eo in ueteri teſtamento preoſtenſi. Iordanis enī interpretatur deſcenſio eorum:eo ꝙ chriſtus deſcēdebat humiliando ſe in baptiſmo ad noſtrorū peccatorum remedium:ſicut dicit Nazanzenus. Baptizatus eſt chriſtus ut totus uetus Adam īmergatur. Interpretatur enim filius iuditii ut in fluxū ſanguinis chriſti in quo fuit riuus iuditii dei patris ſuper unigenitum ſuū pro nobis:oſtendatur noſtrū conſecrare baptiſma. Iordanis enim fuit ille fluuius per cuius tranſitum filii iſrael intrauerunt in terrā promiſſiōis. In ſignū ꝙ niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto non poteſt introire in regnū dei:ſicut dicitur Io.i. Ad quod etiam pertinet ꝙ helyas diuiſit aquas iordanis qui erat ī curru igneo raptus ī celum:ut dicitur.iiii.Re.ii. Quia tranſeuntibus per aquam baptiſmi per ignem ſpiritus ſancti patet aditus paradiſi. Inſtituit autē benedictus ieſus ſuum baptiſmum in aqua non ſolum ꝓpter cauſas predictaſ:ſed ex maxima materia:quia aqua eſt materia omni loco communis: & in omni aq̄ materiali:ubi ſaluatur ſpecies poteſt baptiſmus cōferri:& ut oſtenderet chriſtus ieſus ſeipſum eē ſolum miniſtrum interioris baptizationis: licet autē conueniens ſit ꝙ a ſacerdote qui uicem eius gerit illud ſacramentum recipiatur :tamen in neceſſitatis articulo clericus & laicus:uir & mulier: chriſtianus & paganus poteſt chriſti conferre baptiſmum:dū tamen in debita forma & aqua:& cum hac intentiōe ꝙ ītendat facere quod facit eccl'ia chriſti:quātūcunq; paganus non credat per fidem ſuam aliquod baptiſma ad remiſſionem peccatorum ualere. Vbi autem ſacerdos non clericus:ubi clericus nō laycus:ubi laicus uir:non mulier:ubi fidelis:nō infidelis debet preſumere baptizare:& peccat aliter dās uel recipiens. Et licet ſepe non recipiat ad utilitatem:ſemper tamen recipit ſacramenti ueritatē ſi intendit recipere quod etiam donat :quia quantūcūq; dans uel recipiens uera fide non credat:ut alio modo baptizatus ē aliquis a quocūq; baptiſma uerum ſit datum:ſed de tranſgreſſione ritus eccleſiaſtici debet qui in culpa eſt penitere. Forma autē baptiſmi eſt inuocatio beatiſſime trinitatis cum intētione baptizandi prolata:& dicatur. Ego te baptizo in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti. De congruitate autem & inſtitutione eſt ꝙ unus baptizatum recipiat de ſacro fonte qui pro baptizato reſpondeat eccleſie & credat pro paruulo. Et ideo unus debet eſſe non plures. Qui etiam paruulum adultum realiter de fide inſtruere & de ſua ſpōſione monere:maxime ſi inter infideles conuerſari cōtingat. Vbi autem eſt conuerſatio inter fideles qui continue ſacris predicationibus inſtruuntur: & baptizatus habet parentes ſollicitos & fideles: forte patrinus a tali tentione abſoluitur. Sanum tamē cōſilium eſt ꝙ pro loco & tempore ſalubriter inſtruat baptizatum. Licet autem chriſtus fuerit baptizatus in etate uirili:non tamen expedit propter periculum mortis paruuli baptiſma differri:licet in adultis qui habent interdum remedium deuotionis & fide ſacramenti poſſit rationabiliter differri: ut recipiatur ſolēniter tempore ab eccleſia ordinato. Sciant tamen ꝙ ſi ſine ſacramento deceſſerint: licet ſalutis habeant beneficium:non tamen ſunt a pena purgatorii plenarie abſoluti. Iudei autem & pagani non debent ſtatim baptizari quando ſacramentum petunt:& maxime iudei qui proni ſūt ad uomitum:ſed eorum eſt fides probanda:ne per baratanas & ſacramenti contumelias decipiant eccleſiam:& chriſti beneficium ueniat in cōteptum. Si tamen caſus infirmitatis uel periculum accederet:ut in bello uel mari:ſtatim poteſt & debet eis baptiſmus conferri. Conueniens tamen fuit chriſtum in perfecta etate baptiſmum recipere. Primo quia ante ſuſceptionem ſacramenti non diſpoſuerat predicare:ad quod etas perfecta requiritur. Secundo ſicut dicit Criſo. ſuper Mat. quia ꝑ baptiſmum debebant legalia euacuare. Et ideo in etate perfecta uoluit baptiſmum ſuſcipere: ut oſtendat illa excludere non ex īpotentia obſeruandi:ſed gratia alleuiandi. Tertio ut daretur intelligi ꝙ baptiſmus chriſti parit perfectos:ſecundum illud ad ephe.iiii. Donec occurramus omnes in unitatē fidei & agnitionis filii dei:in uirum perfectum: in menſuram etatis plenitudinis chriſti: unde & ipſa proprietaſ numeri ternarii:& denarii per ternarium trinitatis & denarium mandatorum legis perfectionem ſignificat fidei & operum ad quam ordinatur baptiſmus. Quia uero chriſtus fuit fundamētū & cauſa efficiēs ſecundū diuinitatē & memoria ſecūdū humanitatem omnis ſpūalis effectus ꝗ

UVA. BHSC. IyR_070

ex baptiſmo conſequitur: ideo in baptiſmo ſuo oſtēduntur corporalia ſigna eorū que ſpiritualiter efficit in quocunqꝫ ſine fictione ipſum recipiente chriſti baptiſmum. Dicit enim Criſo. ſuper Mat. ꝙ in principiis ſpiritualium rerum ſemper ſenſibiles apparent uiſioues: ut ſi poſtea nō fiant ex his que facta ſunt recipiant fidem inuiſibilis effectus qui corporalibus ſignis delectantur. Et ideo ſuper chriſtum baptizatum corporali ſpetie ſpiritus ſanctus in colūba deſcendit: ut poſtea inuiſibiliter credatur deſcendere ſuper omnes: quia etiam baptizatis: celum aperitur: & baptiſmus eſt a uirtute celeſti & ad fidem atqꝫ amorem inuiſibilium que latent in celo baptizatos inducit: ideo ſuper baptiſmum chriſti celum dicitur aperiri: quia etiam ī baptiſmo fit adoptatio ſpiritualis per gratiam in filios dei: & hoc pmentum ieſu qui ē naturalis filius dei patris: ideo ſuper chriſtum baptizatum uox patris intonuit corporali auditu. Et quia effectus baptiſmi a tota trinitate procedit: & ad uiſionem beate trinitatis inducit. Idcirco in baptiſmo chriſti manifeſtat᷑ teſtimonium trinitatis: pater in uoce: filius in humanitate: ſpiritus ſanctus in colūbe ſpetie. Dicitur autem in colūbe ſpetie: quia illa columba in proprietatibus ſuis fuit ſpecies ſpiritus ſancti demonſtratiua preſentie ſpiritus ſancti: & fuit uera columba in ſpetie animalis: ad hoc ſolum miraculoſe producta: & ſtatim poſt ad preiacentem materiam eſt reducta. Non iuncta ſpiritu ſācto: ut ſuppoſito: ſed ut ſignum ſignato ſicut dicit Auguſtinus de agone chriſtiano. Apertio autem celorum poteſt rationabiliter intelligi aliquis corporalis fulgor lucis circa baptizatum ieſum quem fulgorem ſicut & alia corporalia ſigna potuerunt uidere circūſtantes: ſicut narrat Criſoſtomus: licet hoc reliquat ſub dubio. Non autem poteſt intelligi ſtatio corporalis celi. Sed altius eſt intuendum: ꝙ apertio celorū fuerit intellectualis uiſio chriſti ieſu qui tunc intellectualiter uidit in ſuo merito omni baptizato uiſionem ſummi celi beate trinitatis fuiſſe apertam: & hoc dicit littera que dicit. Aperti ſunt ei celi: licet autem hoc uiderit ab inſtanti ſue conceptionis: tamen rationabiliter dicitur: quando quaſi in perſona omnium baptizatur: ut per hoc oſtendatur ꝙ ī eius merito eſt factum: quod in nobis per trāſformationem in ipſum eſt denuo fiendum. Cuius uiſionis poteſt dici ſignum extrinſecus ſplēdor: qui propter magnitudinem luminis dictus eſt apertio celi. Rationabiliter autem pater manifeſtatur in uoce: quia prius proprie eſt dicere uerbum eternū: unde & ſignificatum huius uocis illam eternam generationem patris: & uerbi filiationem inducit: cum dicitur. Hic eſt filius &c. quaſi dicat. In hoc ſolo placitum meum cōſtitui: & ideo baptizatus ſolus mihi placet: quia chriſtus efficitur per gratiam tranſformantem in ipſum. Videtur etiam Criſo. dicere: ꝙ uox fuerit audita a populo. Et ideo ne crederetur ſuper Io. facta colūba apparens ſuper ieſum ſingulariter declarauit uocem de ipſo prolatā. Super ieſum autem baptizatum in colūbe ſpecie ſpiritus ſanctus apparuit: ut oſtendat baptizandum ſine fictione debere accedere: quia ſicut dicitur Sapiē tie. i. Spiritus ſanctus diſcipline effugiet fictū. Columba autem eſt animal ſimplex: dolo & aſtutia carens: propter quod ieſus dicit. Eſtote prudētes &c.

Secundo ad deſignandum ſeptem dona ſpiritus ſancti: que in columbe proprietatibus figurantur. Tertio ad deſignandum effectum proprium baptiſmi qui eſt remiſſio peccatorum & reconciliatio ad deum. Columba enim eſt animal manſuetum. Et ideo ſicut dicit Criſo. ſup Mat. In diluuio colūba apparuit ramum ferens oliue cōmunem orbis terrarum tranquillitatem annuntians. Quarto ad deſignandum cōmunem effectum baptiſmi ꝙ eſt conſecutio eccleſie unitatis. Ad eph. v. Chriſtus tradidit ſemetipſum: ut exhiberet glorioſam eccleſiam non habentem maculam neqꝫ rugam aut aliquid huiuſmodi mundans eam lauacro aque ī uerbo uite: unde in canticis de eccleſia dicitur. Vna eſt columba mea. Eſt enim columba animal amicabile & aggregabile. Quinta & precipua ratio eſt quia colūba eſt animal fecundum & amoroſū: pacificum & gemebundum: & purum: & per baptiſmi ſacramentum chriſtus ieſus infuſione amoris fecunda debuit multitudinem electorum generare innocentem puram: & per ſue paſſionis configurationem continentie gemebūndam. Circa hoc ſacramentum fiunt aliqui errores. Primus ē felicianorum baptiſmum in aqua non recipientiū ſed ſolum ſpirituale in anima ſufficere dicunt. Contra quos dicit ieſus Io. iii. Niſi quis renatus fuerit ex aqua &c. Secundus error fuit donariſtarū baptizantium eos qui ſunt a catholicis baptizati. Cōtra quos dicitur ad ephe. iiii. Vna fides unum baptiſma. Eſt & alius error eorum: nam dicunt ꝙ homo in peccato exiſtens baptizare nō poteſt. Cōtra quos dicitur Io. primo. Super quem uideris ſpiritum deſcendentem: & manentem ſuper eum: hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto &c. Vnde nō nocet ſuſcipienti malus miniſter: nec in hoc: nec in aliis ſacramentis: quia chriſtus eſt illius miniſter pfectus: qui interius per ſeipſum efficit ſacramentū.

Quartus error eſt pelagianorum qui dicūt pueros: propterea baptizari: ut per regenerationē adoptati dimittantur ad regnum dei de bono melius tranſlati in iſta renouatione ab aliqua obligatiōe ueteris uinculi abſoluti & ſic anichilant originale peccatum. Huic etiam errori appropinquat opinio que dicit ꝙ paruuli non baptizati licet puniantur carentia uiſionis dei: nulla tamen puniuntur pena ſenſibili in carne uel mente. Addunt ꝙ maiori conſolatione prediti ꝗ poſſ t aliquis homo per naturam in hac uita habere. Dicunt enim ꝙ in ſeparatione anime infunduntur eis ſpecies quibus eorum natura intellectualis perficitur: ī cuius cogniti one ī perpetuū delectātur. Hec autem uidet᷑ fuiſſe

UVA. BHSC. IyR_070

beatitudo:quam philoſophi aliqui pagani poſuiſ
ſe uidentur hominis ſummum bonum. Hac uero
opinione repudiata aliqui temperantius dicunt
ꝙ nec delectantur nec dolent:nec mente ab aliqua
ſpecie:nec corpore ab infernali igne: quia nullam
habent concupiſcentiam contractam.Et ideo ſunt
in loco inferni tenebroſo & uili:nec per hoc eorũ
ſenſus affligitur:quia diuina ſapientia temperan-
te ſicut nihil commiſerunt per proprium actum:
ſic nullum patiuntur leſiuum:& eorum naturales
appetitus reſtringit & refrenat:& corporis ſtatum
conſolidat & firmat. Et in eodem ſtatu quantum
ad corpus: & quantum ad animam ſiue quo ad
cognitiuã:ſiue quo ad effectiuam eos perpetuat:ut
nec proficiant nec deficiant:nec letentur nec triſten
tur:ſed ſic uniformiter uiuant in eternum: uidetur
enim iſtis durum & aſperum:ꝙ deus qui tam mi-
ſericorditer agit cum iſtis impiis & peccatoribus ſic
ſeuere agat cum paruulis:qui omnino non potue
runt uitare nec mortem culpe:nec mortem carnis
ut in perpetuum crucientur in igne. Quia uero
auctoritates ſanctorũ dicentium ꝙ igne cruciãtur
non poſſunt euacuari:maxime Auguſtini:q abun
danter exprimit penam paruulorum quantum ad
carentiam uiſionis dei:& quantum ad loci uilitaté:
dicens & uolens reducere ad medium ſupradictũ
.ſ.ſolius pene carentie uiſionis propter predictam
hereſim loquens contra illam ſimpliciter aſſerit eoſ
cum aliis peccatoribus eternaliter in infernum dã-
nari.Iſtum autẽ intellectum explanat in enchiridi-
on:ubi dicit penam eorum eſſe mitiſſimã: p quod
datur intelligi:ꝙ non puniuntur pena alicuius cru
ciatus mente uel carne. Hec auctoritatũ expoſi-
tio mihi multum eſt odioſa ꝙ ſancti mentiantur
uel de induſtria aſſerant falſum uel producant: nec
habent ſancti talem modum hereſes ĩpugnandi p
ĩrefragabiles ueritates.Et ꝙ dicunt ꝙ in ench.quã
do dicit penam paruulorum mitiſſimam:predictũ
habuit intellectum: & quod in hoc ſe explanauit
de dictis in aliis locis manifeſte apparet falſiſſi-
mum perlegenti illius libri textum:loquitur enim
de gradu penarum infernalium dãnatorum oĩum
ubi dicit ꝙ ordo diuine iuſtitie eos punit ſecundũ
peccatorum gradum ſecundum quem qui pautio
ra peccata cõmiſerit ibi mitius punitur ab igne:q̃ q
plura.Et addit mitiſſima ſatis eſt eorum pena qui
peccatum originale contraxerũt:& nullum addide
runt:ubi aperte oſtenditur ꝙ eos in una congerie
reproborum locat.Sicut ibi mitius punitur qui ſo
lum unum peccat q̃ duo uel mille: Sic qui nullum
ſuper originale addidit omnium mitius punitur:
& ita dat intellectum ex textu illius qui pena ignis
punitur:licet mitiſſima reſpectu aliorum. Non er-
go eam dicit mitiſſimam ſimpliciter: ſed reſpectu
pene actualium peccatoꝝ.Non ergo poteſt textus
ille reduci ad ſolam penam carentie uiſionis. Pri-
mo illa hereſis pelagiana priuat paruulos uiſione
dei & regno celorũ:ſed dat illis ut Auguſtinus di-
cit in hyponoſticõ qualẽcũq; requiẽ in altero loco
unde ibi bene reprobat Auguſtinus opinionẽ illo
rum qui dicunt ꝙ habent magnam conſolationẽ
ut erat pelagius:dicit enim.Sicut duo ſunt loca de
xtra iudicis & ſiniſtra.Ita in dextra ſunt omnes ele
cti quorum eſt uita eterna & regnum celorum:
de quorum numero certe non baptizatus excipit.
In ſiniſtra ſunt omnes reprobi:quorum eſt maledi
ctio & ignis eternus & ſupplitium eternum: h̃ di
cens non duorum locorum diuiſionem dedi niſi
duorum tantum fingis tertium locum de officina
peruerſi dogmatis: ubi poſſidere quantulãcunq;
requiem tuus paruulus poſſit.Iudex non dedit ni
ſi dextram & ſiniſtram.Omnibus qui ſunt in ſini
ſtra dicit.Ite maledicti &c.Et ſequitur ibunt hi in
ſupplicium eternum:paruulus ergo tuus nõ bapti
zatus cum diabolo eterno igne arſurus eſt:hec eſt
ſententia Auguſtini & quaſi textus nihil ĩmutãdo
eius ſententiam:ubi potes uidere ꝙ ex textu euan
gelii. Mat.xxv.& ex uerbis chriſti probat que di-
cit.Nec potes dicere ꝙ paruuli non erunt in iudi-
cio:dicit enim ibi textus ꝙ congregabuntur ante
eum omnes gentes :ubi interlinearius dicit: oĩs
etas:omnis ſexus. Gregorius etiam moꝝ.ix. ſup
illo uerbo:multiplicantur uulnera mea etiam ſine
cauſa eandem confirmat ſententiam cum Augu-
ſtino dicens ſic.Nõnulli &enim a preſenti luce pri
us ſubtrahuntur q̃ ad promerenda bona malaue
actiue uite perueniant:quos quia a culpa originis
ſalutis ſacramenta nõ liberant:& hic ex proprio ni
hil egerunt:& illic ad tormenta perueniunt qui-
bus unum uulnus eſt corporaliter naſci: aliud car-
naliter mori.Sed quia poſt mortem eternaq; mors
ſequitur occultoq; eius iuſto iuditio etiam ſine cau
ſa uulnera multiplicantur:perpetua quippe tormẽ-
ta percipiunt etiam qui nihil ex uoluntate propria
peccauerunt.Hinc nãq; ſcriptum eſt.Non eſt mun
dus in cõſpectu eius:nec infans cuius unius diei ui
ta ſuper terra.Et per ſemetipſam ueritas. Niſi quis
renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto:non poteſt
intrare in regnum dei.Hinc paulus ait.Eramus na
tura filii ire ſicut & ceteri:qui utiq; nomẽ proprium
adiungentes ex ſolo originis reatu perimuntur
qd ille in illo extremo examine:quantum ad hu-
mani ſenſus eſtimationem:nec ſine cauſa uulne-
rantur: ſed tamen ſub diuina diſtrictione iuſtum ẽ
ut propago mortalis ualde infructuoſa arbor etiã
in ramis conſeruet amaritudiuem quam traxit a ra-
dice.Ait enim.In turbine conteret me & multipli-
cabit uulnera mea etiam ſine cauſa.Ac ſi aperte hu
mani generis dãna conſiderans dicat. Diſtrictus
iudex qua eos animaduerſiõẽ trucidat quos culpa
proprie actionis damnat.Si illos in eternum per-
cutit quos reatus arbitrii non abiecit.Hec Grego.
Vbi aperte apparet ꝙ erũt ĩ iuditio: & ꝙ uult eos
puniri pena ſẽſus quia pluries eos replicat pati tor
mẽta ppetua.Tormẽtũ autem dicitur.q.torquens
mentẽ.i.ardẽs.Cõcordat etiam cum Auguſtino in

UVA. BHSC. IyR_070

enciũ.ꝙ percutiuntur in eternum a iudice:ſed mi-
nus q̃ qui patiuntur ex propria actione. In legẽ-
da enim ſancti hylarii pictauẽ.epiſcopi & docto-
ris dicitur de quadá muliere cuius nõ baptizatum
filium ſuſcitauit:ꝙ plus dolebat eius eterná mor-
tem gehenne q̃ ſubtractionem eius uite. Licet
autem in libro ypoſticon Augu.loquatur contra
pelagiannm.In libro tamen de fide ad petrum in-
tendit dare regulas fidei non exceſſiue nec prope
loqui:& ideo repetit ad ſingulas regulas: firmiſſi-
me tene & nullarenus dubites.q.d.Hec ẽ firma &
clara ueritas fidei chriſtiane.Inter quas regulas po
nit iſtam ſic.d.Firmiſſime tene & nullatenus dubi
tes paruulos qui ſine ſacramento baptiſmatis ex
hoc ſeculo tranſeunt eterni ignis ſupplitio punien
dos. Item ibidem.Quiſquis ita uiuere incipit ut
ante finiat uitá:q̃ ab originali obligatione ſoluatur
ſi unius diei uel unius hore ſpacio anima uixit ĩ cor
pore. Neceſſe eſt tam cum eodem corpore
inter mirabilia gehenne ſupplitia ſuſtinere. hec
Auguſtinus. Item Apoſt.ad Roma.v. Regnauit
mors ab Adá uſq; ad moyſẽ:etiam in eos qui non
peccauerunt in ſimilitudine ꝑuaricationis ade ubi
dicit glo.Regnum mortis eſt cum quis ab eterna
luce diuiditur:& ad eam que ſecunda eſt nos per-
ducit:hoc regnum mortis regnauit ab adam uſq;
ad moyſẽ de quo minus uidetur:quia nondum p
legem erat peccatum manifeſtũ. Hoc regnum ſo
la gratia chriſti deſtruxit:quod in ſanctis patribus
antiqnis preter quos in omnes regnauit:& in oẽs
qui non ſua uoluntate peccauerunt ſicut Adá: ſed
originali ſolo tenebant᷑:ubi expreſſe patet ꝙ utrá-
q; penam gehenne:& carentiam uiſionis dei tanq̃
duas diſtinguit & utráq; paruulus attribuit. Pri
mo Ioann. apoc.xx.dicit:Et qui non eſt inuentus
in libro uite ſcriptus:miſſus eſt in ſtagnum ignis
Et ſupra dixit ꝙ illud ſtagnum ignis ardet ſulphu
re:& ꝙ infernus & mors mittuntur in eum: ubi
aperte oſtendir ꝙ qui non ſunt in libro uite ieſu
per fidem uel fidei ſacramentum omnes ardent in
ſtagno ignis. Primo nunq̃ inuenitur aliquis
ſanctus uel aliquis ſacer textus iſtas duas penas ca
rentiam uiſionis dei in eternum:& penam tormẽ-
torum ſenſibilium abinuicem ſeparare.ſ. ut dicat᷑
originali peccato ſolam penam carentie uiſiõis dei
debitam:ſicut dicit magiſter ſententiarum: qui li-
cet multa bona dixerit in hoc & in multis aliis lo-
cis non bene dixerit nec teneatur. Auguſtinus ta-
men.xxi.de ciuitate dei.c.xxiii.expreſſe dicit ꝙ nõ
eſt medium dare:ĩmo qui non eſt in regno celorũ
ſemper erit in eterno ſupplitio:Sed nec alicuius ſá
cti dictum ego legi:ubi dicatur ꝙ priuatus in eter
num a regno celorum non patiatur eternum ſup-
plitium.Quis enim poteſt dicere ꝙ peccatum ori
ginale nõ mereatur penam ſenſus:cum uideamus
parnulos terribiles penas ſuſtinere & amariſſimá
mortem.Nec ualet iuditio meo ſolutio quá faciũt
predicti ad inſtantiam:dicunt enim ꝙ non ẽ ſimĩ
le de pena temporali & eterna:quia pene tempora
les non tantum ſunt punitiue:ſed promotiue: & ĩ
hac uita multis dantur dei amicis. Licet enim iſte
pene ſint promotiue bonorum:& quantum eſt de
ſe omnium habentium uſum liberi arbitrii:paruu-
lorum tamen ſine baptiſmo decedentium pene
ſunt punitiue. Primo ſi deus poteſt tempora-
liter punire paruulos acerbiſſima pena ſenſus: hoc
non eſt niſi propter peccatum originale:quod ha-
bent ꝙ talem penam mereantur: aliter deus eſſet
iniuſtus innocentem puniuendo iniuſte:& ita eſt
ĩpoſſibile deum iniuſtitiam facere in uno inſtanti
tẽporis:ſicut in infinito eternitatis.Iuſtum ẽ ergo
ꝙ deus punit paruulum in tempore:quia culpam
habet punitione dignam: ergo qui eam habebit
in perpetuum iuſtum eſt cum pená ſẽſus habere
Primo predicti magiſtri manifeſtantes quid eſt
originale:dicunt ꝙ originale eſt concupiſcentia q̄
priuat hominem debita iuſtitia:& ponit in eo ĩor
dinatum appetitum boni guſtabilis intenſum &
inordinatum.Et ratio huius eſt iſta:quia originale
peccatum non tantum dicit boni debiti priuatio-
nem:ſed etiam dicit ordinis & iuſtitie ſubuerſionẽ
Hec ſunt uerba nnius eorum:que etiam ab omni-
bus conceduntur.Originale enim infectionem di
cit ſubuerſiuam mentis & omni malo in habi-
tu:ad quod poſtea inclinat ad indebitum.Et ſic pa
tet quod dicit denominationem ſui propter ſe: &
denominationẽ omnium aliorum ad ſuum uitio-
ſum amorem:unde diligit ſe ad delectationem car
nis:& ad delitias huius uite non tendens in deum
nec in amorem inuiſibilium nec diligentes deum
niſi ut ſeruum proprie uoluntatis.Et illud in eter-
num manet in anima niſi prope chriſti paſſionem
& mortẽ ſacramento ſue gratie deleatur. Quis er-
go dicet iniuſtum ſi tanta malitia puniatur dolori
bus in eternum.Siue ergo actam ſiue contractam
diuina iuſtitia habet in eternũ punire iniquitatem
Et ibi eſt duplex iniquitas.ſ.perditio originalis iu
ſtitie:& infectio cõcupiſcentie: & ideo duplici de-
bent pena puniri.ſ.carentia uiſionis:& pena ignis
Nec ſufficere oſtenditur quod dicunt:ꝙ propter fe
ditatem concupiſcentie puniuntur loci uilitate:nõ
ſenſu doloris.Concupiſcentia enim dicit maligni
tatem omnium ſpiritualium peccatorum cum fe-
ditate carnalium.Et ideo ſicut debetur uilitati fedi
tas:Sic & anguſtia malignitati. Primum loci ui
litas nulla uidetur eis pena ex quo nõ immutant᷑
dolore uel triſtitia ab aliquo extrinſeco uel letitia:
Ex quo ſequitur ꝙ aliquid eſt poſitiuum in origi-
nali peccato ſecundũ iſtos parum aut nihil puniri
Primum cum chriſtus dicatur effectũ ſue paſſio
nis & mortis manifeſtere ĩ baptiſmo quod datur ĩ
remediũ peccati original᷑ principaliter:licet ẽt dele
at omnia actualia: quid neceſſe fuit tam doloroſos
in carne ſẽſus & anguſtias pati:& in mente tot

UVA. BHSC. IyR_070

dolores & tantos:ſi peccatum originale penas &
dolores eterne mortis non meretur:maxime cum
principaliter paſſio chriſti ad purgandum peccatũ
nature ordinetur:ut ſicut per inobedientiam unius
hominis.ſ.ade peccatores conſtituti ſunt multi.Ita
per uniuſ hoĩs obediẽtiã iuſti cõſtituãtur multi.Ad
Roma.v.Et ſic etiam patet ꝙ tota deductio apo-
ſtoli:& ꝙ paſſio xp̃i & mors nõ redemit a delicto
& morte quã in Adam contraximus:licet ẽt oĩum
peccatorum aliorum dilectio ſit in chriſto. Non
ergo uidetur dicere ſecurum:ꝙ peccatum pro quo
deus homo ſuſtinuit dolores ſenſibiles non mere
atur puniri ſenſibiliter in eternum. Et quod ad-
ducitur pro ratione:ꝙ dure uidetur deum ita ſeue-
re agere cum paruulis:ut eos crearet in eternum ar
ſuros:cum ſceleratiſſimis uiris multã miſericordiã
faciat.Miror ꝙ ſapientia chriſtiana potuit hoc di-
cere uel conferre:cum illi peccatores ſcelerati pecca
tores de quibus loquitur:ſint chriſto incorporati p
ſacramentum fidei & contritiouis donum:paruuli
autẽ ſicut ſerpentes & uiperea genimina: & inimi
ci dei:& natura filii ire:& preuaricatores & fractõ-
res federis domini. Omnia enim hec mala & plu
ra alia eis attribuit ſcriptura pro peccato nature ui
tioſe & dãnate:pro quo etiam principaliter dicit᷑
chriſtus tanta ſuſtinuiſſe ſupplicia ut ẽ dictum ſu-
pra.In quibus omnes redemit ab eternis ſupplici-
is:quod non eſt uerum:ſi dicta opinio dicit uerum
ĩmo mille milia paruuli in chriſto baptizati ſunt in
regno celorum quos non redemit a doloribus in-
ferni ſi peccatum originale non debet eternis igni
bus cruciari:ĩmo paruuli illi uõ debent de hoc xp̃o
eſſe ingrati:quia talia non erant paſſuri in ſolo ori
ginali uitam finientes.ſed ſolum ſibi regratiari de-
bent ꝙ per ſuam gratiam obtinent regnũ.Quod
quidem multum appropinquat hereſi pelagii ſi qſ
diligenter aſpiciat. Primũ quomodo ſequitur ĩ
ratione ſua:ꝙ ſi deus multas miſericordias facit
electis quãtũcũq; ſceleratis qui ſunt chriſti ieſu filii
per gratiam:& mẽbra corporis eius ꝙ crudelis ſit
deus:ſi puniat paruulos:qui ſicut dictum eſt ſupra
ſunt reprobi & mẽbra diaboli in etrenum:hoc enĩ
uidetur deſtruere regulam ſanctorum de redẽptio-
ne electorum qui dicunt ꝙ ex mera gratia eis dat᷑
quod omnibus debebatur:ut habeant electi un-
de gratias agant per donum miſericordie:& repro
bi non inueniant quid reprehendant in iuditio &
decreto iuſtitie. Quia igitur predicta opinio nec
uere fulcitur ſanctorum dictis nec textu ſacre ſcri-
pture:ĩmo magis expreſſe ei repugnare uidetur:&
quia uidetur quadam humana ratione & fatua pie
tate moueri:que quidem parũ nouit ponderare iu
ditia dei que ſẽper ſunt irreprehenſibilia: & tamẽ
occulta uelut abyſſus multa & maxime introducti
one & punitione originalis peccati: cuius reatum
contra ſanctorum dicta parum põderare uidetur:
Ac per hoc diminuere neceſſitatẽ chriſti aduentus
& redemptionis eius:& ex cõſequenti diminuit af

fectum gratitudinis & dilectionis noſtri & omniũ
ad ieſum qui in diuerſis doloribus uixit.xxxiii.an-
nis pro purgãda natura a reatu originis & aliis cul
pis noſtris. Ideo teneo cum Auguſtino:Grego
rio:& cũ ſacro textu ſententie ieſu chriſti.Mat.xxv.
ꝗ totum corpus reproborum in paruulis & gran-
deuis in eterno igne cum diabolo cruciabitur:licet
diſtinguam ſicut diſtinguit Auguſtinus in enchi.
ꝙ ibi eſt in cruciatibus gradus ꝑ grauedine & mul
tiplicatione peccatorum:& qui pro ſolo originali
ibi ſunt minima pena puniuntur ſecundum ꝙ alii
pro actualibus puniuntur ſecundum ſceleris gra-
dum:pro tanto enim pena ẽ mitis:quia ſemper pu
nit citra condignum. Quia uero totum funda-
mentum opiniõis predicte (quã reputo magis ui
am ad excludendum meritum chriſti: & ad mul
ta mala)fundatur in hoc:ꝙ non relucet in tali pu-
nitione paruulorum miſericordia dei:que ſimul cũ
iuſtitia debet apparere in omnibus operibus ſuis
& dicunt ibi deum crudelem mõſtrari:licet ad hoc
reprobandum debeat ſufficere ꝙ ſancti qui de deo
piiſſime ſenſerunt hoc non reputant crudele.Sicut
patet per Gre. in anctoritate predicta.Et quãtũcũ-
q; annecterent a carnali ſenſu hoc durum reputari
tamen aſſerunt hoc iuſte fieri a deo & miſericordi-
ter.Tamen occurrit una ſententia ſiue opinio:que
multorum magiſtrorum fuiſſe uidetur ab antiquo
.ſ.ꝙ paruuli ſic ſine regeneratione chriſti ieſu dece-
dentes:eternaliter tenentur a diuina iuſtitia & miſe
ricordia:& ſapientia ſine liberi arbitrii uſu:& actua-
li cognitione.In quo quidem modo dicendi: pre-
dicta tria eleganter ſaluare uidẽtur. Iuſtitiam ꝗa
ſicut mẽbra diaboli & ſerpentes ueneno ſi:& de re-
proborum collegio ardent in eternum:que tamen
eſt tẽperata correſpondens culpe. Sicut enim.illa
culpa eſt nature: non perſone:Sic in eis purgat᷑ na
turalis ſenſus nature infernali igne: non tamen eſt
proprie punitio que dicitur perſone: quia perſona
ſumitur proprie per dignitatem rationis & uolun
tatis:que quidem:quia in eis non uenerunt ĩ actũ:
ideo proprie ratio & uoluntas non patiuntur pe-
nam ſupplicii:proprie enim dicitur pati liberum ar
bitrium quando patitur contra ſue uoluntatis ap-
petitum repugnantem in contrarium:& penã uer
mis interius corrodentis:que quidem eſt ſumma
ratio doloris in damnatis.Et ab iſta eximuntur par
uuli tẽperante miſericordia iuſtitiam: ut ſicut non
peccauerunt per propriam uoluntatem:Sic non ha
beant uoluntatis crutiatum.Et ita relucet ibi miſe-
ricordia:quia ex magna miſericordia tenentur ſi-
ne uſu liberi arbitrii quam habent dãnati ad ſuo-
rum dolorum augmentum:ĩmo eſt eis tanq̃ ſum-
mum tormentum per quod affligũtur:& pena dã
ni:& pena ſẽſus:& pena uermis rodentis per con-
ſcientie remorſum:& excandeſcens odiũ ĩ dĩnã iu
ſtitiã puniẽtẽ.Sapientia autem diuina ĩ hoc relucet
maxime ꝙ ſic ſciuit diſtinguere origĩale ab actuali
in ordine ſupplicii:& ꝙ facit reſpondere cũ miſeri

UVA. BHSC. IyR_070

cordia & iuſtitia cruciatũ pene reatui nature. Et ꝙ
ſic tenet eos in ignibus tanq̃ ſubita monſtra natu
re ad demõſtrãdã magnitudinẽ trãſgreſſiõis ꝑma
rie & neceſſitatẽ xp̃i grẽ & redẽptiõis eius per mor
tem doloroſam: ut ſic pateat omnibus electis a
quanta pena eos liberauit chriſti ieſu gratia ſine eo
rum aliquo merito. Ac per hoc ſint ſibi in eternum
pleniſſime grati. Hec ergo uidetur mihi magis ca-
tholica & ſacro textui conſona opinio: nõ tamen ẽ
hic aliquid temere affirmandũ niſi dominus aliter
reuelaret: quia ſtatus alterius uite quo ad premia &
ſupplitia omnia ſunt remota ab apprehenſione ra-
tionis humane: & ideo auctoritatibus ẽ credẽdum
ſanctorum reuelationibus in hac parte. Et parum
ualet fantaſtica ratio ſubtilitatis paganice. Quod
& Auguſtinus aſſerit de ciuitate dei loquẽs contra
platonicos ꝙ multa abſurda de ſtatu anime ſepa-
rate dixerunt dicẽtes. Cur ergo non potius diuini
tati credimus de his rebus quas humano ingenio
inueſtigare non poſſumus: loquitur autem ibi de
ſtatu anime ſeparate de quo credendum nõ plato-
ni: ſed ſanctis aſſerit: & idcirco ſupra poſitum mo-
dum non aſſero: licet mihi uideatur probabilis.

Hoc ãt cũ ſanctis aſſero in ſolo originali dece-
dẽtes tã ſenſus q̃ dãni perpetua tormẽta perpetuo
ſuſcipere: quod Augu. tanq̃ regula fidei tenẽdum
nõ formidat aſſerere. Contra tamẽ predicta dice
rent prime opinionis ſectatores: ꝙ nõ uidetur be-
ne intelligibile ꝙ anima uſu rationis priuetur & uo
luntatis. Cui reſpondemus ꝙ cũ ſeparatio anime a
corpore ſit opus diuine iuſtitie propter peccatum
non nature condite talis eſt ſtatus anime ſeparate
per diuinã potentiã qualẽ requirit meritum uel de
meritum per culpam uel gratiã ipſius anime dum
uiuit in corpore. Et ſicut corpora dãnatorũ nõ ui-
uunt naturaliter in igne: ſed per rigorem diuine iu
ſtitie: Sic nõ ẽ naturale animabus paruulorũ priua
ri uſu liberi arbitrii in eternũ: ſed ẽ effectus iuſtitie
correſpondens culpe contracte. Quomodo etiã
ẽ ueriſimile ꝙ aliqui eorum dicũt ꝙ aĩe paruuli re-
probi & mortis filii ut dictũ ẽ ſupra: ꝙ nõ ẽ in chri
ſto ieſu infũdetur ſpecies a creatione que ſuam co
gnitionem illuminet in creaturarũ cognitione: cũ
certum ſit ꝙ nec miſericordia nec gratia datur in
alia uita dãnate nature: niſi redẽpte per xp̃m ieſũ:
ipſi nature cõſeruat̃ eẽ ad ſuũ ſupplitium & hono
rem iuſtitie ſecũdũ ſententiam ſanctoꝝ. Ex hoc. n.
ſequitur ꝙ ĩpie predicat̃ ꝙ tales paruuli plus ha-
bent delectationis: cum priuentur omniũ pena ſen
ſus: & habeant delectamẽtũ intellectus q̃ poſſit ha
bere homo ĩ iſta uita ĩ delectamẽto nature. Quod
an ſit catholicũ & ſacre ſcripture dictis conſonum
& honorificũ redemptioni ieſu chriſti: nullus qui
legit ignorat. Certe eſto ꝙ eẽt uerum: quod ta-
men eſt falſiſſimum: & ſi bene examinatur nimis
eſt hereſi conforme: tamẽ hoc eſt ſtolidiſſimũ po-
pulis predicare. Cũ hec ſi materia minus curãdi de
remedio baptiſmi & ipſis mẽtibus eſt occaſio fe-
tus extinguendi ſine remedio ſacramenti chriſti ie
ſu: Sicut ego experimẽto probaui in una peſſima ſi
licida que ſe excuſabat ꝙ maius malũ ĩminebat ſi-
bi de opprobrio huius uite ſi paruuli fletus fuiſſet
auditus q̃ puulus de morte habebat. Ego inq̃ illa
peſſima audiui predicatores dicentes: ꝙ habent ma
ius gaudium quod perdere non poſſunt: q̃ poſſet
aliquis homo in hac uita habere. Alias etiam ſe-
cundum philoſophorũ ſententias cum anima crea
tur ĩ corpore ſicut tabula raſa & nihil poſſit cogno
ſcere per naturam niſi quod per apprehenſionem
ſenſuum reſpicit in corpore: dicunt ꝙ anima ſepara
ta paruuli que nullã ſpeciem ſecũ trahit cũ non ha
beat ĩnatas ut poſſet cognoſcere: niſi ſibi noue ſpe-
cies darentur a creatione ꝙ ſi uerũ eſt quod nõ di
co non ẽ magne difficultatis ſuſtinere ligamen hu
ius rõnis per diuinam iuſtitiam in paruulo. Multo
enim maiora inconuenientia & magis ordini diui
ne ſapientie repugnãtia uidentur includi in dicto
eoꝝ. ſ. ꝙ anima paruuli que habet totam ſubuerſio
nem originalis rectitudinis: & que habet habitua
lem concupiſcentiam inclinãtẽ ad malum & retra
hentem a bono: & alia mala que dicta ſunt ſupra
ſic ſit mortificata ſine gratia chriſti ieſu: & diuine
uoluntati ſubiecta: ꝙ non doleat de tãto malo dã-
ni proprii: ſicut ẽ perdere regnũ celi: & ꝙ ita equani
miter portet ſuam locationem in carcere tenebro
ſo igne inferni quantũcũq; ſecundum eos nõ ura
tur ab illo. Et ſi a nullo affligitur: ꝙ nõ delectetur
ſaltem in quiete ſui eſſe & naturalis luminis: & ꝙ
ſic ſit tecta ſub diuina iuſtitia: ꝙ in nullo ſibi cõtra
dicat eorum uoluntas uitio plena. Quomodo enĩ
eſt credibile ꝙ uoluntas plena omni habitu uitio
ſo ſicut eſt uoluntas talis paruuli ſi ueniat ad uſum
liberi arbitrii: ꝙ non producat actus ſimiles habi-
tibus: maxime cũ idem doctor dicat ꝙ deordina-
tio originalis culpe eſt ſimilis manui uel mẽbro tre
mulo ex uirtute paralyſi ex defectu regitiue & par
uulo equino ſine retinaculo freni quod tantum
probant electi in hac uita ꝙ redẽpti per gratiã xp̃i
ieſu: & adiuti multis uirtutibus & exemplis uite &
paſſionis eius uix quando ueniunt ad ſũmam per
fectionis gratie poſſunt ſub diuina iuſtitia contem
plari de his que facit in regimine mundi. Quo
modo autem rationabile eſt aut credibile ꝙ anima
paruuli uenienti tanto malo in uſu liberi arbitrii ſic
ſuas concupiſcentias refrenet: & ſic ſit ordinata ſub
deo ut in nullo murmuret uel triſtetur de rigore di
uine iuſtitie ſuper ſe & ſuper alios dãnatos quos ui
det in tam acerbiſſimis tormentis adere? Magnã
enim gratiam accepit a deo luminis clari ſi clare ui
det ſine reſiſtentia: ꝙ iuſtum eſt ſic eam puniri.

Merito ergo dixi ꝙ multo difficiliora ſunt iſta
ad ſuſtinendum animabus paruulorum: q̃ ꝙ p di-
uinam iuſtitiam: & ſapientiã & miſericordiã ſeruẽt̃
ſine uſu liberi arbitrii modo predicto. Exurge ergo
aĩa mea ĩ grãꝝ actionẽ de generatiõe ſacri baptiſmi
miſericordioſiſſimi natuĩ xp̃i ieſu et eſto g̃ta dolori

UVA. BHSC. IyR_070

bus mortis ſue & anguſtioſe effuſionis ſanguinis
eius in quo es baptizata: & lota: & humiliter reco-
gnoſce pro te:& pro tota redempta natura paruu-
la & grádeua ꝙ te liberauit ab exilio eterne patrie:
& ab eterno cruciatu ignis gehenne. Et quantum
potes tuas culpas arguas: & tue nature uitia & be-
neficium gratie chriſti ieſu te iuſtificantis honora
& noli erubeſcere remediũ querete tue uitioſe uite
in ſacramentali confeſſione tue iniquitatis quan-
tumcũq; occulte:ſiue tuis prelatis:ſiue aliis aucto-
ritate clauium gerentibus uicem chriſti exẽplo illi
us benedicti ieſu qui pro te informanda & redimẽ
da licet eſſet dei filius & innocens agnus:uoluit ta
men publice & in conſpectu populi ac ſi eẽt pec-
cator ſicut alii publicani Ioannis baptiſmate ba-
ptizari.

Ieſus deſertũ incolẽs. Cap.iii.

Aptizatus autẽ dominus ieſus cõfeſtĩ de
aqua aſcendiſſe dicitur & ductus a ſpiritu
in deſertum: ubi.xl. diebus &.xl. nocti-
bus ſine eſurie ieiunauit. Attende ergo aĩa mea
carnalis & miſera exemplum boni ieſu:qui poſt eẽ
ni patris teſtimonium tantum poſt ſancti ſpiritus
deſcenſum poſt apertionem celorum procedit ad
ſolitudinis deſertum & cum beſtiis propter te ĩ ſo
litudine cõmoratur:ubi in defectu lecti:ibi & tecti
pro te informanda & redimenda macerat carnem
ſuam:ut qui pro te baptizatus fuerat in aqua ut ait
Criſo.baptizaretur in auſtera uita & tẽptatione ho
ſtili.Ideo autem ante predicationis ſue decurſum
dominus intrat deſertum:ut doceat ꝙ qui debent
aliis predicare:prius debeant contemplationi ua-
care in ſolitudine cordis ſui ſeparati a mundo:ut p̃
dicatio ſit refuſio contẽplationis accepte:& perfe-
ctionis redundantis & plene non impedimẽtum
diſtractionis ſue ſalutis.Quod quidem illi conue
nit qui inexperti in uia contẽplationis populorũ
multitudini ſe immiſcent.Hec eſt enim cauſa qua
te ſtatus prelatorum & predicantium p̃ponitur ſta
tui in ſolitudine uiuentium:quia ſolitarii uacant ĩ
contẽplatione aſſuefieri & uirtutibus per ſtudium
proprii exercitii in gratia chriſti ieſu repleri: predi-
catores uero & prelati ſupponuntur uirtutibus ple
ni & contemplatione perfecti de ſua plenitudine
aliis refundentes:debent enim eſſe conche lapidee
que in aqueductibus prius implentur q̃ effluãt ut
ſic plene ſine ſuo dãno aliis effluant & refundant
Sed heu hodie ſunt canales in quibus nihil aque
permanet:ſed totum refunditur uſibus aliorũ: qa
hi uerba ſcripture tãtũ pro aliis addiſcere uidẽt
& cum eis de uirtutibus multa predicent:in ſeipſis
ſunt multis ſceleribus deformati:& ideo parum de
fructu ſequitur in populo:quia quod dicunt uer-
bo uaſtant exẽplo. At non ſic multipliciter euã-
gelice predicationis ieſus:qui prius & plus fecit q̃
docuerit:& ante exitum ad predicationis officium
innocens agnus diuinam carnem ſuam multiplici
ter macerauit.In hoc dans exemplum ꝗ ſpiritus ſã
ctus mentem ſanctificans prius eam ducit ad pro-
prie uite perfectionẽ per exercitia perfecte actionis
& contẽplationis quietem:ꝗ̃ eam ĩpellat ad diſcur
rendum pro aliorũ procuranda ſalute. Et ideo qui
ſe talibus officiis ingerunt ante huius uite perfecti
onem adeptam a ſpiritu preſũptionis & uanitatis
trahuntur non a ſpiritu charitatis proximorũ pro-
curande ſalutis.Nam perfecta charitas incipit a ſe
ipſa.Et ſpiritus ſanctus prius fuit datus apoſtolis
in flatu participationis chriſti perfectionis & uite
ꝗ̃ daretur pro aliis in ſpecie lingue. Per hoc etiã
oſtendit ieſus ꝙ uita ſolitaria & auſtera ẽ principa-
liter eligenda tanꝗ̃ perfectiua ſui in mortificatione
uitiorum carnis:& diſtinctionis mẽtis:uita uero p̃-
dicationis & cure aliorum non eſt niſi a uiris perfe-
ctis ſola miſeratione infirmorum procurande ſalu
tis accipienda:propter quod omnis perfectionis
diſſipatiuum arbitror tantum diſcurſum & euaga
tionem:& inuolutionem in negotiis mundi: que
omnia nunc apparent in religioſis huius tempo-
ris.Et quia ĩperfecti accedunt ad iſta exercitia predi
cationũ:confeſſionũ:& diſcurſuum ſub ſpecie ſalu
tis proximi:& ſuam diſſipationem procurant:& ſe
pe paruum fructũ aliis fatiunt:qn ĩmo ſuarum im
perfectionum ad alios exẽpla tranſmittunt. Pro
pter ꝙ anima mea cum benedicto ieſu ſolitudinis
ſecreta rimare:& eſto cũ beſtiis ſicut de ipſo legitur
per uanitatem mundi appetentibus:licet curare nõ
debeas:ſed multum gaudere ꝙ reputeris beſtialis
& ubicũq; fueris uirtuoſam ſolitudinem tibi edifi
cari ſtudeas:mentem tuã ab omnibus ſeparãdo:
quia tunc benedictus ieſus te aſſociabit in mente:
& deſertum tuum quaſi delitias ponet. Hãc artem
docet Ber.ſermone.xl.ſuper Cant.d.Tu inꝗ̃ ſi ad
ſpiritus ſancti incitamenta moueris & inardeſcis
dare operam quomodo animã tuã facias ſponſam
dei:ſedeas ſecundum prophetam ſolitarius quo-
niam leuaſti te ſupra te oratio ſupra te angelorum
domino deſpõſari.An non ſupra te adherere deo
atq; unum ſpiritum eſſe cum eo.Sede itaq; ſolitari
us ſicut turtur.Nihil tibi & turbis:nihil cum multi
tudine ceterorum etiamq; ipſum obliuiſcere popu
lum tuum & domum patris tui:& concupiſcet rex
decorem tuum. O ſancta anima eſto ſola:ut ſo-
li omnium domino ſerues teipſã quẽ tibi ex oĩbus
elegiſti:fuge publicũ:fuge & ipſos domeſticos.
Secede ab amicis & intimis:etiam & ab illo qui ti-
bi miniſtrat.An neſcis te uerecũdũ habere ſponſũ
& qui nequaꝗ̃ uelit tibi indulgere preſentiam pre-
ſentibus ceteris.Secede ergo:ſed mente:nõ corpo
re:ſed intentione:ſed deuotione:ſed ſpiritu. Spiri-
tus enim ante faciẽ tuã xp̃s dominus:ſpirituſq; req
rit nõ corporis ſolitudinẽ:ꝗ̃ꝗ̃ & corpore interdum
non otioſe te ſeparas cum oportune potes preſer-
tim ĩ tẽpore oratiõis:tenes ẽt in hoc & mandatum
ſponſi & formã.Tu ĩquit cũ oraueris intra in cubi-
culũ tuũ:& clauſo oſtio ora patrem tuum:& quod
dixit fecit.Solus in oratiõe pernoctabat non mo-

UVA. BHSC. IyR_070

do ſe abſcondens a turbis:Sed ne ullum quidem
diſcipulorum nec ullũ domeſticorũ admittẽs: de-
niq etiam tres ſecum intimos adduxerat cum ul-
timo properabat ad mortẽ. Auulſus eſt & ab ipſis
orare uolens:ergo & tu fac ſimiliter cum orare uo
lueris de cetero tibi ſola indicitur mentis & ſpiri-
tus ſolitudo.Solus es ſi nõ cõmunia cogites:ſi nõ
affectes pñtia:ſi deſpicias quod multi ſuſcipiũr: Si
faſtidias quod oẽs deſiderãt:ſi iurgia deuites:ſi dã-
na non ſentias:ſi nõ recorderis iniuriarum.Aloqn
nec ſi ſolus corpore es: ſolus es Vides ne poſſe
eẽ te:& ſolum cum inter multos es: & inter mul-
tos cum ſolus es?Solus es in quantũcũq hominũ
uerſeris frequentia:tantum caue aliene conuerſatio
nis eſſe:aut curioſus explorator aut temerarius iu-
dex:etiam ſi perperã quid actũ deprehendas: nec
ſic iudices proximũ:magis autem excuſa. Excuſa
intentionem ſi opus non potes:puta ignorantiã:
puta ſubreptionem:puta caſum. Quod ſi oẽm oĩ-
no diſſimulationem rei certitudo recuſat:ſuade ni-
hilominus ipſe tibi:& dicito apud temetipſum:ue
hemens fuit nimis tẽtatio:quid de me illa feciſſet
ſi accepiſſet in me ſimiliter poteſtatem?Et memẽ-
to me modo alloqui ſpõſam & nõ amicũ ſpõſi in
ſtruere cui alia ratio ẽ diligentius obſeruãdi ne qs
peccet & explorãdi:an peccet & emendandi ſi pec
catum fuerit:a qua ſane neceſſitate ſponſa libera ẽ
ſoli uiuens ſibi & ipſi quem diligit ſpõſo:& domi
no ſuo qui eſt ſuper omnia benedictus ĩ ſecula de-
us amẽ:hucuſq Ber. Vbi eleganter docet ſimili-
tudinem mẽtis & pro loco & tẽpore quantũ fieri
põt ſolitudinẽ corporis. Que multis modis exẽ
plo boni ieſu ſuffragat' ſolitudini mentis & carnis
motibus reprimẽdis. O aĩa mea amplectere bo
num ieſũ ſolitariũ in deſerto.Eſto una de illis feris
cũ quibus uerſatur:qa ſepe oportet ipſum bonũ ie
ſum tuas ferinas & crudeles cõmotiones patienter
portare:& beſtiales tuos motus uerecundo decli-
nare aſpectu:qui in deſerto corporis tui ſibi ſoli &
cui ſunt nati:& tuam beluinam feritatem a qua cõ
tinue offenditur benigniſſimus & pius ieſus ſue
conſolationis blandimento pacificat:& Ieſus de re
cepta iniuria te eruentem beſtiã humiliter appellat
ad pacem. O crudelis beſtia recognoſce beni-
gnitatem & patientiam te ſupportãtis tam diu bo
ni ieſu:& tua feritate depoſita humiliter pedibus
eius aduoluere:& coram ipſo tuas iniquitates ama
re deplora:ueniam pete:emendam propone: tuas
neceſſitates expone:& poſt cõtrictionis lachrymas
& oſcula pedum erige uultum tuũ ad ſue diuine fa
ciei aſpectum & cõtẽplare piiſſimos radios uultus
eius ſi forte reſpiciens in faciem xp̃i tui merearis
eius efficaciſſima influentia trahi:ut in ardore ſpiri
tus clames & dicas quaſi ſponſa diligens & dile-
cta.Oſculetur me oſculo oris ſui. Quod ſi dignat'
cõcedere clamabis & dices:uulnerata charitate ego
ſum & ideo amõre langueo:niſi tranſportes me ab
ipſa & loces me in medio cordis tui. Quod ſi ad
ſua intima te traxerit mẽtium transformator ieſus:
primũ quod iniquitas ſit dotaliciũ quo ſponſus ſã
guinũ tibi fuit in doloribus crucis amaris tã mẽtis
q̃ ſue dulciſſime carnis:& in ipſis tanq̃ in immẽſo
oceano ĩmẽſurabilis & dolorati amoris totã teipſã
ſubmergere:& ibi doloroſũ lamẽtũ aſſume.d. Ve
ni in altitudine maris:& tẽpeſtas dimerſit me. Et
cõtẽplare illud mare magnum & ſpacioſum mani
bus ad natandum.In quo reptibilia omnium an-
xietatum & dolorum omniũ electorũ qui in eius
corporis uirtute manibus & pedibus reptando p-
cedunt:quorum nõ ẽ numerus.Et ſi ĩ hoc mari pe
ne per gratiam xp̃i ieſu tota ĩmerſa quãtũ ipſe do
nat ſcrutata fueris ĩnumeras & ĩmẽſas doloris ratio
nes cordis eius:& guſtaueris abſinthium amaritu-
dinis eius ſtatim ne te demergat tempeſtas aque
amoroſus ſponſus ieſus te faciet ſaltare ad mare ſue
abyſſalis & ĩmenſurabilis glorie deguſtande:ut ap
te cognoſcas q ſecundum multitudinem dolorũ
ſuorum in corde ſuo cõſolationes eius perſone di-
uine clarificauerũt animam eius.Et aperte tibi oſtẽ
det in ipſo eſſe cõpletum:quod dominatur a mari
uſq ad mare:& quod per plenum donum uolun-
tatis inflãmate & in dei perſona unite ẽ ſimul ma
re imenſurabilis pene:& ineſtimabilis glorie.Et ſic
in teipſo ſenties quod in ipſo contẽplaris:hoc eſt
mare uitreũ & mixtũ igne. Apoc.xv. Supra quod
ſtatim electi uictores habentes cytharas dei & can-
tantes canticum moyſi ſerui dei & canticum agni:
ubi ſimul pietas amoris chriſti ieſu intolerantia paſ
ſionum pro amore dei & ſalute electorum & ĩmẽ-
ſitas glorie collata ieſu canitur ab electis in cythara
mortis & in iubilo exultationis ſecundum concor
diam utriuſq teſtamenti ut clare uideatur in mari
uitreo:quod etiam per euidentiam uirtuti aperte
.x.cap.uocatur ſimile chriſtallo. In hoc mari aĩa
dum eſt in uia in ſummo perfectionis apice bapti
zatur ſemper:tamen nubes aſſociatur mari propt
defectum uiſionis aperte:ut ſic ſtatus uie & patrie
diſtinguantur. In hoc deſerto ſolitudinis cum
dilecto ieſu cõmorare anima mea toto quadrage-
nario tempore peregrinationis:donec ad quinqua
geſimũ glorie tranſferaris.Scias autem q non niſi
te ſpiritu ſancto ducẽte exẽplo & merito ſpõſi tui
ieſu ad illud poteris peruenire.Secũdũ ãt quattuor
tibi predicta diſtincte attendas

Primum oſculum pedũ
Secũdũ faciei
Tertium tranſformationem intra cor ſuum in ma-
re amarum
Quartum reſultationem in mare uitreum ſplẽdi-
diſſime glorie.

Volo intra quadruplex deſertũ ſpũ ieſu me adiu
nante te ducere

Primũ ẽ auſteritatis ſuſtinentia
Secũdũ ẽ religioſitatis eminentia
Terium ẽ exceſſus cõtẽplationis extatice
Quartũ ẽ ſtatus cõſciẽtie trãquillate

k

UVA. BHSC. IyR_070

Et iſta quattuor deſerta repreſantant̄:p ea q̄ i de ſerto ſenſibiliter diſcernuntur ſecūdum quadruplicē ductionem:agitationem:expulſionem ſpiritus ſancti:hec enim tria de ſpiritu ieſu dicūt̄.Mat.iiii. Ductus eſt:luce.iiii.Agitebatur a ſpiritu.Mat.p̄mo Expulit eum ſpiritus. Vt autem itelligas ꝙ abſq; dubio ſpiritus iſte eſt ſpiritus ſāctus lucas p̄mittit.Ieſus autem plenus ſpiritu ſancto regreſſus eſt a iordane:& agebatur a ſpiritu in deſertum ita ꝙ

Spiritus timoris & fortitudinis ducit ad primū
Spiritus ſcientie & conſilii ducit ad ſecundum
Spūs intellectus & pietatis ducit ad tertiū
Spūs ſapientie introducit ad quartum

Diuerſimode enim combinari poſſūt dona ſpiritus ſancti. Primū autem deſertum eſt penitentie:quia ſicut in deſerto eſt inopia uictualiū :copia ſpinarum & ueprium :ſecreta cubilia animaliū: Sic in penitentia uera debent eſſe

Refectionis parcitas
Tribulationis aſperitas
Et proprie conſiderationis puritas & prauitas

Propter primum dicitur Hieremie ſecundo.Miſeratus ſum tui miſerans adoleſcētiam tuam & charitatem diſponſationis tue:quando ſecuta es me in deſerto in terra que nō ſeminatur ſanctus iſrael domino premitie frugum eiuſ.In terra que non ſeminatur non abundant uictualia.Miſeretur ergo dominus illius qui ex timore offenſionis preterite ſibi ſubtrahit delectabilia carnis:& hunc finalē timorem adiuuat ſpiritus fortitudinis ut penitens manum mittat ad fortia auſteritatis.Et hic incipit ſpiritualis uita:ſecūdum illud ad Roma.octauo.Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis.Et tunc ex parcitate refectionis efficitur ſanctus contra inquinamenta carnis Iſrael uidens deum miſerantem patrem & puniētem iudicem & adiutorē fortem contra ignorātiam cece mentis. Et tūc premitia frugū eius:ideſt preſentia ſancte conuerſationiſ & auſtere operationis eius ſunt domino preſentate per recognitionē beneficii ab eo:ut in merito ieſu ſe in choare ſentiat:& eius honorem intendat. Propter aſperitates tribulationum & tētationum que penitētem comitantur:dicitur.Exo.xv.ꝙ filii iſrael de mari rubro egreſſi fuerunt in deſerto ſur:ambulauerūt ꝗ tribus diebus per ſolitudinem:& non i uenerūt aquā donec uenirent i marath ubi inuenerūt aquas amaras quas propter amaritudinem bibere nō potuerunt:donec immiſſo ligno in dulcedinem ſunt conuerſe. Egreſſus enim de periculoſa conuerſatione preteriti ſcelens:quaſi rubri maris & in cedentibus per deſertum penitentie triduo :confeſſionis contrictionis & ſatiſfactiōis occurunt anguſtie tēptationis multiplicis:Sicut in p̄s.dicitur:Oſtēdiſti populo tuo dura.Nec poteſt hec aqua bibi:eo ꝙ inportabilis eis penitētia & amara.Sed cū ad memoriam reducitur lignū crucis & amaritudo quā portauit ieſus pro nobis:ex ſola miſericordia compaſſionis ad nos dulceſcit omnis amaritudo tribulationis:& uerificatur illud propheticū.Computreſcet iugū afatie olei:ideoq; de benedicta cruce cātamus. Dulce lignum dulces clauos:& c. Propter tertiū dicitur.Mat.i.Surgens ieſus abiit in deſertum locū ibi ꝗ orabat:quia ſicut fere ſolent per diē euagari per nemora:de nocte repetunt ſecreta cubicula:Sic penitēs a peccatis ſurgēs: & diſtractionis relinquēs ad ſecretum conſcientie debet redir̄: & ſemetipſum conſiderando in dignum:poſt orationis ſuſpiriū in ſpe uenie poteſt requieſcere tamq̄ in ſecreto cubili. Secundū deſertum ē eminētia regl'aris uite.

In deſerto enim eſt
Hominum ſolitudo
Florum pulchritudo
Auium cantantium dulcedo

Quia in religione debet eſſe reduſio ſenſuū & ſeperatio a conuerſatione hominū maxime pentum & propinquorū:pulchritudo & odor uirtualium exēplorum. Contentus cōcors & ſuauis dulcedo ſpiritualium promiſſionū propter quod dicitur.Exo. tertio.Cū minaſſet moyſes gregem ad interiora deſerti:apparuit ei dominus:q̄diu autem moyſes cōmixtus egypriis fuit:non apparuit ei dominus:qt qui curis ſecularibus & parentum affectionibus eſt impeditus:non eſt ad perfectionem religionis aptus. Nec feratur iſtantia ꝙ religioſi paupertatis multum talibus imiſcentur:quia cū lacrhymis ē ruminandum nunc q̄liter inteſtatus eſt ſtatus:qualiter proſtrata religio.Et qui optimus eſt in eis quaſi ſpina de ſepe:h̄ per coruptionem ſtatuū dico.Alias multe ſeculares perſoue perfecte hodie ſunt per mundum diſperſe:quorum conſilio & exēplo nō ſunt regi religiones relaxate.Et ideo uolētibus ad perfectionem aſcendere oportet non attendere hominum relaxatorum exempla: & diligenter attendere quid dicunt antiquorum patrum reuelationeſ inſtituentium regulas & ab ipſo dicta & exempla ſuam conuerſationem formare. Hec ſunt hodie interiora deſerti:quia communis tranſgreſſio ueritatem regularem abſcondit: & ſanctorum patrum exempla deſertauit. Queſtum eim reputant pietatem & abundantiam ſpiritualem ordinationem religionum carnalitatem parētum ſuorū:charitatē & pietatem obſeruantie preceptorum.Cōtra quos hieronymus dicit:per calcatum perge patrem:& p̄ calcatam perge matrem:genus pietatis eſt impiū eſſe pro chriſto. Et beatus Anthonius mōachis conuerſantibus iuxta parentes quantumcūq; in exteriori conuerſatione religionis & bona intentione ibi morantibus dicit:ꝙ a ſuperno iudice in eorū computabuntur numero: quorū tribulationibus & conſolationibus uariant̄ in animo. Quid ergo dicemus de illis qui & oīno turbantur & facto implicantur:& parentibus ſuis & amicis reſiſtētibus aduerſantur uerbis:ſignis:diſcurſibus:ab aliis ſecularibus & populis & a ſuis fratribus eis aperte ſunt diſſimiles cognoſcuntur:primo quod peius ē multi reperiuntur qui tanto ſunt ſtudioſiores & preſū

UVA. BHSC. IyR_070

ꝑtuoſiores ad male tractandum:referendum & ꝓ
curandum quanto ſub habitu religionis occultan-
tur a ceteris:& quanto minus timent:ꝙ propter re
uerentiam ſui ordinis manus eis ab hoſtibus ĩpo-
nantur ultrices.Et quia non onerantur de portatio
ne armorum:& leue ẽ eis iacula mittere in deordi-
natione uerborum.Cõmixti.n.ſũt inter gẽtes &c.

Moyſes ergo ſanctus aſſumptus de aquis egy-
pti.i. religioſus conuerſus a uanitatibus mũdi imi
net gregem ad interiora deſerti.i.cogitatiõum ſua
rum ſtudium conuertat & contuitum ad obſeruan
tiam regule & ſtatus promiſſi recogitãs quales fue
runt fundatores primi.Et ibi apparebit ſibi domi-
nus in igne flãme rubi.Et uidebit ꝙ ibi eſt gratie
lux:ſed nõ cõburitur rubus:uidebit ibi expreſſe ꝙ
in regula & paternis exẽplis ẽ ignis diuini amoris
& lux ueritatis que propter malitiam filiorum nõ
põt cõburere ſpinas deformationũ & punitionis
regule:& reſiſtentis conatus.Et ideo audit domi-
num ſibi dicentem.Solue calciamenta tua.i.diſſol
ue a te exẽplũ imitande exẽplaritatis:tranſgreſſio-
nis & relaxationis cõmunis:qui eorum exẽplo ma
le calciatus recedis:locus enim in quo ſtas ideſt ſta
tus inꝰquo pro perfectione conſequenda te locas:
terra ſancta ẽ:quia regula firma & ĩmobilis plena
ſanctitatis:conſiliis & preceptis.Vtinam deus talẽ
ĩueniat ſuper quem ſimilem eductionem fatiat de
filiis ſuis a malitia huius tẽporis illi quẽ moyſes fe
cit de filiis iſrael tyrãnide egyptiaca tribulatis.Nõ
minus enim nunc ꝙ̃ tunc affligitur ſpiritus uerita
tis:quia in luto & latere & palearum recollectione
pro edificandis uanitatis edificiis opprimuntur:&
in uoluptuoſe diſcurſionis fluuio per carnis pru
dentiam ſubmerguntur omnes qui onũtur gene
ris maſculini. Sed dimiſſis lamentis tranſgreſſio
num ad conſiderationem illius qui gregem ad in-
teriora deſerti minauit:conuertamus ſtilũ cui opti
me conuenit quod dicitꝰ Iob.xxxix. Quis dimiſit
onagrum liberũ & uincula eius quis ſoluit? Ona-
ger ẽ aſinus ſilueſtrer:qui onera leuia regule & ſua
uia per cõmunẽ trãſgreſſionẽ ſilueſtricata libenter
aſſumit:& maculis diſtractionũ & ĩperfectarũ intri
cationũ que ſũt uera onera ẽ ſolutus.Sed qa hoc
eſt ualde mirabile ꝙ iuuenes in medio ĩperfectoꝝ
ſenũ ĩuoluti eorum conſiliis & exẽplis ſciant ſe ab
eorũ ĩperfectiõe excutere:& ad perfectionẽ regule
anhelare.Ideo dominus ponit hoc ĩ hoĩe:quia ual
de rarum ẽ & difficile:& nũꝙ̃ niſi dei munere: quo
recepto facile ẽ & dulce. Enumerat autẽ domi-
nus munera que tali aĩe cõfert:cũ ait.Cui dedi ĩ ſo
litudine domũ:qa.ſ. intellectũ & affectũ eius auer
tit ne ſequeretur cõe relaxationis malũ:& pacifice
& quiete ſequeretur ſolitarius ſue profeſſionis uo-
tum:& tranquille inhabitaret mentis ſecretũ ꝑ cu-
ſtodiam ſenſuum:& tabernaculũ eius in terra ſalſu
ginis.Salſugo ſitim accẽdit:& deſideriũ talis ani-
me ad imitationẽ chriſti uite inflãmatur continue
& ſemper ſitit ad maiorẽ chriſti cõformitatẽ attin-
gere. Attendendũ ẽ autẽ ꝙ dominus ẽ in ſolitu
dine:qa habitũ mentis ſue ſtabiliet fixe ut dictum
ẽ in regule obſeruatione que propter cauſas predi
ctas ſolitaria ẽ effecta.Tabernaculũ uero ẽ in terra
ſalſuginis:quia deſideria eius & actus qui ad mo-
dum tabernaculi uariantur ſemper ſunt in ardori-
bus & ſuſpiriis uite cruciformis.Sequitur. Cõtem
pnit multitudinẽ ciuitatis:quia non dimittit uiam
perfectionis propter tranſgreſſionem multitudi-
nis.Clamorem exactoris non audit.Exactor ẽ uẽ-
ter & tota uita carnalis. Cuius uocem neceſſitatis
ita audit in neceſſariis nutriendo carnem ut clamo
rem exactoris ſpernat a ſuperfluis abſtinendo &
carnis premendo laſciuiam.Circũſpicit montes pa
ſcue ſue:& uirentia quoꝗ perquirit:quia eminen-
tias chriſti uite tanꝙ̃ altos mõtes non ſolum inſpi
cit:ſed & circũſpicit:quia omnes operationes tam
chriſti hominis ꝙ̃ diuine dignatiõis:& ex hoc qua
ſi cuiuſdam circularis immenſitatis intelligit & ui
rorem mentalis humoris charitatis .ſ.chriſti ieſu &
& in omnibus operibus ſuis perquirit & in his tã
ꝙ̃ in propriis paſcuis iugiter meditando ſe reficit.
Propter quod non eſt mirum ſi a multitudine ciui
tatis ſe diuidet quẽ chriſti charitas lactat:&ꝰad ſoli
tudinem ducit:ubi loquitur ad cor eius uerba bo-
na:uerba cõſolatoria
Sue.ſ.uite exempla
Sui interni amoris indicia
Sui ducatus clara lumina
Sui influxus continua adiutoria.
Cui propter tenebras conſiliorum ipſum retrahẽ-
tium:ad cuius ſequelam quaſi ſingularitatem ſup-
ficioſam in intimis cordis clamat. Qui ſequitꝰ me
non ambulat in tenebris.Item ꝙ certus ſit:ꝙ cum
ſit talis:ꝙ hec non ẽ reprehẽſibilis ſingularitas:ſed
uirtualis cõmunitas:quia hoc eſt ſequi conſilium
principis hoc eſt primi patris fundatoris franciſci
immo principalis fundatoris chriſti: & eſt ſeruare
ſtatum uniuerſalis conſilii profeſſionis cõmunis.
Aliter autem ſi propterea ſuam relaxationem uo-
cant uiam cõmunem:quia eſt plurium:& hanc ſin
gularem:quia eſt paucorum:tunc uia tranſgreſſio
nis:eſt uia cõmunis & laudabilis:& uia perfectio-
nis erit uitioſitas ſingularis.Et quis niſi cecus au-
deat hec dicere.Via ergo uere cõmunitatis lauda-
bilis eſt obſeruantia promiſſe profeſſionis. Secũ
do ad ſimilitudinem florum pulchritudinis eſt in
iſta religione pulchritudo exemplorum ſanctorũ
uirorum.Sicut enim in deſerto inueniuntur multi
& pulchri flores:Sic & in ipſa religione in uiris ſpi
ritualibus gratioſe uirtutes:propter quod dicit ps̄.
Pingueſcent ſpecioſa deſerti.Sicut enim apes pin
gueſcunt:& mel colligunt in floribus.Sic pruden
tes iuuenes in ſcõꝝ ſenioꝝ moribus.Sed uel mlꝰ-
titudo beſtiaꝝ icipit deſerta penetrare & flores cõ
culcãt & ſtercoribus fedant.Ita heu mõ in multis
religionibus ſtatuta regularia per beſtialem multi-
tudinẽ prauis moribus conculcantꝰ & multis ſpur



UVA. BHSC. IyR_070

citiis maculantur:& deſertum religionis quod con ſueuerat eſſe infirmis preparatorium :adiutorium: preſidium uirtutis:nunc propter ſucceſſionem ma lorum inundantium eſt periculũ ibi uiuere etiam perfectis

Vix enim inter eos poteſt obſeruari paupertas pro pter abundantiam omnium

Vix puritas auſteritas propter deliciaꝝ abuſſum & multiplex feditatis exemplum

Vix obedientie ueritas propter preſidentiũ ſepe in ductionẽ ad malũ:& ad promiſſe regule fermẽtũ: unde in hoc deſerto uidi tantũ in habitare malum: ut uix poſſit obſeruari perfectio:niſi quaſi p dei mi raculũ & ducatum.Sicut dicit deutero .viii.ductor tuus fuit.ſ.deus in ſolitudine magna atq; terribi li.In qua erat ſerpens flatu adurens ut ſcorpio atq; dypſas:& nulle oĩo aque.Qui induxit in noſ riuos de petra duriſſima:& cibauit te mãna in ſolitudine quia neſcierunt patres tui.Illi.ſ.qui te ad ordinem adduxerunt.Nam deformati ſunt malicioſa tranſ greſſiõe regule:& relaxatiõe uite: recedentes a uia primorum patrum:& regule promiſſe.Et hec ſoli tudo teribilis. O quot ſerpentes hic ſũt ſuo ma lo exemplo adurentes:& ſcorpiones blandimento falſe diſcretionis cruciantes aculeo peſſimo.De q bus dicitur Apoc.viiii.Et dyſpas qui ſiti occidit:qr tam ambitionis q̃ auaritie & guloſitatis ipſorũ eſt inſatiabilis appetitus.Contra quem de petra duri ſſime paſſionis ieſu riuus aque refrigerantis hanc ſi tim educitur uolẽtibus regulam obſeruare.Et ideo pro deformitatis morſibus ſatis conculcantur flo res primorum parentiũ uel patrum: & regularium promiſſionum dicitur.Iſa.li.Conſolabit dominus ſyon:& conſolabitur ruinas eius:& ponet deſertũ eius quaſi delitias & ſolitudinẽ eius:quaſi hortum domini.Conſolatur enim domiuus religioſos per multiplicẽ promiſſionem hereditatis eterne:etiam conſolabit ruinas eius:quia licet multnm ſit diffi cile in caſu culpa:tamen pius eſt eis benignus paẽ tanq̃ filiis in uenia.Et ponet deſertum eius quaſi delitias: quia iſtas difficiles regulares obſeruantias in multas delitias & conſolationes conuertit: etiã ſolitudinem eius quaſi hortum domini:quia in ſo litudinẽ ſeperationis ab imitatione peruerſoꝝ facit eos germinare germina uirtutum.Alios etiam ſan ctos religioſoſ q ſatagunt reformare ſeipſos:& ali os:conſolatur dominus quia eos multorum alio rum conuerſione:quaſi hortũ faciet creſcere iu mul ta uirtutum abuudantia:& diuinorum conſolatiõe bonorum. Ad illud ſecundum deſertum primo diſpoſuit ſpiritus ſcientie cuius eſt omnia ĩ ſuo ua lore ponderare:& gradum omniũ cognoſcere.Cu ius ſemitam perficit ſpiritus conſilii:cuius eſt men tem perficere ad amplexanda cum dulcore & pleua obſeruãtia conſilia ieſu chriſti qui in uotis ſancta rum regularum cõtinentur.Et ſecũdũ ꝙ perfacto res ſunt regule:perfectius ibi chriſti conſilia obſer uantur:propterea euangelica regula tenet ſimplici ter gradum ſũmũ. Tertium deſertum eſt contẽ plationis extatice.De quo dicitur.Canti.iii.Que ẽ iſta que aſcendit per deſertũ ſicut uirgula fumi: &c. Et hoc deſertũ ſequitur ad ſecundum anima enim fugiens aliorum conſortium eleuatur ad contem plationis donum.In contemplatione autem ſunt tres diete:prima eſt ſuum defectum plene cogno ſcere:ut ſeipſum derelictum uideat ab omni uirtute Non ſolum quia pronus eſt ad faciendũ mala:ſed difficilis & durus ad reconciliandum dei dona. Et ut melius poſſit humiliari:debet ſe in tanta malitia contueri:ꝙ quaſi omnes alios reſpectu ſui uideat perfectos .Sicut dicitur.Ioelis ſecundo.Quaſi hor tus uoluptatis terram coram eo:& poſt eum ſoli tudo deſerti.Tunc hortus uoluptatis ẽ omnis ter ra coram contemplatore:quãdo animas proximo rum reputat plenas uirtute.Et poſt eum ſolitudo deſerti quia tota uita ſua preterita uidetur ut uacua omnis boni.Et talis ſi plene eſt illuminatus a gra tia:ſe reputat omnium peſſimum Nec eſt periculũ reputando ſe peiorem q̃ forte ſit in oculis dei:du plici de cauſa. Prima eſt:quia ex te ſemper ſic eſt quia.ſi aliter eſt hoc eſt ex gratia ieſu chriſti quã tibi non debes attribuere. Secunda eſt:quia etiã iſta gratia propter tuos defectus quibus eam ĩpugnas debes te reputare nouiſſimum: etiam reſpectu cu iuſcumq; ſceleratiſſimi.Sicut dicit.Ber.ſuper.Cant. Sermone.xxxvii. Quid ĩquit ſcis o homo.Si unus iſte ſceleratiſſimus quem putas horrendũ non mo do pre te quem forte iam ſobrie & iuſte & pie uiue re confidis:ſed & preceteris omnibus :ſceleratis tã q̃ omnium ſceleratiſſimũ.Quid ſcis ſi te & illis õi bus mutatione dextere excelſi melior quidem in ſe futurus ſit in domino uero iã ſit.Et propterea non mediocrem:non uel penultimũ:non ipſum ſaltẽ ĩ ter nouiſſimũ eligere locum nos uoluit. Sed recũ be inquit in nouiſſimo loco:ut ſolus uidelicet om nium nouiſſimus ſedeas:teq; nemini nõ domino preponas:ſed nec comparare preſumas :hec:Ber.

Et ſupra poſſuit exemplum de oſtio depreſſo p quod intrãti non eſt periculum multum ſe inclina re: ſed ſi uel modicum ſe plus erexerit ſtatim fron tem & caput quaſſat:ad quod uitandum eſt conſi lium ieſu ſe nouiſſimum omnium reputare in hoc deſerto . Sicut dicit primi.Mach.ii.deſcẽderũt mul ti querentes iudicium & iuſtitiam ĩ deſerto:In hoc enim deſenſu eſt iudicium diſcuſſionis ſui:& iuſti tia ſanctificationis dei.Et talem humilitatẽ demon ſtrant ſancti angeli poſſe reperiri ĩ anima ueſtita car ne mortali:& hanc reputant ſublimiter aſcendiſſe in omni perfectione:unde etiam dicunt .Que eſt iſta que aſcendit per deſertum ideſt per ſue defecti bilitatis continuum aſpectum & etiam gemitum

Et quia anima que totaliter deficit in ſeipſa:ſta tim aſſumitur a benedicti ieſu miſericordia.Deo ſe quitur ſecunda dieta:que quidem eſt continua con templatio exceſſui ieſu morientis& paſſionati pro nobis.Sed in hac anima:a ſeipſa excedit & in ieſu

UVA. BHSC. IyR_070

dolores tranſit & continue in ſua cruce habitaculũ facit. Iſte eſt exceſſus q̃ moyſes & helyas loquebã tur cum chriſto in monte tranſfigurato: loquebatꝰ ait lucas de exceſſu quem completurus erat in hie ruſalem. Et quia anime ĩ ſe deficienti utile ẽ & ne ceſſarium & delectabile in chriſti paſſione & morte morari: ideo cum petro talis anima dicit. Bonũ eſt nos hic eſſe. Hec ſunt enim illa munitiſſima loca de quibus legitur primi Re. xxiii. Morabatur autem dauid in deſerto in locis munitiſſimis: man ſitq; in monte ſolitudinis ziph in monte opaco. Dauid enim noſter manufortis ieſus in ſuis deuo tis filiis: quos in ſuam mortem tranſformat: mora tur in locis munitiſſimis ſue uictorioſiſſime crucis in altitudine ſui cordialiſſimi doloris. Recte dicitur ſolitudo ziph: que interpretatur florens uel germi nans: licet enim quo ad ſanitatem corporalem ibi defloruerit quo tamen ad pugnam triũphalẽ ibi floruit roſa martyrii lilium candentis aĩ & puriſſi mi: uiola humilis indulgentie & patientie reſpectu inimici: & ex his omnibus germinat multitudinẽ ſecũdã populi: & quelibet anima ſimilitudinẽ amo ris ſui crucifixi & mortui: ut ibi anima ſe genitam cognoſcens illud apoſtoli ad phil. ii. Chriſto con fixus ſum cruci: uiuo autem iam non ego &c. Secũ do ut oſtendatur ꝙ hic eſt contẽplationis exceſſus ſubditur in monte opaco. q. obſcuro: que quidem obſcuritas ſignificat ſuperexceſſum ſapiẽtie abſcõ ſe in cruce: ꝙ uocat apoſtolus ſtultum dei carnali bus: & tamen ſapientiam perfectorum. In cuius ſi gnum chriſto pendente in cruce tenebre facte ſũt uſq; in horam nonam: ut oſtẽdatur ꝙ exceſſus ſui doloris & ſapientialis amoris facit mentem exce dere ab experimento ſui luminis naturalis & tranſ fert in extaticum lumen dei. Et quia in illo ardore amoris anima plus ſentit q̃ intelligit: ideo dicitur q̃ſi uirgula fumi ex aromatibus myrrhe & thuris. Thuribulum enim mentis eſt aureum per charita tem: rotundum per obedientiam & humilitatem. Inferius clauſum per omnium terrenorum contẽ ptum. Superius apertum per contemplationem ce leſtium: licet habeat paruam formam propter ĩper fectionem intellectualium luminum: per illa tamẽ conſcendunt feruida deſideria amorum & paſſio num & tranſformationum cordialium & deuoto rum ardorũ amoris chriſti ieſu: quaſi myrrhe & thu ris. Et quanto magis ſunt ſtricta foramina intelle ctus: ſepe ad ea que non plene intelligit exardeſcit flãma affectus. Ex quo ſequitur tertia dieta. ſ. ꝙ mens inamorata de ieſu quantũcunq; minima tã tum reputat ꝙ nihil excipit ab eius memoria. Et nihil eſt ita paruum de ieſu ſiue uerbum: ſiue no men: ſiue neceſſitates infantiles nature ieſu: ſiue quicqd aliud ſit: quod non teneat eam fixam & ĩ amoroſa contẽplatione ſtabilitam tanq̃ res ſum mi dei: & pro ipſa anima ex amore aſſumpta. Et hoc eſt nihil negligere: & amatum cariſſimum reputare: & hoc põt ſignari. ii. Re. xv. ubi dicitꝰ ꝙ rex Dauid tranſgrediebatur torrentem cedron & cunctus populus incedebat contra uiam oliue que reſpicit ad deſertum. Cedron ſignificat decurſum chriſti uite: quem trangreſſus ẽ ex paſſibili carne. Cunctus populus huius regni eſt ſtatus & actus chriſti conuerſationis. Qui ſtatus incedit cõtra ui am oliue: quia omnis actus eius eſt ex pinguedi ne ſue dulciſſime ad nos miſericordie. Sed hec oli ua reſpicit deſertum: quia eius miſericordia que in eius corde ad nos flagrabat facit eum etiam a pa tre & ſine ipſo in multis anguſtiis & penis pro no bis derelictum. In quo ipſemet ſui amoris exceſſũ ad nos admirans clamabat in cruce. Deus meus de us meus ut quid dereliquiſti me. Et hoc eſt quod ſubditur. Et uniuerſi pulueris pigmentarii. Puluis tenuis & minutus & multus eſt uite chriſti quo ad ſua miracula ĩnumerabilis actus. Et iſte puluis eſt pigmentarii ab infinita ieſu ſapientia pro noſtra ſa lute electus. Non enim noſtrum fuit eligere pig menta: nec qualis debuit eẽ chriſti uita: ſed ſapien tie dei que in ipſo eſt: & per ipſum facientem oĩa que nos debent prouocare ad amorem ſui. In his igitur tribus dietis contemplationis ieſu & ſue paſ ſibilis uite ſcilicet in dilectione ſui & transforma tione in paſſionẽ & mortem chriſti & in ruminatio ne & ſumma eſtimatione & gratiarum actione oĩs actus ieſu quantũcũq; minimi ſepe rapitur anima in exceſſu ſui. Et hoc eſt deſertum mara de quo di ctum eſt ſupra. Hec eſt uia trium dierum de qua di citur ꝙ erant ambulantes filii iſrael tribus diebus per deſertum ethan. & caſtramentati ſunt in mara Ethan interpretatur fortis ſiue robuſtus: ſiue for tis eorum ac perfectio eorum: & ſignificat benedi ctum ieſum: cuius amor in ſe fortis & robuſtus eſt & fortitudo noſtra & noſtra perfectio per hoc de ſertum in quo totus ieſus quo ad ſe derelictus eſt & nobis datur. Ambulatur tribus diebus predictis ſed caſtrametatur in mara: quia habitatio cordis noſtri debet eẽ infinita ĩ abyſſali amaritudine mor tis ſue in quo debet eſſe talis exceſſus noſtri amo ris. Ad hoc tertium deſertum ducit ſpiritus ĩtel lectus & pietatis: qa intellectus facit penetrare abyſ ſales altitudines perfectionis amoris cordis bene dicti ieſu ad nos. Ac per hoc incomprehenſibiles doloris exceſſus quos ineſtimabili amore ſu ſtinuit tam ex reſpectu diuini honoris recõpenſan di: q̃ reſpectu uirtutis operande q̃ etiã reſpectu hu mani generis pene adimende. Et poſtq̃ ſic donum intellectus inabyſſauit rationem: donum pietatis tranſformat uoluntatem per paſſionem ad cogni ta & per liquefactiuum amorem ad chriſti ieſu ru minata ſupplitia. Quartum deſertum eſt mẽtis tranquillitate: licet enim in ſuperiori deſerto ſit ac ceſſus a ſeipſo in mari pene ieſu. tamen non tranql latur niſi procedat ad mare glorie uiſionis perſo nalis utriuſq; nature: dicitur autem iſta gloria de ſertum nõ qualitercunq;: ſed artificioſe edificatũ. Solent enim magni reges habere nemoroſa deſer



UVA. BHSC. IyR_070

ta ad ſpeciales delitias maxima artificioſitate edifi-
cata & delicioſitate ſecretiſſima & ameniſſima ple-
na: unde Salamon edificauit domum ſaltus lybani
in qua erant omnia ſua aromata & pigmenta & de
licioſa ſolatia: unde ipſe dicit. Eccleſiaſtes. ii. feci hor
tos & pomeria & conſeui ea cunctis generibus ar-
borum. Iſtud deſertum eſt humanitas unita. In
quo anima habet cellarium ſcilicet

Superabundantiã diuine ſuauitatis
Refectorium eterne ſatietatis
Dormitorium interne tranquillitatis

Vnde bene in deſerto humanitatis ieſu ẽ anime
retributiuum: quicquid anima fecit propter ieſu cõ
ſilium ſumendo uotum paupertatis obedientie &
puritatis: quia paupertas poſſidet cellarium: obedi
entia refectoriũ: puritas lectum pacatiuum & quie
tatiuum. Cellarium igitur eſt abundantia ſuauiſſi-
mi amoris dei quem experitur anima in conſidera
tione unionis ieſu ĩ perſona filii dei: In quo guſtat
anima tantam dei abundantiã in amore ad uniuer-
ſam creaturam: ꝙ non uidetur ſibi ꝙ aliqua creatu
ra debeat aliquid plus appetere ex quo ſe uidet deũ
in ieſu unione. Et habet ꝓ maiori dono ꝙ ſit uni
ta deo ieſu: q̃ ſi ſine ieſu in quocũq; alio uniret᷑. Et
ſciat anima ꝙ quanto plus poterit creſcere in amo
re humanitatis ieſu: & delectationis glorie eius hu
manitatis nõ habito reſpectu ad ſeipſum: tãto plus
ſublimatur in tranſformatione immenſiſſime dele
ctationis diuinitatis eius. O anima mea hic to-
ta ex te exeas & nunq̃ in te redeas: quia in te nõ niſi
tibi male eſt. Tranſeas in ieſum in quo cũ ipſo de-
us es: & milleſies milies plus te totã euiſcera ĩ grati
arum actione: ut perſona filii dei de hoc ꝙ benedi
cti ieſu humanitatem perſonali unione uniuit: & te
in ipſa: quaſi te ſine ieſu aliter aſſumpſiſſet. Si enim
extra te exis ꝙ ſimpliciter melius eſt diligere: & in
ipſo optimo delectari. Quod ſi nullum dubiũ eſt
ꝙ multo melius fuit illud qđ deus diligit ab eter
no facere in aſſumptione ieſu: q̃ ſi feciſſet aliud: ad
quod tua uel cuiuſcũq; fantaſia uagatur: concludit᷑
expreſſe ꝙ multo magis debet delectari anima in
eo ꝙ humanitas ieſu eſt deo unita: q̃ in aliqua alia
fictione: q̃ in ſua fantaſia confingat ſeu compo-
nat: & ideo anima perfecta que omnino nõ diligit
ſe niſi in deo & ẽ euacuata ſuo amore uicioſo repu-
tat ſuũ melius ſimpliciter quod eſt deo magis ho-
norificum: & ibi uerius ipſa diligit ubi magis eſſe
deum cognoſcit: unde quia uidet deum honorari
unione ieſu: ideo ibi ſe reputat tanto melius uniri
deo: q̃ in quolibet alio modo: quanto ibi non du-
bitat deum amplius honorari: immo hoc cogitare
de ſe reputat deo magis contumelioſum: ac ꝑ hoc
ſibi moleſtum ut quendam infernum. Ad hoc nõ
continget anima que neſcit a proprio amore exire.
Si ad hunc gradum potes aſcendere: poteris uidere
quid eſt pro amore ieſu pauperem eſſe. Cum enim
deus faceret delectamenta bonorum naturalium ĩ
quibus nnnc cõprehenduntur bona fortune dele-
ctamenta habituum uirtualium: & in multis uiris
delectamenta tolerantie paſſionum in humilitate
profunda. Et ſepe appetitum zelo iuſticie eternaliũ
punitionum ſine ſui cõmiſſa offenſa & delectamẽ
ta fruictionis patrie pleniſſima pauptas ſui ꝓ amo
re ieſu eſt omnibus iſtis ſpoliatũ fore: in his omni
bus nihil uelle niſi id quod benedictus ieſus de illa
anima ĩ ſe: & ad ſe: & per ſe: eterna ordinatione diſ-
poſuit: unde iſta anima non uult in ſe nec pro ſe de
lectari in aliquo predictorum bonorum. Et ſi que
ras quare: reſpondet: quia nõ ſum mea: nec aliquid
eſt mei in me: & pro me. Bonum totum quod ſũ
in ieſu ſum. Nihil uolo eligere: quia neſcio quod
circa me ſit dei uelle. Scit ſpõſus meus ieſus qui ẽ
mecum meum ſcire: & meum uelle: & meum eſſe.
Et ideo nihil uolo niſi ꝙ certa ſum illum uelle: uult
autem quod me precipit facere. In his me uolo ex
ercere nõ propter aliud premiũ niſi propꝫ illud
quod ẽ mihi datum ſcilicet quod deus eſt. Et ſi ip-
ſe eſt deus: & ego nõ ſum preſumptuoſa: ſuperba
ut lucifer eſſe uoluit: ſed tranſformatione amoroſa
& extatica per quam mihi meum malum eſſe defi
cit: quia uiuo ego: iam non ego. Hoc declarat. Au-
guſtinus ſuper pſalmũ in auctoritate poſita in li-
bro quarto capitulo decimo. Et hoc eſt ſpiritu pau
perẽ eſſe. Et ideo pluries dixi: ꝙ uera paupertas ẽ
dei ſine aliqua deſtractione poſſeſſio: predictis enĩ
affectionibus reciprocis a mente excluxis nihil re-
manet quod impediat deum pacifice poſſideri.

Non mireris autem ꝙ inter delectamenta a deo
creata que enumeraui appetitum iuſtitie ſui ĩ eter-
num pro offenſis preteritis ſine adiectione nouarꝫ
offenſionum: quia non ſolum hoc eſt bonum cõ-
mune ſed eſt exceſſiue aĩme rectitudo. Ad quã pro
funda humilitas in recognitione ſue iniquitatis &
zelotipice tranſformationis: caritas ad rectitudinẽ
iuſticie dei duxit animam: dum uidet iuſtiſſimum
& dei honorificum ꝙ tantum ſcelus ab eo commiſ
ſum puniatur in eternum. Et ſuauiſſimi dulcoris ẽ
guſtus in tanto amore iuſtitie dei: ꝙ hoc appetit
pro honore ſui. Et ad hoc ſepe gratie exceſſus rapit
mentem ſponſe: unde ſi ſibi reuelaretur: ꝙ hoc ul't
dei iuſtitia accipit hoc anima cum ſuauitate pacifi-
ca: & plus ſepe: cum electione ꝓmptiſſima: et hoc
intellige de pena ſeparata a culpa. Quod autem
hoc ſit rationabile probat pſalmus: Letabit᷑ iuſtus
cum uident uindictam. Si letabitur uidendo uindi-
ctam in alio nec ſeipſo nequaq̃ iuſtus eſt: ſed cruen
tus: licet enim talis punitio a mente carnali appꝛhẽ-
datur: quaſi deſperans a domino ex ſeparatione:
nequaq̃ tamen ſic accipit mens a ſpiritus ſancti fer
uore ad hunc zelum commota. Si enim beatitudo
ſua uera conſiſtat in fruictione uoluntatis dei non
ſue hoc anima pro ſua beatitudine accipit qđ uolũ
tas dei de ipſa ab eterno elegit. Et ideo ibi anima
ſimpliciter fruitur diuina uoluntate: etiam ſi ſit in
ſuis penis eternis. Et quia humilitatis abyſſus & iu
ſtitie zelus ſepe uult in penis proprium eligere pro

UVA. BHSC. IyR_070

dei honore ſtatim paupertas ſpiritus frenum appo
nit. Nequaq̃ mihi faciam proprium non habere:
non ſi eſt mea:ſed ſponſi. Et ideo ꝙ fecit de me in
ſe uolo eſſe:fruitio mea eſt uidere continue & rumi
nare ꝙ ipſe eſt deus. Et ex quo ipſe eſt deus & non
poteſt illatio ſolui quin ſemper deus ſit deus: &
quin ieſus aſſūptus unitus ſemper ſit deus unio-
ne perſonali in quo eſt gloria omnium mēbrorū
ſuorum in ipſo :& cum ipſo:& per ipſum:iam me
ſentio glorioſam:iam non me ſentio:ſed ipſū ſen
tio. Hoc eſt deſertum de quo dicit Eſa.xliii. Dedi
in deſerto aquas:& in imo flumina: ut darem po-
pulo meo potum electo meo. In iſto deſerto bene
dicti ieſu dedit dominuſ aquas glorie pro ſe & pro
omnibus electis. Sicut ipſe ſamaritane promiſit.
Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei:non ſitiet
in eternum:ſed aqua quam ego dabo ei:fiet in eo
fons aque ſalientis in uitam eternam. Hec ſunt flu
mina que de uentre credentium fluunt aque uiue:
quia dilatatis brachiis ſue mentis natat in infinita
te glorie dei & in imenſitate in ſe & in humanita-
te aſſumpta boni ieſu. Sicut ergo de cellario replet̃
refectorium:ſic de ſpiritu paupertatis perficit̃ obe-
dientie uotum. Et ſicut paupertas recipit abundan
tiam ſuauitatis:ſic obedientia dulcedinem ſuauita
tis. Hec autem obedientia ideo eſt prōpta & in
omni dei uoluntate ſatia:eo ꝙ ipſa guſtat q̃ bonus
eſt dominus per ſapientie donum. Vbi eſt humili-
tas ibi eſt ſapientia. Et ideo clare uidet ꝙ omnia q̃
contingunt:& in hac uita & in alia ſunt ad dei ho-
norem ſubſeruientia:& ad ſalutem electorum ordi
nata:propter quod ſemper eſt leta:quia uidet ꝙ ſē
per complentur dei uolita:uel uno modo uel alio.
Habet autem hec obedientia triplicem reſpectū
deum honorandi:primo in guſtatione contēpla-
tionis glorie ieſu:in quo iſto modo deo obedit:
quia multo plus delectatur contemplando ieſum
beatum q̃ ſe beatificandum. Et plus expectat & de
ſiderat frui gloria diuinitatis & humanitatis ieſu:
q̃ ſua:& a propria nititur deſiderium auertere:& ad
illam ieſu conuertere. Et ſepe pluribus animabus
dat̃:ꝙ hec ſine labore ab ipo bn̄dicto ieſu recipiūt
in actu:ſed ſemper in habitu. Et de gloria ieſu tran
ſit ad penas quas ſuſtinuit: & ſecundū imenſitatē
eorum que expertus eſt in chriſti gloria trāſforma
tur in eius dolorem & penam. Secunda obediē
tia eſt ꝙ prelatum quem ſibi dominus dat ſemper
ut chriſtum reſpicit:& ſicut chriſto ieſu dulciter &
reuerenter ſine aliqua rebellione obedit nulla diffi
cultate retracta uel perſecutione remota:niſi forſan
propter malitiam corruptionis temporis prelati de
formati aliquid perciperent uel ſuaderent ꝙ regule
profeſſionis deſtrueret profeſſionem:hoc excluſo
etiam in his que quātū ad extrinſecam apparentiā
aliquando minus bona uidentur uiri perfecti no-
runt uoluntatem ſuorum prelatorum uiſionibus

ſubdere illa recompenſando in maiora.ſ. inobediē
tie merita. Tertia obedientia quam facit talis aīa
deo eſt ꝙ de ſe:& de omni re ſibi dilecta ſecundum
ſenſum currit tranquille in oppoſitum afflictiuum
& ideo obedit deo in dimittendo conuerſationem
amici locutionem & delectationem in eius tēpora
libus bonis & eius damna complectitur a deo uoli
ta inquantum ſunt ſuiipſius afflictiua: & ipſum a
meditatione ſui cordis abſcōdit. Et ad omnia iſta
perſecutorem ſuū delectabiliter introducit. Et hoc
modo anima ſequitur inſpirationes ieſu:prout di-
citur in quarto libro in primo capitulo:Ieſus ſpinis
afflatibus. Multum enim debet mens erubeſcere q̃
debeat aliquid perfectionis habere:niſi multo dul
cius amariſſimum hoſtem amplectatur pro amo-
re ieſu q̃ quēcunq; amicum:parentem uel filiū pro
ligatura ſanguinis:uel ſeruitii temporalis:quod ad
minus deberet facere dulcedine rationis . Sed eſt
imperfectionis magne ſignum ſi in hoc ſenſualis
appetitus repugnat in tantum ꝙ retardet prompti
tudinem rationis:licet in hoc & in aliis prudens ie
ſus ad humilitatē ſeruandam permittit animas ſū-
mas perfectiones habentes in quibuſdam infirmiſ
imperfectionibus ruere que reprehenſibiles eēnt
etiam nouitiali feruori. Non eſt ergo mirum ſi ta-
lis anima que hic pro dilecto ieſu ſic currit ad curā
da contraria in eodem dilecto ieſu ſatiatur ſuauita-
te diuina. Et quia obedientia in omnibus animā
ſub deo ponit:idcirco eam in chriſtum totaliter
tranſponit. De hoc deſerto delitioſo dicitur nu-
mer.xxiiii. dirigens balaam contra deſertum uultū
ſuum eleuans oculos uidit iſrael in tentoriis com-
morantem per tribus ſuas & infra. O q̃ pulchra ta-
bernacula tua iacob & tentoria tua iſrael ut ualles
nemoroſe ut horti iuxta fluuios irrigui:ut taberna
cula que fixit dominus:quaſi cedri prope aquas.
Balaam in uerbis iſtis poteſt ſignificare celeſtes an
gelos admirantes altitudinem talis anime: unde
contra iſtorum animam que in deſerto preſentis
uite tanta obedientia eſt deo ſubdita dirigētes uul
tum conſiderationis ſue uident eam in tentoriis
commorantē per tribus ſuas. Tentoria ſignificāt
facilitatem motus. Ordinationes autem tribuum
ſignificant ordinationem omnium actuum & ap
petituum:uidentes igitur angeli in hac uita animā
tanta perfectione obedientie in omnium exterioꝝ
& interiorum ordinatione deo ſubiectam extollūt
pulchritudinem & decorem uirtualium in ipſa di-
centes. Quoniam pulchra tabernacula &c. Et ratio
ne humilitatis profunde & deuotionis pinguiſſi-
me cōparat eam uallibus & arboribus conſitis qua
ſi uirtutibus altis & hortis irriguis ex cultura oīs
unionis uirtualis:& ex irrigatione diuinorum iſlu
xuum tanq̃ irriguorum fluminum: propter quod
dixit. Tabernacula que fixit dominus:quia obediē
tia ſicut mobilis ad imperium. Sic mobilis ad affe



UVA. BHSC. IyR_070

ctum ẽ ſimpliciter diuinum opus. Et quia hec obe
dientia eleuat animam ad altitudinem predicte ſapiẽ
tie: ideo dixit quaſi cedri prope aquas: quaſi dicat.
Sapientia hec eſt quaſi natura angelica non huma-
na: & hoc eſt propter infuſas irrigationes continu-
as ſatietates dei in dulcore quem guſtant optimi ĩ
omnibus operibus ſuis. Non eſt mirum ſi ex duo-
bus primiſ: ſcilicet cellario & refectorio ſeqꝛ̃ tertiũ.

Eſt autem tertius lectus pacatus & tranquillus.
Cum enim paupertas nihil de ſe nihil retineat &
obedientia totam ſe ſub deo ſubiiciat: quid poteſt
eſſe quod puritatem illius anime poſſit maculare:
& tranquillitatem illius cõſcietie ſtimulare? Pro
pter quod debes ſcire ꝙ puritas reſpondet obediẽ
tie & modis eius: & ideo nulla anima poteſt eſſe
deo plena: niſi obediẽtia ſubiecta: nec obedientia ẽ
deo plene ſubdita niſi ſit pura. Nõ aũt põt eſſe pu
ra: niſi totalit̃ deo ſubiecta: nec plene deo ſubiecta:
niſi per pauptatẽ ſpũs exeat de ſeipſa. Et ideo iſte
tres uirtutes ĩ plenitudĩe ſimul currũt. Tũc aũt
eſt anima caſtiſſima quando non adulteratur nec
ſecum: nec cum alio: ſed ſeruat ſe mundiſſimam &
integrã ſponſam ſuo cui deſponſatur triplici reſpe
ctu quietis: in quo caſtiſſima ſe ei conſeruat. Pri-
mus reſpectus huius ſancti matimonii eſt nihil ꝓ
pter ſe appetere: nihil propter ſe fugere: niſi ſolũ ꝓ
pter ieſu ſponſi amorem. Et lectus connubii eſt qe
ſcere in his in quibus quieuit dilectus ieſus. Eſt au
tem ſibi deſponſata ad guſtandum honorem dei:
& gloriam dei & hominis ieſus: quia ſolum dei ẽ:
& quia dei honor eſt & uoluntas animam illam ſic
eius gloriam continue deguſtare non habito reſpe
ctu ad aliquod bonum proprium. Sicut dicitur in-
fra de cruce perfectorum capitulo: Ieſus cruce dita-
tus. In ſecondo reſpectu eſt ſibi deſponſata ut caſti
ſſime guſtet amaritudines paſſionum quas in ſua
mente & carne portauit ſponſus paſionatus ieſus
quas continue uidet portare in ſuis uiatoribus mẽ
bris: & omnium neceſſitates in ſeipſa miranda cõ-
paſſione reuoluit & ſollicita pietate ſupplet: & offẽ
ſas dei in quibus glorificatus ieſus non poteſt do
lere uice ieſu amariſſime deplorat. Et nihil aliud a-
maritudinis ſentit in mondo niſi ꝙ tantum uidet
diuinam bonitatem contempni & maieſtatẽ offen
di ab aliquo impio peccatore. Nihilominus & uice
ieſu: peccatoribus ex corde compatiens modis qui
bus poteſt eorum conuerſatione plorat ad deum
& ſuſpiroſus gemitibus iugiter diuinam miſericor
diam interpellat: non obſtanteꝙ certa ſit ꝙ deus
de omnibus malis ſuum honorẽ eliget & melius
electorum. Tanto enim mala ſunt peiora de ſe quã
to deus omnipotentiſſimus & optimus crudelius
offenditur: qui per omnipotentiam ſuam de malis
honorem ſuum trahit & de peccatis & culpis facit
occaſionaliter augeri gratias electorum: ĩmo illud
eſt quod mentes ſeraphicas facit ardere in amore
dei: & ĩ dolore peccati. Et quia per humilitatem ꝓ-
fundam taliſ anima recumbit ĩ nouiſſimo loco nu
ptiarum dilecti ieſu: & omnes electos uidet ieſus:
multo melius ꝙ̃ uideat ſemetipſum. Ideo ſuauiſſi-
mum eſt deum rogare ad ſimilitudinem ſpõſi ſui
ꝙ omnes penas corporis chriſti in quibuſcũqꝫ ſuis
mẽbris faciat eam portare illis abſolutis a pena &
hoc pura intentione habens pro premio ſufficiẽti
liberationem illorum in quos amore ſpõſi a ſemet
ipſa accepit. Plura que hic dicuntur clarificant ꝙ̃
dicta ſunt ſuper: Nunc dimittis: aliqua hic dicta ibi
ſunt clariora. Tertius reſpectus puritatis eſt quẽ
habet ad ieſum propter amorem reformandarum
uirtutum ipſius ieſu in ſe que ſibi eſt deſponſata ad
fugiendum delectamenta omnium ſenſuum: niſi
in quantum per ipſos ſenſus in omnibus ſpeculat̃
ſponſum ieſum & membrorum ipſius ſalutẽ. Pro
pter quod & non propter appetitũ glorie alicuius
ſic eſt ĩ omnibus temperata circunſpecta & clauſa:
ꝙ etiam neceſſariam ſuſtentactionem nature inci
pit cum tanta modeſtia: ꝙ in illis magis guſtat ſpõ
ſum ꝙ̃ temporalem cibum. Et quantum expedit
aliis ĩformãdis etiam ab illis que ſue debilitati ali-
quando neceſſaria forent ſubtrahit manum ſuam.

Ad lectum ſponſi pertinent iſta tria pacifice po
ſſidere & cum tranquillitate mentis & delectatiõe
ad iſta currere ſine dificultate propter amorẽ ſimili
tudinis ſponſi ieſu & uirtutum eius: quia ſponſa
creuit in ieſu. Cũ difficultate autem ad iſta ſata-
gere eſt in fibris uirtutis. Non tantum autem pre-
dicta pertinent ad tranquillitatem lectuli: ſed patiẽ
tia & poſſeſſio omnium uirtutum. Quia enĩ om-
nes uirtutes ſunt cõnexe: ideo qui plene habet unã
habet omnes. Et ideo omnis uirtus conſumata ꝑ
fecta facit animam quieſcere in lecto pacifici ſalo-
monis ueri ieſu: quia undiqꝫ uicit hoſtes & quod
maxime in paupertate refulget: tali igitur anime
delectabiliter dicit ſponſus in amplexu & oſcula ru
ens. Tota pulchra es amica mea: & macula non eſt
ĩ te. Hanc admirantur angelorum exercitus ſic ad-
huc in carne manentem tranquillatam ſponſo ieſu
ſed non minus ieſum tranquillum in eius puritate
ſponſali. d. Cant. Que eſt iſta que aſcendit de deſer
to: deliciis affluens innixa ſuper dilectum ſuum.

Potes enim uidere per ſuperius dicta ꝙ non in
ſe nititur: ſed dilecto ĩnititur. In cuius ĩnixu ẽ delici
arum affluentia & mens trãquillata: & in hoc ſapo
re eſt perfectio quantum capio maior ꝙ̃ poſſit habe
ri in hac miſerabili carne ab anima peccatrice. Sed
quiſ plus capiet plura ponet: & ideo adiuratio ſpõ
ſi ꝙ non excitetur dilecta ab iniquitate alicuius cre
ati per capreas ceruos qꝫ camporum: ideſt non in
currat offenſas ciuiũ ſupnorũ: uidet̃ in hac dilecta
ſpõſa ĩpleri: ꝙ̃ nullo poteſt euẽtu a ſpõſi trãqllitate
mutari. Ciues enim celeſtes dicuntur capree pro-
pter limpiditatem uiſus: dicũtur cerui propter agi
litatem ſaltus: ſed camporum propter excluſionẽ
omnis diſtractiui nexus. Et quia ſpõſa benedicta

UVA. BHSC. IyR_070

eſt per perfectionem naturalem in eorum ſocietate tranquillata:ideo ſub interminatione eorum offenſe eſt ipſius ſponſe inquietatio īterdicta:quaſi dicat:ipſa eſt ſicut unus ex nobis. Sicut ergo non permittit ſponſus ſuum interrumpi palatium:nec quietem turbari ſpirituum ſupernorum: ſic non permittit huius benedicte anime cor floridum: in quo ſponſus dormit per ſuauiſſimum ſomnum: & hoc eſt ipſam ſemper in ſponſo fore tranquillam. Attende autem q̄ plena tranquillitas ſponſe fugit ſimul cum diſtractione turbatiua:omnem tepiditatem & orationum negligentiam & incompaſſionem fraternam. Et quomodo omnia omnibus ſit ſemper manens tranquilla: & ſic fugit omnem malitiam heretice libertatis: nam ipſam format ieſus emanuel: qui nouit reprobare malum & eligere bonum. Ad illud autem ultimum deſertum ducit ſpiritus ſapientie ieſu in eo cuius uoluntas & bonitas puriſſime ſaporantur a ſponſa.

Via uero benedictus Ieſus in deſerto quadraginta diebus legitur ieiunaſſe:ideo ſecundum quattuor quadragenas benedicti ieſu in quadruplici deſerto preſcripto quadrupliciter ieiunatur. In primo ieiunatur a peccatis mortalibus & delitiis carnis. In ſecundo ieiunatur a curis ſecularibuſ & quibuſdam ſotietatibus & affectiōibus diſtractiuis. In tertio ieiunat̄ ab oī reputatiōe ſui. In quarto ieiunat̄ ab omni amore ſui & omnis creati in quantum tale. Et quia in quolibet ieiunio eſt refectio ſua: ideo ī primo comeduntur quinq; panes ordeacei propter penitentialem aſperitatem ſenſualis uite afflictiuā & anime ſatiatiuam: quia in ea ſpes uite deguſtatur. In ſecundo comeduntur ſeptem panes triticei propter multitudinem donorum ſpiritus ſancti: que acquiritur in ſtatu religioſo & ſeparatione ab amore mundano. In tertio comeditur uitulus ſaginatus in receptione filii diſſipatoris a patre occiſus: quia pinguiſſimus amor cordis ieſu in immolatione mortis eius pro nobis peccatoribus redimendis continue deguſtatur. In quarto comeditur panis celicus ſuauiſſimum manna glorie dei & hominis ieſu chriſti. Prima quadrageſima poteſt ſignificari per quadragenam preſepii. Sicut enim in parturitione ſacratiſſime uirginis in fetore ſtabuli:& in aſperitate preſepii & ſocietate beſtiali & refectione tenui & faſcia ligamēti ſtetit bonus ieſus: ita penitens in parturitione mundi propoſiti per contritionis ſpiritum ſtat in memoria preterite offenſionis tanq̄ in fetore ſtabuli in pugna beſtialium tentationum:quibus uelit nolit pluries ſotiatur:licet & aliter beſtie ſignificent. Bos ruminationem eorum que pro nobis chriſtus fecit. Aſinus iugem deprecationē oneris per ſatiſfactionem impoſiti. Debet & eſſe duricia preſepii per aſperitatem ueſtis & lectuli: & in cibo tenui per aſperitatem ieiunii: & in faſcia ligamenti per obſeruantiam ſacerdotalis precepti in toto quadragenario penitentie: donec ipſa conſumetur: & tanquam purgatus in templo dei preſentetur. Secundum ieiunium poteſt figurari ꝑ quadrageſimam qua chriſtus latuit in deſerto. Sicut enim chriſtus tunc fuit ſolitarius: ſic & religioſus debet eſſe totaliter a mundo ſemotus: & in oratione & ſilentio totus a ſeipſo recluſus: quod ſi fecerit ſciat ꝙ exemplo ieſu poſt uictoriam hoſtis loco conſortii hominum habebit conſortia angelorum. Tertium ieiunium figuratur per quadrageſimam horarū: qua chriſti caro fuit mortua & ſua uita priuata quia qui ad exceſſum contemplationis mortis chriſti aſcendunt: ſentiunt in ſe quod apoſtolus dicit ad Coľ. tertio. Mortui enim eſtis: & uita ueſtra abſcondita eſt cum chriſto in deo. Et illud: Conſepulti enim eſtis chriſto per baptiſmum eius in morte. Quartum ieiunium in quo eſt plena ſatietas: quia ibi ieiunatur ab omni malo: & reficitur omni bono: figuratur per quadragenarium dierum: quibus diſpenſatiue ieſusglorioſus ſtetit in terra quantum fuit neceſſarium apparens diſcipulis: loquens & admoneus & ſe exhibens: ad fidem erigens eos & ſubleuans: ad ſpem attrahens eos & transformans ſignis mirificis ad amorem: & poſt ſubito euaneſcens.

Et quia iſte quartus ſtatus ſolus aliene cure poteſt intendere: idcirco licet ſit totus tranſformatus in diuinitatis abyſſum & in deum hominem ſimul glorioſum & paſſum: tamen mira condeſcēſione foras exit ad proximum ſolum ſimilia his q̄ dicta ſūt ſupra chriſtum facere diſcipulis & ipſe populis & ſpiritualibus perſonis. Et neceſſitate expleta ab eis ſubito euaneſcit: quia a populorū turbine & cum familiaritate celerrime a ſe abſcōdit. Hec enim cauſat in auditoribus appreciationem & reuerentiam auditorum: & in predicationibuſ obſeruantiam ſuarum uirtutum & fugam mundialium uanitatum: & ſufficientiam ad nutrimentum & regimen populorum. Hauriunt enim ab uberibns chriſti ieſu in ſecreto ſolitudinis auide quod pro loco & tempore utiliter & diſcrete populo effundunt abunde: recordantur ꝙ gallus eſt auis pulchra: ſed continua ſui apparitione uileſcit: & tactus manus auium pennas deordinat & deformat. Et ſi diu teneantur in manu ſua ſudore humectat: & fit inhabilis ad uolandum. Spirituales aues hoc experte nouerunt. Vnde & benedictus ieſus predicatorum forma poſt inquietationem turbarum dixit. Venite ſeorſum in deſertum locum: & requieſcite puſillum. Erant enim qui ueniebant & redibant multi: & nec ſpacium manducandi habebanr: Matth. ſexto. Sic ſepe propter multitudinē familiaritatū īpedit̄ mādūcatio ſpūaliū ſuauitatū: nec inuenit anima ad hoc tp̄s getū.

UVA. BHSC. IyR_070

Licet autem moyſes & helyas eodē numero die
rum quo & xp̄s ieiunaſſe legantur:multum tamen
differenti uirtute.Nam moyſes non eſuriit refectuſ
ſuauitate diuini eloquii & conſortii.Helyas eſt refe
ctus efficatia mirabili & refectione ſolidi & durabi-
lis cibi:qui tanto tempore diuina uirtute calorē na-
turalem occupauit ne cōſumeret uitales humores :
& corpus in debita fortitudine ſubſtentauit:proptē
quod dicitur ꝙ ābulauit.xl.diebus:&.xl.noctibus
in fortitudine cibi illius. Chriſtus uero uirtute ꝓ
prie potentie corpus in qua diſpoſitione uoluit te-
nuit ſine eſurie.Et quia hoc fecit ex feruenti noſtre
ſalutis amore quo uoluit ſe pro nobis tanto tem-
pore delectatione comeſtionis priuare: ideo ſuum
ieiunium plenum eſt uirtute & exemplaritate:do-
cens nos animū a delectabilitate carnis ītrahere:&
in occupatione diuinorum guſtuum internū ſatia
re palatū. Et ut nos doceret modū:dicitur ꝙ eſt
ductus a ſpū in deſertum. Quando enim ī amore
ſpūs ſancti anima deſertatur a cura delectationū ſē-
ſibilium ut compleat illud quod dicit Apoſtolus.
Curam carnis ne feceritis in deſideriis ueſtris per ta
lem mentis recollectionē & amoroſam intentionē
ad ſublimia dei facile eſt ſibi ſine eſurie ieiunare a
delectationibus carnis & mundi. Guſtato enī ſpū
deſipit omnis caro. Quātū autē poſſit amor di-
uinus in anima: oſtendit a minori ī auarorꝫ amorē.
Sepe enī mercatores iuuenes:& guloſi dum in nū
dinis occupant:uel in receptione pecunie:uel ī pla
cibili negociatione obliuiſcuntur comedere:nec ſē
tiunt ſe eſurire.Quanto magis ſpūalis amor : hoc
poteſt facere in ſpūaliū occupatione.Sed mēs ocio
ſa & uaga non uidetur aliud uelle habere facere niſi
cogitare de ſua eſurie:& pro cibo tenui gemere : &
hore tarditatē cāre:unde non eſt mirꝫ ſi tali eſt gra
ue ieiunare. Ne autē aliquid deeſſet exemplarita
ti nos dirigēti ieſu dī ꝙ poſtea eſuriit.Vbi dicit hy
larius:ꝙ ſue nature hominem dereliquit. Arbitror
ego ꝙ natura ieſu per diuinā potentiā ſuſtentata ī
quadragenario fuit ſibi relicta ad penalē eſuriē : ut
tm̄ eſuriret quantū talis exinanitio requirebat:& te
nebat natura in fortitudinem ne deficeret :ſi ut in
debito robore ſtantē:eſuries eum amplius crucia-
ret.Ita ꝙ tūc ieiuniū quadrageſime licet nō habue
rit effectū ad deſtruendū ꝑ debilitatē ſubiectū:hūit
tamē effectū fortiſſimū ad inferendum famis cru-
ciatum.Non enim credo ꝙ iſta fuerit cōis eſuries:
ſicut homo quando poſt digeſtionem cibi incipit
eſurire.Sed puto ꝙ in hac uita non fuerit eſuries ſi
milis ei:quā tunc xp̄s pro noſtra exemplaritate aſſū
pſit. Dicitur autem infra aliquid ſīle in xp̄i paſſi
one quia naturam ſeruauit in robore uſqꝫ ad ulti-
mum iſtans mortis.Ex quo ſequitur ꝙ doloroſiuſ
paſſus fuerit.Illud autem cōuēiebat xp̄i honori in
uictorioſo triumpho & noſtre utilitati in dando ex
emplo. Propter quod dicit hylarius ubi ſupra:ꝙ ñ
erat a deo diabolus:ſed a carne uincendus. Tanta
enim intenſio famis quam diabolus attentare fuit
permiſſus in homine quem uidebat aduertit:dedit
ei uictorie ſpecie maxime:quia uidit maximam af-
flictionem famis & cibi diſtantiam:Et quanto fa-
mes fuit acutior:tanto tentatio fortior: & uictoria
glorioſior:& exemplaritas clarior:unde cum ma-
gna patientia bonus ieſus neceſſitatem & afflictio
nem ſue diuine carnis ſuſtinuit:expectando per lō
gam horam finem tentationis.Et ad honorem ui
ctorie xp̄i:& ad afflictionem ſue īnocentiſſime car
nis uidetur ſe recolligiſſe fames in unum & ꝙ tan-
gere non potuit q̄diu noluit per quadragēarii tem
pus nunc licentia data quaſi ſimul adunata pugilē
noſtrum inuaſit tētans quaſi tempeſtas ualida ob
ruere.Sed gigas noſter xp̄s ieſus fixus ſtetit & pa-
tiens:hoſtem deiecit prudentia: & famē patientia
ſuperauit. O anima mea ne quid tibi de uirtutū
perfectione:& carnis ſubiugatione blandiri:ne cor
pus tuum uas infectionis perditionis & macule:
uel ieiunii abſtinentia macerare.Ecce dei caro ꝑ uir
tutum opatiōe perfecta acutiſſima affligitur ꝓ exē
plaritate danda ieiunandi carni infecte & peccato
ſubiecte. Quid igitur dicis tu ſpūalis fallaciter:
ueraciterqꝫ carnalis?Eſt ne caro tua purgata a fomi
te que uſqꝫ ad mortē ſcatunt ſpurciſſima feditate.
Nullus uiuens in carne preſumat ſe a ieiunio exi-
mere:uidens ieſum dei filium ieiunare. Quāq̄
autem certum ſit omnibus xp̄i athletis abſtinētie
rigorem neceſſarium eſſe his qui perfectionem mē
tis per dei gratiam conſeruare conantur : quia tam̄
noui inſurgūt heretici ſpiritu feditatis pleni: & alii
ſpiritu preſumptionis fatue ſub pretextu puritatis
conſecute:qui uidentur impie dicere:ꝙ abſtinentia
nihil habet facere cum perfectione:& hi ſe uocant
de ſpiritu libertatis ut libere male agant.Idcirco ad
deſtruendum hoc dogma peruerſum: ueritatē hāc
lucidam roboremus tam per exempla:q̄ per docu-
menta ſanctorum. Et primum quidem euange
lice perfectionis precurſor ſuo exemplo eam deſtru
it:& eam gabriel angelus in eius commendatione
deiecit.Ait enim Luce primo. Erit enim magnus
coram domino:uinum & ſiceram non bibet &ce.
ergo abſtinentia coram domino magnum reddit.
Hoc ipſum uas electionis paulus ſibi neceſſari-
um aſſerit.d.i.ad Corin.nono.Caſtigo corpus me
um & in ſeruitutem redigo:me forte cum aliis pre
dicauerim ipſe reprobus efficiar. Ad hoc facit
multum quod Euſebius in eccleſiaſtica hyſtoria li-
bro ſecundo refert ꝙ inter ſanctos epiſcopos quoſ
euangelica uita inſtituit:uinum nemo guſtare con
uenit: nec aliquam carnem:tantum aqua eſt eis
potus: & panis cum ſale & hyſopo cibus.
De auſteritate autem eorum quorum uitam
conſtat fuiſſe perfectionis exemplar pretermitto
narrare: quia de eis libri ſunt pleni. Le-

tus circunſtãtia inclinante ad ĩfimũ iuſtitie ſtatũ ut
uim faciẽti & iniurianti:dimittere ueſtẽ pp fugam
maioris iniurie.Impfectũ ſcd̃m ſe eſt actus qui nõ
ſtat cũ euãgelica pfectiõe:ſicut in matrimoniũ cõ-
ſentire:uxorẽ ducere:uel fugere pauptatẽ. Cum
igitur tã mľtiplicit̃ dicat̃ impfectus q̄ pfcũs actus
claꝝ eſt ꝙ ſicut malũ in gener̃ põt fieri bonum ex
circũſtantia:ut occidere hoĩem auctoritate iudicis:
q̄a maleficus ẽ:& quia lex iubet:& quia rei publice
confert.Et econtrario bonũ in genere põt fieri ma
lũ ex circũſtantia:ut dare elemoſynã pp inanẽ gl̃iã
ſic & pfectũ in genere põt fieri ĩpfectum ex circun
ſtantia:ut relinq̄re ſua modica bona ut recipiat ma
iora bona eccleſiaſtica:uel religionẽ intrare ut pe-
nuria fugiat̃:uel ab oĩ carnali libidine abſtinere pp
uitam carnis ꝓlõgandam.Ecõtrario ĩpfectum in
genere poteſt fieri pfectũ ex circũſtantia:ut fugere
mortem ut quis gl̃ioſius & fructuoſiuſ & ĩ oppor
tunius patiat̃ ꝓ honore dei & ſalute proximi quõ
fugit xp̄s & apl̃us paulus.Sic & in conſimilibus ẽ
dicendum ac intelligendum. Ex his patere põt
quid de pfectione operum ieſu ueraciter ſentiẽdũ
ẽ. Nam cũ loquimur de operibus xp̄i:poteſt fieri
ſermo de opere interiori uel exteriori.Interius di-
cimus opus opans:uel illud quod in ſua efficit mẽ
te.Exterius dicimus operatum opus quod patet ĩ
oculis hominum uel in animo ſenſitiuo. Omne
aũt opus xp̄i opans uel interius in mente eſt per-
fectiſſimum quia ex charitate perfectiſſima proce-
dit & ẽ actus pfectiſſime uirtutis. Opus uero ex
terius in ſe conſideratum aliq̄ñ fuit pfectum de ge
nere actus:ut morti ſe offerre:animam pro ouibuſ
dare. Aliquando imperfectũ:ut a facie perſequenti
um fugere:& ſeipſum abſcondere & triſtem eſſe:&
mortem timere:& pro amotione calicis exorare.

Veruntamen hoc opus relatum ad incendium
charitatis ieſu:& rationem & cauſam quare hec fa-
ciebat:& ad diuinam perſonam ieſu xp̄i cuius erat
opus:non ſolum non erat imperfectum:ſed erat ꝑ
fectiſſime pfectum.Vnde Bernardus in ſermõe de
beato Andrea tractans illud. Si fieri poteſt tranſeat
a me calix iſte. Agnoſco in duce belli puſilla-

UVA. BHSC. IyR_070

nimem trepitudiuem. Agnoſco uocem egroti in medico. Agnoſco infirmātem gallinam cum pul-lis. Conſidero charitatem: ſtupeo indignationem: expaueſco humilitatem. Miſericors deus nō beati Andree robuſtum ſuſcepit affectum: quia nō ſanis eſt opus medicus: ſed male ſe habētibus. Si forte quēpiam dignatio ſcandelizat: plane mereatur audire. An oculus tuus neq̄ ē: quia ego bonus ſum: cui enim odor uite in mortem eſt. Quid magnum fuerat domie ieſu ſi accedēte hora propter quam ueneras ītrepidus ſtares tanq̄ qui poteſtatē habebas ponendi animam tuā: & nemo tollebat eam a te. An nō longe glorioſus fuit: quando quidem totū propter nos agebatur: unde non ſolum paſſio corporis: ſed etiam cordis affectio ꝓ nobis faceret: & quos uiuificabat mors tua: nihilominuſ & tribulatio robuſtoſ: & meſtitia letos: & tedium alacres: & turbatio quietos faceret: & d̄ſolatio conſolatos: hucuſq; Ber. Et ſupra habuiſtis ab auguſtino ꝙ ſublimius aliqd fecerit Paulus quantum ad extrinſecum opus: nec tamē paulus ſublimius chriſto: imo chriſtus ſublimius: qr miſericordius. Quando dicit ꝙ ipſa condeſcenſio: qua chriſtus condeſcendebat īfirmis & imperfectis: & ſub limitate procedebat perfectiſſime charitatis. Ac ꝓ hoc uerū eſt ꝙ chriſti opera infirmorum in ſe ſuſcipiendo perſonam de genere actus īfirma & imperfecta erant. Verum eſt nihilominus ꝙ illorum oppoſita laudabiliter poſſunt fieri: & laudabilius eſt facere illa perfectis pro loco & tēpore: q̄ in hoc imitari chriſtū in exteriori opere: uerū etiam ꝙ nūquā ex hoc diſcipulus eſt ſuper magiſtrum: qr nullus tanta charitate aſcendit ad illa fortia: quāta chriſtus condeſcendit ad iſta infirma.

Secundum preambulum ꝙ uiri perfecti non ſe quūtur ieſum in omnibus extrinſecis actibus ſuis.

Ro ſecundo preambulo ſciendum eſt ꝙ benedictus ieſus non uult ꝙ in omni exteriori opere uir ad perfectionē anhelans ipſum debeat imitari: quia aliqua ſibi conueniunt ſicut uniuerſali exēplari omnium ſaluandoꝝ: & ſicut uniuerſali medico & medicine omnium infirmorum: que aliquis uir particularis laudabilius omittit q̄ facit: ſicut pius ieſus mulieres ſe cōcomitātes & ſuſtātātes habuit: quia ſicut dicit Hieronymus inter iudeos cōſuetudinis non reprehenſibilis fuit: paulus tamē perfecte fecit: qui gentibus predicans hoc ipſum ad euitandum ſcandalum recuſat. Similiter cōmunis omnium ſaluator ieſus īter homines habitauit perfectus baptiſta Ioānes ad reddendum inſuſpectum chriſto teſtimonium: in deſerto ſolitarius uixit: ieſus pius condeſcēſoruinum] bibit. Ioannes baptiſta rigidus predicator uinum & ſiceram non bibit. Ieſus cū muliere ſolus locutus fuit: ſectator puritatis chriſti Ioannes mulierū conſortia fugit. Chriſtus peccatrici deoſculandos pedes prebuit. Sanctus uir peccatoribus predicās tactum mulieꝝ abhorret & abegit. Chriſtus ſciēter loculos ſeruādos furi commiſit. Sapiēs prelatus nō fidum diſpēſatorem reppellēs fidum requirit. Chriſtus miſertus pauperibus loculos habuit. Paulus propriis laborans manibus pauperes ſuſtētabat. Omnium fortitudo ieſus imminente paſſiōe ſua trepidauit. Andreas letus & gaudens crucem ſalutauit. Sic & in pluribus aliis poteſt inductio fieri: ut in fuga & loculis ī quibus benedictus ieſus ſuam charitatē ex qua talia procedebant opera: imitādam proponit uiris pfectis. Sed in exteriori opere non ſolum imitationem nō quetit: ſed contrariū uiris perfectis aliquādo ſuadendo: aliquando predicādo imponit: ſicut de pecūnia patet quā apl̄is precepit nō portare. Sicut & apoſtolos cōfortauit ad ītrepide portāda tyrannorum ſupplitia. d. Nolite timer̄ eos qui occidūt corpus: ſicut & benedictus ieſus eternū uerbum & ars plena omniū rationum uiuentium ē exemplar perfectum & ydea oīum creaturarum: ita ꝙ ſine aliqua imperfectiōe diuinitatis ſue omnis creatura quātūcūq; modica repreſētatur in ea: ſicut & quātum participat diuini exemplaris ſimilitudinem tm̄ eſt. & non plus. Et q̄liber creatura habet propriā rationē: quā imitatur ī eſſe diuio: & ad cuius exemplar ē facta. Sic & omniū redemptor ieſus uniuerſale principium gratie fons & exēplar omnis iuſtificationis create: ſecūdum ſuam humanitatē in ſue charitatis īmenſitate continet omnē gratiā & omnē gradū glorie datū & donandū: & ut credo dabilem omni redēpte nature. Nec aliquid ſiue modicum: ſiue magnū gratie uel uirtu is ē ī membris ieſu: niſi illud ꝙ ipſe eiſdē in ſeipſo meruit: diſpēſauit: & diſtribuit: & ꝓ ipſis ī ſeipſo a ſua deitate accepit. Nec aliqd ſumuſ ī eē gratie: niſi ꝙ benignus ieſus ī ſeipſo nos fecit. Et ſicut diuinū uerbum ieſus ſine īperfectione ſue pulchritudis eterne: fecit uarias figuraꝝ formas ī corporibus: quaꝝ aliq̄ in reſpectu ſuperioꝝ uident̄ impfecte: licet in ſua ſpecie ſint pfecte: ſicut incarnatū uerbum in ſue cōuerſatiōis uniuerſali exēplo uarios mēbroꝝ figurauit ſtatus & actus: quoꝝ aliq ex genere opis ſūt īperfecti correſpōdentes ſuis impfectis mēbris: q̄ tn̄ membra perfectionē hn̄t debitā ſcd̄m illū gradum gr̄e ad quem electrix charitas ieſus eos elegit & ſibi ī ſeipo & ī ſuo merito diſpēſauit. Et illa opa piiſſimi ieſu q̄ exterius īperfecta appent ī ipſa radice charitatis ſue tāto ſūt ſublimius pfecta ſicut dictū eſt ſupra: quāto maioris miſeratiōis cōdeſcēſione ſūt a piiſſimo corde ieſu exhibita & aſſūpta: ut dictum ē ſupra. Aduidendū autē in quibus actibus uniuerſale exēplar uirtutis ieſu ſe exhibet imitādū uiris perfectis: diſtinguemus actus multiformes q in xp̄o ieſu refulgēt. Nā in chriſto ieſu actus quidam

Oſtendunt ſublimitatē potentie: ut ſup aquas nudis pedibus ambulare: elementa conuertere: panes multiplicare: ſeipſum tranſfigurare: & cetera miracula facere: Quidam

UVA. BHSC. IyR_070

Oſtendunt lucem ſapientie & archana celeſtia referre: ſecreta cordium ſcrutari: futura precedere.

Oſtendūt quidam ſeueritatem iudicii & potentie iudiciarie: ut eiicere uendentes & emētes de templo: & carhedras uendentium columbas eiicere & dura increpatione ferire pontifices.

Oſtendunt quidam officii dignitatem: ut ſacramētum conficere corporis ſui: imponere manus & peccata relaxare.

Oſtendunt quidam condeſcenſionem miſericordie: ut latere in perſecutione: fugere: ſudare: trepidare: contriſtari in morte: loculos portare: & ꝓ amotione calicis p̄rem exorare.

Oſtendunt quidam & reſpiciunt informationem uite perfecte. Sicut paupertatem ſeruare: uiginitatē cuſtodire: deo & hominibus ſe ipſum ſubiicere: pedes diſcipulorum lauare: peruigiles noctes in oratione ducere: pro crucifixoribus exorare: & ſeipſum morti etiam pro inimicis offerre. Cū igitur ſex ſint huiuſmodi actuum uarietates: ī ultimis his dūtaxat eſt imitari ipſum perfectum. Nam in his que ſunt excellentie ſingulatis eſt impium & luciferianum: niſi fuerit alicuius priuilegii ſingularis dono impoſitum & conceſſum. In his autem que ſūt ſeueritatis & dignitatis eſt preſidentium & prelatorum. In his uero que condeſcenſionis ſunt infirmorum & imperfectorum eſt imitari xp̄m quantum ad actum extrinſecum. Non ꝙ imperfectorū ſit condeſcendere quantum ad actum intrinſecum & aliquando extrinſecum eſt perfectorum. Sed imperfectorum eſt ſimilia facere ī ſue uite decurſu que in talibus condeſcenſionibus exterius chriſtus oſtēdit. Quod perfectio & imperfectio non dr̄n̄t ſicut uirtus & uitium.

Ro tertio preambulo attendendum ē ꝙ imperfectio non differt a perfectione: ut multi ignorantes dicunt ſicut rectitudo & diſcortitudo ſicut iuſtitia & peccatum: ſicut: puritas & pollutio: ſicut gloria & ignorantia: ſicut uita & mors: ſicut ſanitas & egritudo: ſicut inceſſus rectus & claudicatio: quia ex hoc multa ſequūtur abſurda. Nec perfectio & imperfectio dr̄n̄t ſicut contraria: ſed ſicut maius bonum: & minus bonum. Ac per hec ſicut maius meritorium: & minus: ſicut maius dei forme: & minus: ſicut gloria & ſanctitas maior & minor. Quod licet intelligentibus ſit ꝑ ſe notum: tamen de hoc oſtendamus' ſententiam ſanctorum. Dicit enim Ambro. p̄rio libro de offi. Officium omne aut medium: aut perfectum eſt: ꝙ ea q̄ approbare poſſumus ſcripture auctoritate cōuenire: & in euangelio dixiſſe dominum. Si uis ad uitam ingredi ſerua mandata. Nō occides &c. hec media ſunt officia de quibus aliquid deeſt. Ideo ſequitur. Si uis perfectus eſſe &c. Hoc eſt igitur perfectum officium: quod greci cathothema. i. correctionem uocant: quo corriguntur omnia que aliquos poterant lapſus habere: hec Ambro. Ex q̄bus colligitur ꝙ medium eſt officium imperfectū & nullum dicit peccatum cum conſiſtat in obſeruantia mandatorum. Cui conſonat Aug. de bono coniugali. Quid dicturi ſumus aduerſus euidētiſſimam apoſtoli uocem dicentis. Qui nubit nō peccat: & ſi acceperis uxorem non peccas: & ſi nupſerit uirgo non peccat: hec certe non dubitare fas eſt nuptias non eſſe peccatum. Non utiq; nuptias ſed ueniam concedit Apo. Non quiſ ambigat abſurdiſſime dici non eos peccaſſe quibus uenia dat̄: ſed illum concubitum ſecundum ueniam cōcedit qui fit propter incontinentiam: non ſolum cauſa procreandi: ſed etiam nulla cauſa procreandi: q̄ nuptie fieri non coguntur: ſed ignoſci impetrant. Cōcubitus enim ſola cauſa generandi inculpabilis: ſolus ille nuptialis eſt: hec Aug. Conſtat autem ꝙ nuptie non ſtant cum euangelica perfectione: que eunuchizare docet perfectionis ieſus propter regnum celorum: igitur in perfectis coniugatis non requirit ueniam. Multa enim ſimilia Aug. docet in eodem libro. Bonum inquit erat ꝙ martha occupata circa miniſterium erat ſanctorum: ſed melior quod maria ſoror eius. Bonum ſuſanne in coniugali caſtitate laudamus: ſed tamen ei bonū uidue anne ac multo magis marie uirginis āteponimus. Bonum erat quod faciebant qui de ſubſtantia ſua xp̄o & eius diſcipulis miniſtrabant. Sed melius q̄ omnem ſubſtantiam ſuam dimiſerunt ut xp̄m dominum expeditiores ſequerentur: hec Aug. Hieronymus quoq; ad demetriadem: prohibent̄ mala: precipiuntur bona: conceduntur media: ſuadentur perfecta. In duobus primis eſſe peccatum concluditur. Reliqua uero in noſtra poteſtate cuncta ſunt poſita: ut aut utamur conceſſis ac licitis: aut ob maius premium ea que nobis permiſſa ſunt reſpuamus. Ex his ſanctorum auctoritatibus clare patet ꝙ imperfectio nullam dicit culpam: ſed dr̄n̄t ſicut maius bonum: & minus bonū: ꝙ ex hoc minus intelligens aduertere poteſt ꝙ recenter baptizatus quā̄q̄ nondum peruenerit ad apicem perfectionis boni: nulla tamen eſt infectus labe peccati. Circa materiam perfectionis quattuor declarantur articuli.

Is ergo preambulis prenotatis: nobis conſiderandum eſt in quo perfectionis euangelice que in cōſiliis ieſu continetur ſumma conſiſtit: quid ue perfectionis ſtatus ad ſtatum imperfectionis adiiciat: quotq; modis perfectionē reperiri contingat: tandemq; per quē modū unus ſtatus perfectionis alterum tranſcendat in ipſa perfectione. Sciendum igitur ꝙ radix: forma finis: complementum: & uinculum perfectionis charitas eſt ad quam magiſter ſummus xp̄s leges & ꝓphetas & per conſequens uniuerſa dei documenta reducit. Charitas uero triplicem habet ſtatum.

Vnum infimum in obſeruantia mandatoꝝ dei.

Secundum medium q̄ cōſiſtit in obſeruatiōe & impletione ſp̄ualium conſilioꝝ.

UVA. BHSC. IyR_070

Tertiū.ſupmū qui cōſiſtit ī pfruitōe premiorum.
Ideo triplex eſt perfectionis differentia in ſcriptura ſacra deſcripta.
Vna neceſſitas de q̄ deutero.xviii.perfectus eris.& abſq̧ macula corā dn̄o deo tuo.Glo.abſq̧ macula criali.Et de hoc pſper de uita cōtemplatia. per fecti ſunt qui uolēdo quod deuſ uult pctibus nullis quibus offendatur acquieſcunt.
Secunda eſt perfectio ſupererrogatōis: de qua dicitur Math.xviiii.Si uis perfectus eſſe:uade & uēde oīa que habes & da pauperibus:& hēbis theſaurū ī celo & ueni ſeq̄re me.Et de hac Hiero. ad Heliodoꝝ.pfectus ſeruus chriſti nihil preter chriſtū:aut ſi p̄ter xp̄m aliquid habet perfectus nō eſt
Tertia perfectio eſt illuīate plenitudinis .& hec eſt patrie.de qua ſapiēs ī puer.iiii.Iuſtoꝝ ſemita quaſi lux ſplēdens pcedit & creſcit uſq̧ ad perfectū diem ideſt diē uiſionis fulgidā claritatē. Prima & ſecūda pfectio differūt a tertia: ſicut meritū & premiū. icut uia & pria.media quoq̧ differt a p̄ma:ſicut diſtiguunt᷑ cōſiliū & preceptū. Oīa uero tam cōſilia q̄ pcepta referūt᷑ ad chariraris illius impletionē & excellentiā uel obſeruantiā:quā ſic deſcribit apo. i.ad thy.i.Finis p̄cepti eſt charitas de corde puro:& & conſcia bona:& fide non ficta. inſinuās triplicē actū charitatis ſcilicet
Declinare malū cū dicit:de corde puro
Proſequi bonū cū dicit:conſcientia bona
Patienter ferre aduerſa cū dicit:& fide non ficta.

Glo.i.non fictili uel fragili.ſed cōtra aduerſa forti. Quia uero hic triplex charitatis actus duobuſ modis ab habitu uirtutis egredit᷑ uel ſecundū legē precepti & obligatiōis neccīe & utilis qđ includit omēs qui uolūt ſaluari:uel ſecundū legē conſilii & obligatōis ſpōtanee & ſpālis.qđ ſolū ſuadetur hiiſ qui perfecte deſiderāt cōfigurari ad xp̄m ieſum .& ſequens includit p̄mum.Et ſuperaddit q̄tum poſſibilitas uiatoris admittit diuerſo tamē gradu in diuerſis:hinc eſt q̧ ſecundū cū p̄mo dicit᷑ pfectum. Primū uero abſq̧ ſecūdo q̄q̄ ſit aliquo mō pfectū ſecūdi tamē reſpectu dicit᷑ impfectū.ſicut ſupra uiſum eſt per Ambro.in li.de officiis. Cum igitur de perfectiōe euangelica loqmur dicentes q̧ ieſus perfeta cōſuluit cōiter de hac media intendimuſ loqui:& iſtiuſ mōi pfectionis notificationē ex precedentibus colligere poſſumus.ſ.q̧ ipſa ſit conformitas uiatoris ad xp̄m.i.per illū uirtutiſ habitum quo ſupererrogatiue benedicti ih̄u ſequēdo cōſilia declinantur mala efficiunt᷑ bona & proferūt aduerſa. In hiis.n.tribus tres partes euangelice perfectionis magiſter ieſus non ſolū uoluit declinare mala innocenter uiuēdo:ſed etiā oēm ocaxionē extriſecam euellendo radicē in exteriori ſua cōuerſatōe fugiendo.Et ideo pauperrimus ſemper fuit ut ſupra patuit de uirgine natus uirgo mundiſſimus & honeſtiſſimus ſemper fuit. Et licet eſſet ſecundū q̧ homo rex regum & dominus dominantium ſecundū perſonam dei filius tamen ſemetipſum exinaniuit: non ſolum accipiens ſerui naturam. ſed etiam ſeruilem & ſubiectam deo & hominibus ducendo uitam.propter quod beatiſſime marie uirgini matri & Ioſep ſubditus fuit:& patri uſq̧ ad mortem obediuit. In his ergo tribus trinam malā radicem que treſidentium ordīes beſtie quibus carnalium uitam deuorat perfecte cōtriuit. ac per hec ab omni malo & mali occaſione perfecte declinauit:he radices ſunt.
Auaritia ſiue concupiſcentia oculorum.
Luxuria ſiue concupiſcentia carnis.
Superbia uite.

Poſtquam autem ſic mala omnia perfecte declinauit in ſe declinanda docuit in perfectionis ſue cōſiliis. In primo dedit conſilium pauptatis:ī quo conſuluit omnia tēporalia iura derelinq:cum dicit. Si uis perfectus eſſe uade & uende omnia que hēs. Et ſi poſſibilitas adeſt pauperibus diſperge cū ſubdit.Et da pauperibus.& penurioſo & ſtricto rerum uſu alienarum amore dei conceſſarum cōtentari.q̄tum ad necceſſitatem uite in eo quod ſubdit.Et ueni ſequere me.Nā ſicut ſupra probatum eſt. uixit ī paupere uſu. In ſecūdo dedit conſiliū profundiſſime humilitatis.Math .xvi. Qui uult uenire poſt me abneget ſemetipſum:& tollat crucē ſuā & ſeq̄tur me:& de ſua uoluntate nihil retinēdo ſibi tollat crucem ſuam.i.diuinas inſpirationes interius etiā imponēs prelatis exterius cōtra proprie uoluntatiſ appetitū cōplendo:ac per hoc ad ipſius ſemp ſtudens cruciatū.& ſequat᷑ me.ut in his ſemper perſeueret uſq̧ ad mortem : & in hoc ſuperbiā & omnē eius prolē funditus eradicat. Pro tertio conſilio dicit Math.xviiii.Sūt eunuchi qui.ſ. propter bonū mūdicie deſiderate ſe caſtrauerūt.i. omnē actū de carne abſciderūt propter regnū celorū propter imitandum xp̄m mundiſſimū & uirginē mundiſſimā in quibus ſolis celeſtis mundicia plene regnat.

Et quia ſemper oportet iſtoſ falcem acutam portare in māibus ad ſe iugiter caſtigandū & amputādum pululatōes carnalis libidinis que in membris continne germinant urticas & ſpinas appetituum immundorum.Et hoc eſt ſumme difficile cōtinue amputationi uacare : & ab omni etiā conceſſo carnis actu abſtinere.Idcirco hec ſingulariter ſubiungit conſulendo non precipiendo.Qui poteſt capere capiat. Et quia idē eſt perfectiſſimū dei donum nullo modo ex nobis.Ideo Petro dicenti.Non expedit nubere.R̄ndit ieſus gratie zelator. Non oēs capiunt uerbum iſtud.ſed quibus datum eſt. Et tunc diſtincte diuerſis modis continētie ſubiūgit euangelice puritatis conſiliū.ſicut dictū eſt: quam mundiciam docet cuſtodiri in affectibus:operibus: & in omnibus ſenſibus In hac igitur triplici ſupererrogatōe decliatiue triformis origis oīs mali ieſus chriſtus docuit p̄mā ptem cōſiſtere pfectionis euangelice & omnis regule perfectiue Secundā uero perfectionis partē notificatio ſuprapoſita dicat conſiſtere in proſeq̄ndo bona q̄ ſecūdū duplicē



UVA. BHSC. IyR_070

uitã.ſ.actiuã & cõtẽplatiuã. in duobus conſiſtit.ſ.
cõdeſcẽſione ad ꝓximũ: & i ſurſũ actiõe mẽtis i de
um. Cõſiſtit autẽ ſuperogatio charitatis ad pro
ximũ in eo: ꝙ ſecũdũ legẽ iuſtitie & miſericordie:
amoris ſigna & beneficia non ſolũ ad amicos: uerũ
etiam ad inimicos benignitate largiflua ꝓtendũt.
Secundum illud. Mat.v. Diligite inimicos ueſtros
& ce. Et ſubiungit. Eſtote pfecti & ce. Per hunc
etiam modũ ſuperogatiua ſurſũ mentis actio in de
um in hoc attenditur: ut ſecũdũ legẽ mẽtalis mun
ditie ac pacis per amorem extaticũ in diuinos ſplẽ
dores & ardores mens deuota ſacrum ſentiat & pa
tiatur ut dictũ ẽ ſupra exceſſũ. Quia ſecũdum illud
Apl'i.ii.Cor.v. Siue mente excedimus deo: ſiue ſo
brii ſimus uobis. Et hic eſt cibus ſolidus pfectorũ
eoꝝ q exercitatos habẽt ſeſus in orationis ſtudio.
pro quo dicit ieſus oportet ſemp orare: & nũq̃ defi
cere. Et multum ad orationis ſtudiũ efficaciter idu
cit apoſtolos: dum eis in multis uerbis exhortati-
uis & parabolis inductiuis docet in oratione apud
patrem inſtare oportune: oſtendens piiſſimum pa
tris affectum ad affluenter dandum humilirer po-
ſtulata. Licet autem miſericors deus ſit liberaliſſi
mus & promptior ad dandum: q̃ nos ad recipien-
dum: uult tamen orari a nobis ut occaſionem ha-
beat largiendi: non ſolum oratione mentali: que ẽ
aſcenſus mentis in deum: uerum etiam uocali que
eſt petitio decentium adeo non ſolũ propter noſip
ſos: uerum etiam per ſanctos tanq̃ per coadiutores
nobis diuinitus datos. Horum autem ratio eſt:
quia licet humilimus & miſericors ieſus ſit ſũme
bonus in ſeipſo: eſt tamẽ ſiml' miſericors & iuſtus
in opere propter ſuam miſericordiam libentiſſime
condeſcendens humane miſerie ſuam gratiam in
fũdendo. Et ſemper primã gratiam dat ſine aliquo
merito maxime condigni. Quia uero ſimul cũ hoc
eſt iuſtus: ideo donum perfectum non dat niſi de
ſideranti de lege cõi. Nec gratiam niſi regratianti.
Nec impendit miſericordiam niſi miſeriam ſuã re-
cognoſcenti. Nihilominus regratiare: deſiderare
recognoſcere ſe miſerum: totum a gratia ſua proce
dit: que niſi preueuiat: in anima corrupta nullo mo
do ſunt iſta. Vult ergo dominus per gratiam ſu
am peti: ne uileſcat nobilitas doni. Quoniã ergo
orantis eſt

Diuinum affectare ſuſidium

Proprium allegare defectum

Gratias agere pp beneficiũ gratis datum

Hinc ẽ ꝙ deus uult his orari ut iuſtius ſua munera
largiatur. Quia uero ad hoc deſiderium ſurſum
tendit ad impetrandum efficaciter dona diuina: ne
ceſſe eſt ꝙ affectio noſtra ſit feruida: & cogitatio i
unũ collecta: & expectatio noſtra ſit certa & firma.
Et quia cor noſtrum frequenter eſt tepidum diſper
ſum & pauidum: propter peccati remorſũ: nec au-
det per ſeipſum ſepe comparere ante diuinum con
ſpectum: hinc eſt ꝙ dominus uoluit nos orare: nõ
tantum mentaliter: uerum etiam uocaliter ad no-
ſtri affectus tepidi excitationem: inflanmationem
& recollectionem cogitationum per ſenſum uer-
borum que uocaliter proferimus. Voluit etiam
nos orare: & ab ipſo petere per ſanctos & ſanctas &
ipſoſmet orare pro nobis ad dandam fiduciam pa-
uidis: & qui non audent: uel non poſſunt impetra
re per ſe: per idoneos impetratores obtineant: ac
per hoc in orantibus humilitas obſeruatur. In ſan
ctis intercedenntibus dignitas declaratur. In om
nibus chriſti membris charitas & unitas oſtẽditur:
quia inferiora ad ſuperiora fiduciáliter recurrunt: &
ſuperiora inferioribus liberaliter condeſcendunt.
Rurſus quia deus iuſtus & miſericors exaudire
non debet niſi in his que ſpectant ad ſuum hono-
rem & noſtram ſalutem: que quidem neſcimus ni
ſi doceamur ab ipſo: deo piiſſimus ieſus ne uaga-
remur incerti: formã nobis poſuit in oratione quã
docuit. In qua ſub ſeptenario petitionum uniuerſi
tas conprehenditur petendorum. Si autem con
ſideretur quis hanc orationem ſanctiſſimã compo
ſuit: quia ieſus aperte uidebitur: quia nec ſapiẽtius:
nec ordinatius: nec feruẽtius: nec efficacius: nec ſa
lubrius pouit ab alio q̃ ab ipſo ea nr̃e oȓonis forma
componi. Nam ipſe benedictus & miſericors ieſus
ſplendor paterne ſapientie clariſſime cognouit que
decebat eum dare: & expediebat nos recipere. Ie
ſus autem amore noſtro tantum ebrius ut mortẽ ꝓ
nobis liberandis eligeret ex ardentiſſimo amore
in hac oratione poſuit quicquid nobis neceſſarium
& utile uidit. Et quia tota noſtra uilitas fuit & ẽ
deum colere perfecte: quem ieſus homo ꝓ nobis
perfecte coluit. Id circo hanc orationem illo modo
compoſuit quo magis dicendo in ea deus collatur
a nobis. Et ideo nulli dubium eſſe debet quin iſta
perfectiſſima ſit oratio: & ſuper omnes alias perfe-
ctiſſime ruminauda: & eterno patri feruentiſſime
& confidentiſſime proponenda in merito & cha
ritate inſtruentis ieſu. Conſulo tamen omni
ipſam recitanti ꝙ mentem ſuam colligat & erigat
ad intellectum & charitatem ieſu inſtituentiſ ipſam
qui tunc perfectiſſime diligens membra ſua actu
uidebat omnes eorum defectus & neceſſitates: affe
ctus & deuotiones: & omnibus ſuum applicauit
amorem. Et ideo dicat orans ad chriſtum. Me
totum intromitto in alium ſplẽdorem intellectus:
& in illum ardorem affectuſ quem habuiſti inamo
rate de nobis ieſu: quando hãc orationem compo
ſuiſti & dixiſti pro nobis membr̃is tuis: & pro me
miſero peccatore. Ad totam autem beatiſſimã
trinitatem que in paterno premittitur nomine di
cat in corde ſuo ꝙ in merito & charitate redempto
rĩs ieſu & anime ſue accedit ad ſuũ aſpectum: hoc
ſolum & nihil aliud intendens petere ꝙ anima ie
ſu pro ſe & pro omnibus hanc orationem dicendo
petere intendebat. Attende autem ꝙ due ſunt
radices diuini cultus in quibus uere colit' deus. Et
has in principio orationis ante petitiones ieſus ꝓ
fundamento locat

UVA. BHSC. IyR_070

Prima eſt ſentire de deo piiſſime. Et pro hac dicit.
Pater noſter: ut & piiſſimum te faciat ſētire deū
cui dat uocabulum paternum & affectum cū di
cit. Pater. Et in teipſo te piiſſime faciat diligere
omnem proximum quem ad ſummi patris te-
cum filiationem aſſociat: cum dicit. noſter. & ñ
meus. In quibus duobus uerbis perfecte duo p̄
cēpta charitatis ſubſternit.

Secunda radix eſt ſentire de deo altiſſime ut per
primā ſcias eam uelle: & per ſecundam poſſe. Alti-
tudo autem ſui eſſe nobis ſenſualibus ingeritur p
eius exiſtentiam in altiſſimo celo etiam corporali.
Sed ſpiritualiter eleuando intellectum per eſſe ī ce
lis uult intelligi ſiue oſtendere deum eſſe in altiſſi
mis ſue nature proprietatibus incomprehenſibili-
bus & celatis: & etiam ꝙ eſt ī altiſſimis ſāctis quos
celos uocat. Ac per hoc noſtra augetur fiducia: cum
ipſi ſolliciti ſint pro nobis inter quos eſt principa-
liſſima beata uirgo maria. Poſtea format petitio
nes quarum prime tres animam formant ſiue ordi
nant in deum: quattuor ſequentes ſpecialiter reſpi
ciunt hominis defectum. Prima petitio petit regu-
lari hominem ad deum totam noſtram intentio-
nem. Secunda petit nos eſſe perfecte dei poſſeſſorē
Tertia petit ī nobis ad deū nullā eē rebellionem:
ſed perfectam in ipſum transformationem. Pri-
ma dicit. Sanctificetur nomen tuum. i. talis ſit tota
uita mea: ꝙ nomen tuum ſanctificetur ī ea. Et hoc
eſt primum & ſummum quod debet anima pe-
tere ꝙ in ſe dei factura laudetur: & glorificetur il-
le qui fecit eam. Ac per hec appareat ſanctus & bo-
nus talem creaturam faciendo: & talem ſibi tribuē-
do uitam: & hoc quidem erit ſi addatur ſecunda pe
titio pro qua ſecundo addit. Adueniat regnum tu-
um. i. ſicut regnum tuum eſt optimum. Sic ad me
ueniat ut me plene poſſideat in omnibus interiori
bus & exterioribus meis. Nam ſi aliquid remanſe-
rit non a te poſſeſſum: in me non ſanctificabitur no
men tuum. Nūc autem a te plene poſſidebor ſi tue
uoluntati per omnia ſubiacebo. Et hoc eſt quod pe
tit tertia petitio pro qua ſubiungit. Fiat uolūtas tua
ſicut in celo & in terra. i. ſicut in patria uolūtas bea
torum eſt ibi tibi ſine rebellione ſubiecta. Sic & no
ſtra ſit qui ſumus in uia. Illi celum & nos terra: uel
ſicut fit in celo mentis. Sic fiat in terra totius ſtatuſ
inferioris: uel ſicut in celo tui influxus & immiſſe
gratie fiat uoluntas tua. Sic ſit in terra noſtri affcūs
operationis extrinſece: uel altius. Sicut in celo aſſū-
pte nature ieſu. Sic ſit in terra infirmitatis noſtre q
ſumus eius membra. Tunc autem uoluntas dei
fit in nobis quando tota uoluntas noſtra eſt p xp̄i
gratiam mortificata & excluſa a nobis: ut in omni-
bus nihil uelimus de nobis uel de aliquo creatura
niſi quod & pro quo deus uult: & ſicut ab eterno
in ſuo ſecreto diſpoſuit: & in chriſto ieſu impleuit.

Et in hoc ſtat plene uoluntas deo ſubiecta & in
ſe mortua & in deo totaliter traſportata. Et hoc eſt
ꝙ dicit. Fiat uoluntas tua ſicut in celo & in terra: ſi-
cut in tuo celato: & eterno cōſilio eſt factum & diſ
poſitum: ſic fiat in terra. i. in omni creatura que re-
ſpectu eius terra eſt per opus extrinſecum. Et ſic
uides ꝙ iſtud petere eſt pleniſſime dei uolūtati cō
formem eſſe: & unam uoluntatem ſine rebellione
ſub deo annihilatam iacere. Et hoc eſt nomen dei
in nobis ſanctificari: & ſuum regnum ad nos ple-
narie aduenire. Vnde uides ꝙ petitiones ipſe ſe
mutuo continent: & una eſt explicatio alterius: & ī
una intelliguntur omēs. Ad hanc autem poſſūt
reduci inferiores quattuor: quia hic eſt ſolus panis
qui eſt ſuper omnem creatam ſubām: ut ſit ſuper
ſubſtantialis qui eſt & quotidianus. i. quotidie ſu-
mēdus: quem ſolum debemus comedere: & a deo
petere: ut in hoc reficiamur nos nihil uelle niſi diui
nam uoluntatem perficere In hoc ſolo ſunt no-
ſtra debita que debemus petere nobis dimitti ſi in
ueniamur in aliquo diuine uoluntati contrarii: hec
eſt ſola tentatio in qua debemus petere non in
duci ne in nobis aliquid remaneat uel initatur pro
prie uoluntati ſub ſpecie cuiuſcunqꝫ boni proprii
uel alieni. Et in hoc plene ab omni malo libere
mur: quia in deo tranſeūtes efficimur dii & filii dei
excelſi. O q̄ innumera hic continentur altiſſima
& inexplicabilia menti infirme. Sed deſcendendo
īferius proſequamur quia diximus ꝙ quattuor pe
titiones ultime noſtre fragilitatis ſignificant defe
ctum. Nam ad tria ſuperiora petita habemus dupli
cem defectum. Impotentie quia ad hec nō poſ
ſumus attingere. Malicioſe reſiſtentie: quia hec co-
namur impugnare. Contra primum eſt quarta pe-
titio. Panē noſtrum quotidianum da nobis hodie:
ubi nomine panis intelligitur omne adiutorium:
tam ſuſtentationis nature q̄ collatiōis gratie ad cō
ſeruanda & conſequenda. Pro ſecūdo ſubnectit ter
ra: quia enim collationem gratie impedit preterita
culpa: preſens pugna: pēalitaſ cōtracta. Idcirco hoc
triplex īmpedimētum poſtulat ammoueri. Ali
ter poſſumus dicere ꝙ nomine panis intelligitur
ſuſtentatio corporalis que petitur temperata: unde
Caſſiodorus dicit ſuper hoc. Qui ſuperflue come-
dunt: non petunt panem quotidianum: ſed multo
rum dierum. Qui uero nolunt communicare non
poſſunt dicere noſtrum. Pro quinta petit dimitti
debita. i. peccata preterita cui & ratio ſubditur di-
miſſio fraterna. Pro ſexta petit in tentationem ñ
induci per conſenſum. ꝙ eſt a tentatione ſuperari.
Non enim petit non tentari: quia hoc poſſet eſſe
damnoſum: ſed petit de tentatione triumphare.

Pro ſeptima petit liberari a malo omnis pene:
tam preſentis: q̄ future. Aliter has ſeptem petitio
nes diſtingunt aliqui: quia tres prime ſpectant ad
premium patrie: quattuor ad uiaticum uie. Ad
primum ſpectant tria: uiſio ſummi ueri: quia non
uidetur niſi a mundis & ſanctis. Et hoc petitur cū
dicitur. Sanctificetur nomen tuum. i. tui nominis
noticia mundis & ſanctis donetur. Secundum eſt
tentio ſummi ardui que reges facit. Et hoc petitur

p ii

UVA. BHSC. IyR_070

cum dicitur. Adueniat regnum tuum. Tertium eſt fruitio ſummi boni que non dat̃ niſi diuine uolũ tati ſubiectis. Pro p̃mo dicit̃ fiat uolũ tas tua & ce.

Que autem ſpectant ad meritum uie. Aut ſunt adiuuantia: & ſic petuntur in pane quottidiano: In quo quicquid eſt neceſſarium ſpiritui ſiue corpori poſtulatur. Aut ſunt impedientia. Et ſic ſunt mala preſentia: preterita: uel futura. Aut ſunt mala culpe uel pene. Primum petitur ãmoueri ĩ dimiſſionẽ debitorum. Secundum in uictoria tentationũ. Tertium in liberatione ab oppreſſione malorum omnium. Et in hoc ſtat dominice orationis ſufficiẽtia & complementum. Et quia ſicut omnis uirtus corporis per guſtum oris enutritur ĩ omnibus mẽbris. Sic per affectum uoluntatis orando a piiſſimo deo intra os anime: quod eſt ipſa uoluntas nutrimentum gratie infunditur queſtio anima reficitur & dulcoratur: letificatur: uegetatur: roboratur: ut omnem partem compleat perfectionis in oratiõe: & in robore percepto perfecte declinet mala: & p̃ ſequatur bona: & ut p̃ferat patienter aduerſa. Idcirco perfectionis magiſter ieſus ſtupende & mirabiliter pluries dedit diſcipulis ſuis orationis exemplũ. Nã ad uitãdũ mala dum turba uoluit eum regem facere: & ad ſuperbiam uite inducere & diſcipuli intrarent in uentoſum mare dicitur ꝙ aſcendit in montem ſolus orare: ut oſtenderet orationis uigorem ad proſequendum bona quãdo apoſtolos uoluit eligere: legitur pernoctaſſe in oratione: ut dicitur luce.vi. Et ut oſtenderet ꝙ in uirtute orationis proferuntur aduerſa in illa ſeptimana penoſa dicit lucas: ꝙ exibat noctibus in montem oliuarum: & ꝙ erat pernoctans in oratione dei. Et quãdo uoluit morti occurere: eam pro omnibus morituris uincere & omnia corporis ſui tam in ſe quam in membris ſuis aduerſa tollerare & triumphanter ſuperare: orationis armaturam aſſumpſit: cum procidens in faciem ſuam factus in agonia prolixius orabat. Cum quanto autem feruore nos uellet orare: exemplo monſtrauit: dum inaudito feruoris exceſſu factus eſt ſudor orantis & agonizantis pro nobis piiſſimi ieſu ſicut gutte ſanguinis decurrẽtis ĩ terram: oſtenderet ꝙ ſola uirtute orationis eſt oĩum hoſtium proſtrata uictoria: & charitatis dulcedo in ea acquiritur patienter ſupportatiua iniuriarũ & ad inimicos benefica. Ideo ab oratione chriſtus ſurgens in dei & proximi amore feruidus occurrens turbis hec tria oſtendit.

Dum furentem turbam uocis ſue uerbo terre proſtrauit

Fetidum oſculum impiiſſimi proditoris benigne ſuſcepit

Muttilati hoſtis auriculam ſerui pontificis tactu ſuauiſſime ſue manus ſanauit.

Hec ſunt ergo militie noſtre orationum ſtudia: que non ſunt carnalia: ſed potentia deo ad deſtructionem mutationum ſine quibus in uanum laborat & orat qui perfectionis non dico culmen: ſed initium ſe credit poſſe conſequi uel ſaluare. Hec ſunt ſcuta aurea: que perfectionis fabricator tanq̃ uerus Salomon pacificus ieſuſ fecit ĩ armamẽtario domus ſalutis. ſ. apoſtolici ſtatus: que ſecundum intrinſecam & extrinſecam perfectionis duplicem p̃tem occulta conſtituit: ut per hoc oſtendat ꝙ in precioſiſſimo: puriſſimo: luminoſiſſimo: feruentiſſimo: patientiſſimo: auree orationis ſtudio predicta perfectio conquiritur: roboratur: conſumatur: & cõſeruatur. Propter quod dicitur ꝙ. Armigei regis idest uiri perfecti: ante faciem regis portabant ea cum ingrederetur domum domini. Hanc armaturam imitator perfectionis chriſti ieſu franciſcus inponebat cum dicebat. Et non curent neſcientes litteras litteras addiſcere: in quarum ſupple uacationem itellectus diſpergitur: & a uirtuoſa oratione diſtrahit̃: ſed attẽdãt ꝙ ſup oĩa deſiderare debent ſpiritũ domini & ſanctam eius orationem: orare ſemper ad deum puro corde. Et quia ſancti patres religiõis ſtudio fũdamẽta iacuerũt: iõ ĩ multa pacis cõcordia religionũ ſuaꝶ poſſederũt initia & diuinarum illuſtrationum adeo receperũt ſapientiſſima lumina: & animas ſuas apoſtolica dei templa poſſederunt: unde de quolibet poteſt Salomonis aſſumi figura: de quo dicitur. Eccle. xxxxvii. Salomon imperauit in diebus pacis cui ſubiecit deus omnes hoſtes ut conderet domum nomini ſuo: & pareret ſanctitatẽ in ſempiternum: quaſi flumine ſapientie ad inſulas longe diuulgatum eſt nomen tuum & cetera. Multa ibi pulcra dicuntur que licet ad omnium religionum patres poſſent referi: ſingulariter tamen ad minimum minorum pacificum & euangelicum patriarchã franciſcũ. Sed p̃ch dolor de ſuis degeneribus filiis poteſt nõ minus ueraciter aſſumi quod ſeq̃t. Et fratrem habuit ſalomon: & ſepultus eſt cum patribus ſuis: & dereliquit poſt ſe de ſemine ſue gentis ſtultitiam & ĩminutum a prudencia roboam: qui auertit gentẽ conſilio ſuo. Vere ſtultitia generis eſt imutatio conſiliorum patris: & diminutio prudẽtie: & refutatio hereditatis paterne. Auertũt autẽ gentem conſilio ſuo: qr auertunt religionẽ ab obſeruando teſtamẽto paterno: & more ſtolidiſſimi roboã dimittentes conſilia piorum & primorum fundatorum ſecuti ſunt relaxationem & gulam quaſi adoleſcẽtiam ſuam. Sed cum dolore uideamus cõplemẽtum: quod iterum ſequitur. Cõmouit ei bellũ rex egypti intrauit ihr̃l'm & dep̃datus eſt templum: & theſaurum regum: & ducenta ſcuta aurea que pater eius Salamon fecit: quia uanitas mundi bellũ mouit religioſis & obtinuit ac expoliauit templũ: & uiolauit dominicũ cultum: aſportauit theſauũ: quia dep̃data eſt omnẽ p̃fectionẽ uirtutũ. Clypeos ardorum mẽtaliũ & anagogicoꝶ guſtuũ quos ſãcti patres fecerant in religione ſup omna ſtudia mẽtaliũ orationnm adamãtes. Hec mũdi peſſima uaitas a rel'ionibus ſuſtulit cũ eis orõnũ mẽtaliũ p diſtractionẽ tpaliũ & uaitates & ãbitiones regiminũ ſic

UVA. BHSC. IyR_070

impediunt exercitia:ut magna pars religioſoꝝ huius temporis ignorent nō ſolum internoꝝ mentalium exceſſuū experimenta:ſed etiam ignorent ipſa uocabula. Et quando legunt in ſcriptis non itelligunt:& quando audiunt a perſonis expertis derident & deſpiciunt: quinimo exceſſus mentales & contemplationes alias ſublimium:quaſi omnes propter ſuam experiētiam demonum oppreſſiōes & deceptiones eſtiment: & ideo multas altas perſonas a mentalis orationis ſtudio perturbant.Nec eſt minus uera illa figura que de talibus dicit ꝙ ꝓ ſcutis aureis perditis fecit ſcuta enea: qr de generes religioſi ab aurea patrum ſuoꝝ charitate & anagogica perfectione excluſi per mundi diſtractiuā curā ſpoliati ſcuta enea configunt:dum de lachrymoſis & mentalibus exceſſionibus nō curantes iſola oratione uocali confidunt:quam etiam ipſam cū inſipiditate interna in oculis hoim opponendo tranſcurrunt:& per uana ſtudia litterarum ut uerboſi nō operoſi mundo appeant:tempus conſumunt:magis ſtudentes in dictis paganicis:q̄ i deuotis ſāctorum dictis:& quod peius eſt in congregandis temporalibus:locis mutandis:& ſuperfluis edificiis de rapinis pauperum conſtruendis:ſic mentem ſuam diſtrahunt & ab interna quiete diuellunt: ut nec in pace interna uiuant:nec altum ſue perfectionis ſtatum cognoſcant.Nec diuinarum imiſſionum alta ſentimenta percipiant:ſed in quadam ſuperficie ſe metipſos paralogizando:ac ſemetipſos decipiētes in his ſibi religioſam obſeruantiam fingant:& qua ſi colorem aureum in oculis ſecularium:uerum tamen auricalcū ſuperſticioſa uanitate cōpingūt: dū in his ſe oſtendunt ſue ſaluti ſeruire. Tabulata ſcuta tradidit iſte roboam in manu ducum ſcutariorum & eorum qui excubabāt ante oſtium domus regis:quia in talibus quaſi tota eorum uita ſtudēt: & ad talia intendentes uolunt habere p̄latos:& talibus uacare ſtudiis ſuos compelluut ſubditos:& i talibus ſe gloriantur ordinem promouiſſe dicentes. Tot ſtudia p̄hica feci in iſta prouincia:& loca tā alta & tam ampla erexi edificia: tot ordini procuraui temporalia loca. In his miſerrimi ſui ſtatus calūnias & ſue perfectionis iniuriis gloriant ſe dignos fuiſſe prelatos:& diuinum cultum & ordinis promouiſſe ſtatum: ac per hoc dignitoſum in eccleſia tenent locum. Propter quod optime in predicta figura continentur.Cū ingrederet roboam in domū domini portabant ſcuta aurea qui p̄ ceteris habebant officium.In his ergo ſcutis gloriantur qui ſe dicunt in huius tēporis religione pfectos.Omittimus de illis dicere qui etiam de hoc arido ſtudio non curantes ocioſitatibus & uanis digreſſibus:& quantum poſſunt comeſſationibus uacant:i quibus non eſt tegumentum predictorū ſcutorū quia inde eſt aperta tranſgreſſio & ānihilata perfectio & ordinis deuotio ſepulta in carne. Hec forſitā nimis diſgrediendo prolongamus pro magno deſiderio quod habemus:ut omnes legentes attendāt ad orōnis ſtudiū:& ꝓ ingentis doloris aculeo quo pcutimus ipſum a xp̄o ieſu pfectꝫo conſilioꝝ exercitū de medio religionis ſublatū. Sed iā ad propoſitū redeamus.Tertia igitur perfectōis portio cōſiſtit in ſuperogatiua tolerātia aduerſoꝝ:que attendit nō ſolū in hoc ꝙ quis patienter aduerſa pferat cū ſibi ſupueniāt que ſecūdū legem dei declinari ñ pñt:quoniā ad hec oēs tenent: uerū ut ex feruore diuini amoris ꝓ honore dei & ſimilitudine crucifixi ieſu magno deſiderio illa poptet: & cū magno gaudio illa ſuſtineat: ſicut dicit Apo.ad hebre.xii. Per patiētiam curramus ad ꝓpoſitū nobis certamē aſpiciētes in auctorē fidei & conſumatorē ieſum:q ꝓpoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucē. Secūdū etiam ꝙ Iacobus dicit.i.ca.Oē gaudiū extimate frēs mei cū in tentationes uarias incideritis.Cōcludēs poſtea patia opus pfectū habet ut ſitis pfecti & integri in nullo deficiētes:hec nāqꝫ eſt cōſumatio perfectionis & charitatis:propter quod dr̄ Io.x.Perfcā charitas foras mittit timorē.Et petrus ſi q̄d patimini ꝓpter iuſtitia btī:hāc ſingulariter pfectionis ſūmā magr̄ ieſus exēplificauit i ſeipſo a ſuis cunabilis uſqꝫ ad patibulū crucis. Ad hāc quicunqꝫ habet amorē:ad ſimilitudinē pfectionis ieſu cōtinue iſudare debet:ut quātū expedit diuino honori & glorificande ueritati & cōfigurāde in ſimilitudine dei & hoīs ieſu pſecuti ab impiis:tribulati in pſecutiōibus uiuāt:ut de ipſo xp̄s dicat pfectus quiſqꝫ erit ſi ſit ſicut magiſter ſuus. Hanc btītudinis uie ſummā magiſter patie ieſus declarauit in ſermone quē fecit in cena diſcipulis:de hoc fundamētum faciēs ſuo uſitato iuramento cōteſtans &.d. Ioānis.xiii. Amen amē dico uobis nō ē ſeruus maior dn̄o ſuo: neqꝫ apoſtolus maior ē eo q miſit illum.Si hec ſcitis:btī eritis ſi feceritis ea.Et infra.xv.idem repetēs dicit.Mementote ſermōis mei quem ego dixi uobis.Non eſt ſeruus maior dn̄o ſuo. Si me perſecuti ſunt:& uos perſequentur.Si ſermonem meū ſeruauerunt:& ueſtrum ſeruabūt.Ac ſi apte dicat.In hoc eſt beatitudo ueſtra perfecta in hac uita:ut pro ueritate uite & doctrine patientes nunq̄ aliud appetatis honoris:conſolationis:& opulentie rerum:q̄ ꝙ in me dn̄o ueſtro magiſtro & ſaluatore refulget.

O q̄ breuis ſufficiens & ſubtilis eſt hec doctrina ieſu:ad omnis perfectionis cacumen attingens: ut nihil aliud deſideret q̄ ꝙ ipius benedicti ieſu dei & hominis uita refulget. Vere anima que dignatione ipſius hāc recognoſcit ipſo benedicto ieſu cōfortatore ꝓ ſua preſenti beatitudine tota mente deſiderat:& in hoc eſt omnium conſumatio ſcripturarum:& in hoc uniuerſa lex pendet & prophete. De his perfectionibus eſt ſupra dictum in illo capitulo:Ieſus redemptus paruulus.Et in illo: Ieſus deſertum incolens.Et infra:Ieſus cruce ditatus. In tertia cruce que perfectorum dicitur plene dicta ſunt.

Ex predictis igitur colligitur ꝙ ſpiritualis perfectionis in ſimilitudinē illius noe archa:cum ſit tricamerata inferius in triplici auulſione malorum: &



UVA. BHSC. IyR_070

bicamerata in medio in duplici perſecutione bono
rum conſumatur in cubito iocunde tolerantie ad-
uerſoꝝ:& ſicut illa requieuit in montibus ualles re
linquens:& diſcipulos ad perfectionē formandos
ad perfectionis altitudinem ducens:& ibi xp̄s et̄
na ſapia os ſuum ſapienter apiens a pfectione pau
pertatis expoliatione incipiēs & fundamentū po-
nens.vi.predicta eo ordine quo dicta ſunt docuit ī
aduerſorum leta tolerantia ſanctifice perfectionis
finiens ſtatū. A fundamento igitur inchoans p
fectam oīum abrenunciationem ſanctificat.d. Bt̄i
paupes ſpū &c.ſecundo addens.Bt̄i mites: īducēs
abnegationē ꝓprie uoluntatis & ſenſuū:qua ſi qs
īnitit̄ imitis & proteruus efficitur.Tertio ſubdens.
Bt̄i qui lugent oēm uanā laſciuiam & carnalē leti-
ciam:ac uoluptatis fugat concupiſcētiā. De hic
quarto ſubiungens. Beati qui eſuriunt & ſitiunt
iuſtitiam. Et beati miſericordes attrahit ad iuſti
tiam & zelotypā uoluntatem aliene procurande ſa
lutis:& piam cōdeſcenſiuā ſupportationem aliene
infirmitatis: neceſſitatis & iniquitatis. Poſt hec
pſuadens.Bt̄i mundo corde.Et bt̄i pacifici: allicit
ad ſurſum actionem limpidā & claram in intellectu
& tranquillam & pacificam in affectu. Quibus di
uinus amor in aīa pfecti uiri eſt extaſim faciens: ut
dicit diony.de diuinis noībus.In quibus duobus
anima pfecti uiri ſalomonis & hierl'm ſedes effici-
tur:que uiſio pacis interpretatur. Tandē in cubito
patiē concludens oēm conſumationē doctrine bt̄i
fice.Bt̄i qui pſecutionem patiūt̄ ꝓpter iuſtitiam̄:
quoniā ipſoꝝ eſt regnum celoꝝ:ubi quaſi circulū
faciens uenit ad principiū pfectionis:integritatem
ut in hec oſtendat conſiſtere qui in hoc uno ſūma
cōpletur uniuerſoꝝ. Et quia pati pſecutionem
propter iuſtitiam:& ſimpliciter paupeꝝ ſpū: quia
non humano fulciunt̄ auxilio ſed nec fulciri uolūt
quia in hoc conſiſtit ſue uoluntarie paupertatis p-
fectio:quia ſicut ſunt paupes rebus:ſic amicis & car
nalibus adiutoriis.Idcirco regnū celoꝝ pro p̄mio
ponitur utrobiqꝫ.Ac per hoc ſenaria perfectio mi-
noris mundi in eſſe repationis & gratie directe cor
reſpondet ſenarie productioni mundialis machīe
in eſſe nature. Vnde ſicut illoꝝ tria prima ptinēt
ad diſtinctionem:tria ad ornatū: ſic ſuo modo &
hic in cuius rei teſtimonium euangelice regule in
ſtitutione franciſcus in principio ſue regule:tria ꝓ
ponit primo uouenda tanq̄ fundamenta altiſſima
ut infra patebit.Regula & uita ait fratrū mīoꝝ hec
eſt.ſ.dn̄i nr̄i ieſu xp̄i ſanctū euangeliū ſeruare uiuē
do:& in obedientia ſine ꝓpo:& caſtitate.Alia uero
tria poſtmodū ut deſiderata cōmendat tāq̄ cōple-
menta & ad hec toto conatu etiam in uita & regu
la frēs inducit.d.Attendāt frēs ꝙ ſuper oia debent
deſiderare habere ſpūm dn̄i & ſcām eius operatio-
nem:orare ſemp ad deum puro corde:& haber̄ hu
militatem & patientiam:in perſecutione & in infir
mitate:& diligere eos qui nos perſequuntur ap-
prehendunt:& arguunt ubi tria utilia tangit exp̄ſ-
ſe.Nam primo ſurſū agit in deum:& ſubiūgere ua
lens ordinationem & condeſcenſionem ad proxi-
mum interponit in medio tolerantiam aduerſoꝝ.

Igit̄ in tribus primis uir perfectus crucifigit̄ mū
do:in tribus ſequentibus conformis efficitur ieſu
xp̄o:ut quaſi ſex alis ſeraphicis tribus primis qua
ſi ſiniſtris a mundialibus eleuatur:& tribus ultimis
quaſi dextris in diuina feratur digne. Proīde huic
pauperculo franciſco qui perfectionem euangelii p
fecte ſeruauit & docuit apparens xp̄s ī ſeraphica for
ma ſtigmata piiſſime paſſionis ſue paſſionatus xp̄s
tāq̄ ſigillum ſignatū & appropriatū īpreſſit. Vt
circa finaliſſimum tēpoꝝ piculoſam caliginē mani
feſtum nobis in uia perfectionis oſtēderet ſignū
quo reficimur perfecte uirtutis exemplar & finis
crucifixum ieſum:ac per hec edocemur perfectio-
nem attingere:ſi tamen diſcamus non alta ſapere
cum de generibus filiis:ſed hūilibus conſentire cū
pauperculis:minimis & deſpectis.

Multiplex diſtinguitur hic perfectio.

Oſtq̄ ergo euangelica perfectio conſilioꝝ
xp̄i in quibus ſubtiliter conſiſtat eſt dictum
Et etiam quid ſupra omnem ſtatum addāt
precepta ſeruantium.Nunc eſt eius multiformitas
diſtinguenda. Non enim conſiſtit perfectio in
internis habitibus tātū:ſed etiam in extrinſecis ex
ercitiis perfecte uirtutis:huius autem uirtutis exer
citia taliter ſuperogantium pro imitatione ieſu in
triplici differentia reperiri contingit. Aut enim fi-
unt ex mera uoluntate abſqꝫ obligatione perpetua
& tunc dicunt quādam perfectionem actionis &
mentis.Aut fiunt cum obligatione uoti perpetui
ſicut in ſtatu religionis in manu prelati: & tunc di
cunt ſtatum perfecte ſanctificationis operis & ſub
iecti.Aut fiunt de debito excellentie ſtatus ſuſcepti
officii:& tunc dicunt ſtatum paſtoralis dignitatis
ouium xp̄i. In quibus ultimis modis aut perfe-
ctis actibus non ſolum eſt debitus : uerum etiam
ad actus perfectionis in eternum aſtrictus. Et hec
quidem aſtrictio de perfectione nō minuit:ſed po
tius culmen ſuperinducit:quia de temporali facit
eternum:dū non licet reſilire a uoto: & de noſtro
facit diuinū:dum non ſolum actum:ſed etiam uo
luntatem dedicans deo totum illi quod eſt offert
redigit ſub iure diuino.Dūqꝫ propriam ſanctificat
uoluntatem que eſt īpreciabile bonū & maxime
charū,& peroptimum:offert deo ſacrificium me-
dullatum:ac per hoc perfectum & integrum.i. op
timo deo ſūme acceptum. Et hoc eſt ſacerdotale
officium oīum perfectoꝝ.In quo non eſt diſtin
ctio:iudei & greci:maſculi & femine:ſerui & liberi
quia omnibus uolentibus eſſe perfectis conuenit
illud anthomatice quod prime petri.ii.dicit̄. Vos
eſtis genus electum &c. Propterea aug. tractās
illud p̄s.Sicut iurauit dn̄o &c.ait. Quid uouemus
deo:niſi ut ſimus templum dei:nil enim gratius
poſſumus deo offerre:q̄ ut dicamus illud Eſa.Poſ
ſidet nos:hec Aug.Si ergo perfectius poſſidet qui

UVA. BHSC. IyR_070

poſſidet quantum ad proprietatem quam quiſqꝫ
ad uſum tantũ : ꝑfectius ſe deo ſanctificat qui deo
ſe offert & quo ad uſum operis: & quo ad arbitriũ
uolũtatis. Queadmodum Anſelmus ĩ libro de
ſimilitudinibus ꝑ exemplũ ſpirituale patẽter oſtẽ-
dit ĩ duobus : quoꝵ unus tempore ſuo offert do-
mino arboris fructum: ſed retinet proprietatẽ. Al-
ter uero largitur utrũqꝫ . Et huius donũ ſecundi &
oblationem tanq̃ liberalius offerẽtis dicit merito
debeꝛ preferri. Ac per hec iuxta huius ſimilitudinẽ
opus uouentis deo acceptabilius eſſe confirmat ac
pro eo uidelicet ꝙ ſic introductam uoluntatem ex
mera liberalitate neceſſitas gratioſitatem obſequi
non minuit: ſed conſumit. Idem quoqꝫ ſcribens
ep̄o pariſienſi: & eum redarguens ꝙ quẽdam cleri
cum de mõaſterio ſancti martini extraxerat ait ſic.
Si omnia agenda ſunt cum conſilio: cuius magis
cõſilio q̃ eius q admirabiľ cõſilariuſ deus fortis di
citur. Ipſe quoqꝫ conſulit ad perfectionem tenden
tibus ut omnia relinquant & ſequantur: & hoc cõ
ſilio magis in monaſterio: q̃ in alio uite ꝓpoſito
ſancti patres ĩtellexerunt. Hoc ipſum Gregori-
us in regiſtro ſcribens deſiderio ep̄o pro clerico uo
lente intrare religionem. Sicut minime ei fit impe-
dimentum noſtra infirmitas: magis tamen apoſto
li monitione ſuccedit: ut feruor huius deſiderii ĩ eo
non tepeſcat: ut quia turbatio ſecularium tumultu
ſegregãs quietis deſiderio monaſterii ꝑtiũ. Rur-
ſus eccleſiaſticaꝵ curarũ nõ debeat tumultibus im
plicari: ſed in dei laudibus ſecure ꝑmittatur liber ab
his oĩbus ut poſtulat remanere. Bernadus quo
que in libro de prepto et diſpenſatione. Audire in
quã uultis ame nnde ĩter cetera penitentie exerci-
tia moneſticalis diſciplina meruerit hanc prerogati
uam ut ſecundum baptiſma nuncupetur. Arbitror
perfectam mundi abrenunciationem: ac ſingularẽ
uite excelentiam ſpiritualis que p̃eminet uniuerſe
uite humane generis. Huius conuerſatio que pro
feſſores & amatores ſuos angeliſ ſimiles & diſſimi
les hominibuſ fecit ĩmo differentia ĩ homine refor
mari imaginem configurans dum pro illo ꝙ mor
tificamus membra noſtra que ſunt ſuper terrã ſur-
ſum xp̄m induimur: complantati ſimilitudini mor
tis eius. Idem aſtruit glo. leuiti. xxxiiii. Alii dicit
uouent uitulos : Alii arietes uel domos . Nazareus
ſemetipſum hoc enim eſt uotum nazarei qđ eſt ſu
per omne uotum: filius enim uel filia: aut pecunia:
aut p̄diũ extra nos eſt. Semetipſum deo offerre nec
alio labore: ſed proprio placare perfectius & eminẽ
tius eſt omnibus uotis. Ex his omnibus aperte
clareſcit ꝙ religionis uotum in ſtatu perfectionis
collocat & quõ obſeruatur religio: plurimum ad iu
uat ad perfecte uirtutis exercitium: cuſtodiã & com
plementum. Quod intelligentes ſancti patres
in. iiii. conſilio toletano ſtatuerunt ꝙ liber ſit cleri-
cus religionis ingreſſu dicentes. Sicut placuit cleri-
cos monaſteriorũ propoſitũ appetentes qr meli-
tibi q̃ ieſus ſaluator ſpõſus tuus qui propter te redi
mendam excitandá te ſpõſam iſlámandam ſimul
& beatificádá de celo deſcendit pro te ſimul adiu
uanda & informáda nigilat & pernoctat in mõte
orationis deuote:factũ ẽ ait Luce.vi.In diebus illis
exiit í mõte orare & erat pernoctás in oratione. O
uirga de radice yeſſe ieſu benedicte q exiſti de glo
rioſa uirgine:tu es uirga uigilans.Hiere.i.Quá uti
nam ſemper uideam contra mea uitia uigilare ut il
la expellat:& ipſe benedictus ieſus ubi habitant il
la ſaluator introeat.Non defuerunt bone ieſu í no
cte mee horrende malitie uigilie quattuor:aut ſal
tem noctis quarta uigilia:iam meis iniquitatibus
conſumatis pariter & confuſis digneris ad me uẽi
re ambulans & calcans ſupra mare mee malitie flu
ctuoſe:ſed ſimul uigilaui & dormiui dum inique
agere laboraui:dum facerem mala uigilaui:ſed dor
miui ne facerem bona ut preſſus ſomno peccati ſi
liens clamarem faciens doleré naufragus delitiaret
& ocioſus impie laborarẽ. Hec ſunt quattuor ui
gilie ípie noctis mee

Conticinium tumultuoſi ſilentii
Gallicantus delitioſi naufragii
Intẽpeſtum doloroſi ſolatii
Antelucanum ocioſi exercitii.

In prima uigilia fuit labor mẽſtrualis ſpurcitie ener
uantis p affluẽtiá í delitiis in quo fuit cõticinium
diuine laudis.In ſecũda uigilia fuit labor in opere
ſũmalis arrogantie mẽtis precipitanee per extollen
tiam in emeritiũ.In quo fuit gallicantus oſtentatõ
nis proprie iactantie.In tertia uigilia fuit labor ſter
coralis opulentie mentem excecantis per aſtutiam
& mollitiem indefenſam in diuitiis.Et in hac fuit
ítempeſtum inſenſibilitatis unctionis anxie. In
quarta uigilia fuit labor in opere falſitatis umbrati
ce menté euacuantis per euaneſcentiam in lucti
bus nociuis.Et in hac fuit ante lucanum aduerſan
tiſſime uanitatis mee. Et in hac ad me miſerum
dignatus es aduenire dum me uidere feciſti: quia
opera mea opera inutilia:& quia tota coruſcatio ui
te mee fuit telas aranee texere: Contra has fal
ſas meas uigilias & litargicos ſomnos uigilaſti bo
ne ieſu paſtor meus & pater meus & factus ẽ pro
me ſicut paſcer in tecto.Nam cõtra has quattuor ui
gilias mee peſſime noctis habuit:& nox tua quat
tuor uigilias ut me doceres contra predicta quattu
or uigilare. Vnde & te lego pernoctaſſe in oratio
ne dei & ſemper in monte ut me doceres q̃ uigi
lia & oratio mea nihil ualet:niſi ſit in te monte & i
lapide ſumpto de monte eminentie uirginalis. In
te ergo ſum quod ſum:extra te non niſi male ſum
In te uigilo ut faciam bona:& dormio ut quieſcam
a mea malitia.In me uigilo ut faciam mala & dor
mio in te ut ſentiam diuía.O q̃ male uigilaui í pria
uigilia noctis mee que tres horas peſſimas habuit
In comeſſationibus ciborum & potuum. In tacti
bus & ſpurciciis ímũditiarũ.In iocis & uanitatibus
cátuũ.Ex quibus p̃mo p̃cedunt opa tenebrarum
ſpurcitie menſtrualis & effeminate eneruationis.
O q̃ malus ſõnus ẽ ille. Qui.n.dormiunt nocte:
dormiũt:& qui ebrii ſunt nocte ebrii ſunt: prime
Theſal.v.quaſi dicat.In hac nocte ípie uanitatis eſt
quies ſpurciſſime uoluptatis.Hi ſunt tres mali ope
rarii:& tres mali laboratores ebrioſi lubrici & la
ſciui.

Primi operantur ad guloſitatem

UVA. BHSC. IyR_070

Secundi ad luxuriam & carnalitatē
Tertii ad cantus & diſcurſus riſus.
familiaritatem & impudicā inhoneſtatē. Hec ſūt opera carnis contra que dicit apoſtolus ad gal.v. Spiritu ambulate & deſideria carnis non pficietis. Sequitur. Manifeſta ſunt opa carnis: que ſunt ebrioſitas: comeſſationes quātum ad primum: fornicatio luxurie quantum ad ſecundum. Immundicia impudicicie: q̄tum ad tertium. In hac pma peſſime noctis uigilia fuit conticiniū diuine laudis: clamor tumultuoſe ſpurcitie ſodomoꝝ. Non enī peccator carnalis poteſt digne laudare deum: imo nec quid laudis ſentire: quia totus īmergit̄ in carne: & iacet in lecto ſpurcitie & luxurie: Hec eſt dura uigilia. Eccle.xxxi. Vigilia & tortura: & cholera uiro infrunito: ſomnus ſanitatis ī hōie parco: hoc eſt tam horrendū conticiniū diuine laudis: ꝙ non ſolū nō poteſt dei laudes dicere: ſed ſicut totus leproſus & naſo corruptus nihil pōt diuine pulchritudinis ſentire. Sed qcqd uidet & aſpicit q̄tuncūq; pulchrū & ſanctū ſtatim ſua interna malitia ificit: & ad ſuam ſpurcitiam concupiſcit: & illi pulchritudini quā deus creauit ad ſuam laudem ſua deſideria circūponit. Hi ſunt fluctus luxurie ſpumantis maris: quibus naucula īmundicie occupat̄: & per quos diſcipuloꝝ cetus a ihū diuiditur. Illis .n.i hiſ fluctuantibus ipſe ſolus erat in mōte puritatis altiſſime. Ipſe enī eſt ieſus dilectus filius unicornium qui nullā habet īmundiciā ſuſcipere: ſed ī ſolo uirginitatis gremio ſopotari dignatur. Cōtra hanc uigilat benedictus ieſus: & uigilare nos docet. Attendite inquit. Luce.xxi. Ne grauentur corda ueſtra in crapula & ebrietate & curis huius uite. Et infra uigilate itaq; omni tpe orantes ut digni hēamini fugeř &c. Exurge ergo aīa mea & lauda ī pncipio uigiliaꝝ ut in iuuentute fugias laſciuiaſ uiuentium: & in uirginitate aſſocia in mōte uigilātē ieſum ſponſum tuum: ꝙ ſi ab eo cecidiſti & dediſti maculam in gloria tua: & inclinaſti femora tua mulieribus ſaltem facias quod ſcribitur Trē. ii. Effunde ſicut aqua cor tuū ante conſpectū domini: nt excideris in pncipio noctis tue iniquitatis anteq̄ conſeneſcas: quia libido inueterata fit neceſſitas. In quo habes bonum exemplum de pauone: qui poſt pmum ſomnū euigilat̄ dicit̄ exclamādo: quia ut dicitur uidens tenebroſitatem noctis: & ſuū non ſplendere colorē: ſuā pulchritudinē eſtimat ſe perdidiſſe. O aīa mea clama pauone terribilius: effunde ſicut aqua cor tuum: te totam ī lachrymaꝝ fluuiū effundēdo: quia ille.ſ. pauo colorem non perdidit niſi ad tp̄s. Sed tu miſera & im mūda uirginitatis puilegio expoliata iam in eternum ipam recuperare non potes. Hec ē prima uigilia noctis bone: in qua opera menſtrualis ſpurcitie prime male uigilie conticinii laudis diuine debes uigilare in operibus contritionis & penitētie. De qua Apoca.iii. Penitentiam age. Si ergo non uigilaueris ueniam ad te ſicut fur: & neſcies qua hora ueniam ad te. Certe hoc eſt uerum de iudice punitiuo immundicie: & ſimiliter uerum eſt de hoſte impugnantis luxurie qui ſtupēdo modo negligentes inuadit incaute. Et ideo uolentes fugeř periculum ſue ruine debent iugiter uigilare: & rigidi in diſciplina ſuper cuſtodiam ſuam ſtare. Sicut dicitur Luce xii. Si ſciret paterfamilias qua hora fur &c. Si prudens eſt quia neſcit horam: debet ducere totam noctem ſuſpectam. Secūda uigilia noctiſ male eſt ſuperbe altitudinis in qua uigilant uiri q̄ ſe reputant excellentes: & uirilitatem ſuam expendunt in operibus friuolis arrogantie que mentem precipitant ad multas arrogantias & inſanias propter ſuperbam excelentiam ſui qua uolunt omnibus eminere. Et recte hi aſcendūt ut fumus qui q̄to plus aſcendit plus deficit: & per horrenda precipicia ſe ruūt. Qui enim altam faciunt domum ſuā querunt ruinā. Hec tres habet horas ſcilicet triplex genus abhominationis.

Dignitatis eccleſiaſtice ī prelatis.
Oſtenſionis ſcientie in magiſtris.
Donationis mundane in ſecularibus dominiis.

Hec uigilia dici poteſt gallicātus ad modum galli cantus predicti ambicioſi ad ſupraſcripta expandunt alas ſuas interni deſiderii & conatus extrinſeci. De hac peſſima uigilia dicit Eſaias xxviiii. Succiſi ſunt qui uigilant ſuper iniquitatem. Iſti ſunt qui non dormiunt niſi malefecerint: immo corū malitia in conſpectu domini debet uigilare: eo ꝙ ipi uigilant. quia ex ea prouocant ſibi lanceam diuine iuſtitie: unde quilibet eorum dicitur lancea perfoſſus. Concinit cum Hiere. dicente Terren.i. Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius: cōuolute ſunt & impoſite collo meo. O quot exempla habemus ſi attendere uolumus quomodo conſilium horum impiorum precipitat eos q̄ malos fines & ruinoſos uidemus illorum latronum qui non intrant per hoſtium in ouile dominicū: & uidemus eos mala morte mori in tempore ꝑpter euidentiſſima ſigna ſepe mori indubitanter creduntur in eternitate. Hi tres mali operarii iuxta tres horas huius ſuperbe uigilie.

Ambicioſi.
Indiſciplinati.
Contencioſi.

Ambicioſi ſunt prelati qui omnino nolunt ſuſtinere alios de ſcientie ueritate laudari. ſed uolunt q̄ ſi idee inenarrabiles reputari. Contentioſi ſunt ſeculares domini qui ſemper contendunt: & guerras mouent. Alias etiam cum omnibus comuniť quia in quolibet iſtorum eſt ſentina malorum.

Hec ſunt opera diabolica. de quibus prime Io. .iii. Qui facit peccatum ex diabolo eſt: quoniā ab initio peccauit diabolus. ſupple peccato ſuperbie. Ipſe enim rex eſt ſuper omnes filios ſuperbie. In hoc loco eſt piculoſiſſimū dormire. Eſt.n.ī medio fluctuum inſidiationis humane: & etiā iubilantis ſuper ſe diuine ſententie quam non poteſt fa-



UVA. BHSC. IyR_070

gere. Contra quos dicitur Prouer.xxiii. Eris ſi-
cut dormiens in medio mari: & quaſi ſopitus gu-
bernator amiſſo clauo. Quantum autem peri-
culum ſit dormire in confidentia alti ſtatus oſten
do exemplo Iſboſeth.ſecũdo Re. q̃rto: q dormiẽs
fuit occiſus.Surgite ergo miſeri ambitioſi:egredi-
mini de loco iſto:quia delebit dominus ciuitatem
hãc dicit Loth ad ſuos generos.Gene:xiiii. Cõ
tra hanc humilis ih̃s uigilat qñ humiles prelatos
uoluit ad regendas aĩas mittere. Sicut dicit᷑ Luce
vi.ꝙ poſtq̃ uigilauerat & orauerat tota nocte cum
dies factus eſſet uocauit diſcipulos ſuos & elegit
ex ipſis.xii apl'os.Qui ergo ſentit ſupbiſſe in ho-
noribus huius uite.uideat cõtra ſe uigilãtẽ ieſum:
& ipſe incipiat uigilare uacãs opibus ſatiſfationis
& iuſticie:tantũ ſe hũilians deſcẽdẽdo poſt xp̃m:
q̃tum aſcendit imitando diabolum diuini iudicii
dei concuſſus timore.Dicitur enim Math. xiii.ꝙ
Ianitori precepit ut uigilet. Ianitor iſte eſt timor
humilians qui ſemper debet uigilare ne deficiat ĩ
operibus penitentie. Inter omnia enim que de
pauperant animã eſt ſuperbia:que more tyranni
omnia deuaſtat frutecta uirtutum:& ideo conuer
ſi ſuperbi debent ſe nudos & inopes omnibus bo
nis attendere:& facere ſicut pauperes qui nocte ui
gilant:ut opera faciant:& uictum acquirant. De-
bẽt enim eſſe ſicut fabri ferrarii:maleo timoris dei
percutientes incudem ſue obſtinate malitie. De
qua dicitur Eccle.xxxviii.Faber ferrarius ſedenſ cõ
tra ĩcudẽ & cõſiderans opus ferri:uapor ignis urit
carnes eius:& in calore fornacis concertatur: uox
mallei innouat aures eius:& contra ſimilitudinem
uaſis oculus eius ſequitur:cor ſuum dabit in con-
ſumatione operum: & uigilia ſua ornabit imper-
fectionem. Exemplum huius habemus in paſ-
ſere ſolirario:quod eſt uolatile paruum tenerrime
diligens pullos ſuos qui in foramine petre nidifi-
cat propter accipitris metum:& uigilare nõ ceſſat.
Et quoniam talis humiliatio contra ſuperbie faſtũ
eſt de ſupernis donis nunquam illud poterit obti-
nere:niſi diſcat in oratione uigilare :propter quod
de tali dicitur Eccl'.xxxviii.Cor ſuum dabit ad uer
ſandos ſulcos : & uigilie eius in ſagina uacarum:
quia uere humilis ſemper uerſat ſulcos ſuoꝝ defe
ctuum:& continue uigilat adconſiderandum & ꝓ
ſequendum profectus aliorum. Tertia uigilia ẽ
in opere ſollicitudiniſ aſtare & ſtercoraliſ opulẽtie:
in qua eſt intempeſtum doloroſi ſolacii: ualde.n.
doloroſum eſt ſolacium delectari in punctionibus
ſpinarum. Talis eſt delectatio auaroꝝ.In hac uigi
lãt proprie ſenes:quia ĩ eis auaritia iuueneſcit .hoc
dicitur intempeſtum impie tempeſtatis. Tẽpeſtat
enim tempeſtatibus extollendorum & fiendorum
edificiorum: & congregandorum theſauroꝝ. Nã
his habundare opulenter: repugnat tranquilitati:
quam tamen ratio illuminata grandinantem repu
gnat tempeſtatem. Vnde & Paulus hec omnia
detrimentum fecit:& ut ſtercora arbitratus eſt: ꝓ-

pter hoc dixi ꝙ hec uigilia eſt intempeſtũ ſolacii
doloroſi: hec uigilia habet tres horas in quibus la
borant tres mali operarii.
Violentia:in qua rapaces uel raptores.
Continua inobedientia:in qua uſurarii.
Doloſa fraudulẽtia:in qua mercatores & aduocati.
De his malis operariis dicitur Iaco.ii. Nõne di
uites per potentiam opprimunt uos: quo ad rap-
tores.Et ipſi trahunt uos ad iudicia? quo ad uſura-
rios.Et ipſi blaſphemant nomen bonum quod in
uocatum eſt ſuper uos:quo ad fraudulentos mer-
catores & aduocatos:qui ſuis uerbis negociantur
de ſimplicibus & labiis doloſis in corde: & corde
locuti ſunt qui linguam ſuam docuerũt loqui mẽ
datium. Hi uigilant in ſtercoribus temporaliũ
congregandis.De quibus Iob.xxiiii. Quaſi ona-
gri in deſerto egrediuntur ad opus ſuum:uigilan-
teſꝗ ad predam preparant panem libidinis.Et po
teſt eorum uita ſomnus non ſolum uigilia appel-
lari.Hi enim dormiunt in umbra iuniperi pungẽ-
tis:quibus dicendum eſt illud Michee.ii. Surgite
& ite quia non habetis hic requiem. Hi ſunt ſi
miles molendinariis qui in rumoribus aquarum
ſuarum dormiunt:ſicut & hi in ſtrepitu ſollicitudi
num temporalium :unde figurantur in Iona qui
graui ſopore dormiebat in naui .Ione.i. Contra
iſta uigilant paupertatis amatores. Vnde poſtquã
ieſus eiecerat ſymoniacos & mercatores fraudulen
tos de templo dei:dicitur ꝙ noctibus exiens mo-
rabatur in monte olіueti:per quod docet nos uigi
lare contra dictam malitiam in operibus compaſ-
ſionis & miſericordie. Vnde dicitur Apoca.iii.Eſto
uigilans & confirma cetera que moritura erant ſci-
licet per peccati tempeſtatem:ſiue etiam per tem-
poralium defectum penuria aflicti.quia tã per ſpi-
ritualem quam per temporalem elemoſynam eſt
indigentibus ſuccurrendum. Iſtud eſt proprię
officium pauperũ ſpiritu: qui a ſe abiicentes tem-
poralia ipſa diſpergunt indigentibus:ſolliciti & ui
giles pro animabus proximorum : ne per tenta-
tionis conſenſum rapiantur a lupo. Et hi ſunt qui
debẽt eſſe ſpeculatores aliorum :qui nihil habent
perdere pro ſeipſis. Tales debent eſſe prelati q
greges eleganter informent:ſicut grues que alter
natim uigilant pro ſe ipſis habentes ſollicitudinẽ:
ne a uenatoribus capiantnr.Et una precedit ad ſi-
militudinem prelatorum. Talibus uticꝗ obedien-
dum eſt.Sicut dicitur ad Hebreoſ.xiii.Obedite p̃
poſitis ueſtris.Ipſi enim peruigilant tanquam red
dituri rationem pro animabus ueſtris:ut cum gau
dio hoc faciunt non gementes.Hoc enim nõ ex-
pedit uobis uti:nam tales haberemus uigiles ec-
cleſiaſtice ciuitatis. Sed multos habemus hypo
critas qui pretendunt ſe habere animarum zelum:
& attendunt ad queſtum ad hec laborantes ut co-
medant oues non paſcant . De quibus Prouer.
xvi.Anima laborantis laborat ſibi:quia compulit
eum os ſuum:ideſt auaricie deſiderium quo uult

UVA. BHSC. IyR_070

ſubditorum ſubſtantiam deuorare. Contra hos uigilat xp̄us pauper in monte: ubi non lectū nec cibum:non tectum nec marmoreum:nec deauratum templum habuiſſe legit᷑:Sed nudus ab omnibus temporalibus:omnibus pietatis oleum infundere chariſmata diſpenſaſſe. Taliter uigilare cōfortat ſuos imitatores in paupertatis ſpiritu ne tentatione temporalium ſuperentur. Math.xxvi. Vigilate & orate ut non intretis in tentationem. Qui.n. uolunt diuites fieri incidūt in tentationē & laqueum diaboli:& deſideria multa inutilia & nociua q̄ mergūt hōies in interitū & pditionem.i. Thy.vi.

Quarta uigilia eſt falſitatis umbratice in uanitatis opere mentē uacuantis per euaneſcentiā in fructibus nociuis & hec eſt ante Lucanū ocioſi exercitii:in qua laborant omēs predicti qui quando uolunt exaīare tenebras operis ſui:& malum aſſequuntur fructum:recte dicere poſſunt ſaluatori p totam noctem laborantes nihil cepimus:ſuple utile & fructuoſum:ſed peccatū acquiſiuimus & infernum. Vnde quilibet eoꝝ poteſt lamentari cū Iob vii. Sic et ego habui menſes uacuos:& noctes laborioſas enumeraui mihi. Hec uigilia hēt tres horas multipliciter differentes.

Prima eſt recognoſcentium propriam uanitatem.
Secunda eſt permanentium in ſua obſtinatione.
Tertia eſt uane confidentium de dei miſeratione qui ſemper ſe emēdare proponūt & nūq̄ icipiūt.
Primi operantur ad remigationem emende.
Secūdi operant᷑ cruciatus ſuos i tormētis gehēne.
Tertii periclitantur propter defectum ignauie.

Ad primos uenit ih̄s ambulās ſupra mare & uidens eos ambulantes in hac quarta uigilia noctis. Et qui prius piſcati fuerant in ſiniſtra capientes ſerpentes:iubent᷑ mittere rete in dextra:ut capiāt ſpiritualium cōſolationū piſces. Secundi deſperati a miſericordia dei in inferno lamētant᷑.d.illđ Sap.v. Quid nobis profuit ſuperbia:aut diuitiaꝝ iactantia quid contulit uobis? Tranſierūt oīa illa tāquam umbra:& tanq̄ nuncius precurrens &c.uſq₃ ibi qui eſt longus textus. In malignitate enim nr̄a conſumpti ſumus. Vbi nota quomodo ſapienſ eleganter oſtēdit eos deflere tam ſui q̄ omniū temporalium quo ad delectamēta huius uite falſitatē breuitatē:ſiue uilitatē:& pernicioſitatem. Contra hos omnes uigilat deus homo xp̄s ih̄s orās mortī uicinus:& ortatur nos uigilare.d. Vigilate & orate ut non intretis in tentationē. Et Ioh.vi. ortatur eos operari contra laborum infructuoſitatem opus deuotionis & ſapiētie.d. Operamini non cibum qui perit:ſed qui permanet in uitam eternā: quam filius hominis dabit uobis. Hūc etiam pater ſignauit deus:& poſt hoc eſt opus dei ut credatis in eum quē miſit ille. Hoc autem eſt opus ſumme ſapientie & deuotionis perfecte totam mentē ſuam in dilectum ieſum tranſportare. Et hic eſt uetus iuſtus qui tradidit cor ſuū ad uigilandū diluculo ad dominum qui fecit illum:& in conſpectu altiſſimi deprecabitur. Eccc᷑.xxxviiii. Ad ipſum ſupple dominum ieſum xp̄m qui ſupplet omnis talis anime defectum:& ſubmergit omnem ipſius anime aduerſarium:quia ieſus colūna ignis & nubis que in uigilia matutina re picit caſtra egyptiorum electis aduerſantium:& ſubuertit rotaſ curruū & ferebāt᷑ in pfundū. Exo.xiiii. Tūc aīa pacifica uigilat deuotiōi & dormit omni extrinſece diſtractōni in lecto pacifici Salamonis pacifico trāquilo & qeto:quem.lx.fortes ambiunt ex fortiſſimis iſrael. Quia tota malitia celeſtis exercitus eſt tali aīe intēta:Propter qđ aſſecurat᷑ ſponſa:iubilat in amplexibus ſpōſi:& cātat illđ Cant.v. Ego dormio & cor meum uigilat:uigilat cor dormiētis qñ uiget affectuſ mētis in gratia deuotōis ih̄u & contēplatiōis tranſformatiue in amplexus benedicti ih̄u: tā peregrinātis in mūdo:q̄ pendētis in patibulo:q̄ regnātis in celo. Et quia oīs alia conditio tali aīe teneb reſcit:& ab omni diſtinctōe quieſcit. Ideo non ſolum dicitur dormire:ſed etiā in nocte dilectum deſiderare. Vnde Eſaias.xxvi. Anima mea deſiderauit te in nocte:ſed & in ſpū meo & in p̄cordiis meis de mane uigilabo ad te:de mane dicit & nocte: qr & ſenſus ſopiunt᷑ ab exterioribus: & recolligunt᷑ ad interiora. Et a benedicto ih̄u uidet aīa ſibi oriri claritatis noue lucem. Iuxta eius pmiſſionem Prouer.viii. Qui mane uigilauerint ad me: inuenient me. O q̄ dulcis eſt iubilus talis. Nā aſſimiliatur Phylomene. Et de huiuſmodi conditionis auibuſ dr̄ ꝙ cū cantāt per totam noctem diligētius uigilant & cantāt cū diē appropinq̄re ppendūt. Sic & ſancti contēplatī ad amorē flagrātes dilecti:licet in tota nocte uite pn̄tis uigilēt cū uigilāte ih̄u: tamē cum ſenſerit appropinq̄re padiſi aurorā tūc ſingl'r iubilāt & armonizāt uoces ſuas de oībus actibus exterioris uite dilecti ih̄u & de oībus uenis cordis ſui in mirabili & inextimabili charitate faciētes cytharā ſuauiſſime melodie cōtra triſticiā mortis corporee. Iuxta Pſal᷑.xlii. Cōfitebor tibi in cythara &c.

Hic tā uarius iubilationis mōus qui format᷑ in gutture phylomene aliquod exemplū eſt illius ſuauiſſime iubilationis extatice. Nā mirabile eſt:unde eſt tāta uox in tā puo corpuſculo:tā fixuſ:tā moderatus ſonus ſine murmure:diſſonātie ḡuis:acutuſ: circūflexus:cōciſſus:creber:plenus::extētus: ut oē genus iubili & cātus armoniaci uideat᷑ preferre:& oēm pigritiā ſōnolentiā & negligentiā ignorare: q̄ oīa ad uarias iubilatōis & deuotionis drīas refferunt᷑. Dicamus & nos cū ſanctis auibus extatice uigilātibus uigilāti pro nobis ieſu. Deus deus meus ad te &c. Ad has ſacras & pticulares uigilias ſanctus abbas Iſaac in uia contēplatōis exptus in li.de contēplatōe hortat᷑ quēlibet qui uelit pficeř i uia dei mitis mōis & mſ'tis.d. Noli putare hō ꝙ iter opatōes monachoꝝ ſit alia maior uigiliis nocturnis. In ueritate frēs ſi ñ fiat religioſo diſpſio & turbatio in carnalibus rebus:& ſollicitudo tēporaliū:& cauerit ſibi a mūdo:& cuſtodierit ſeipm cum



UVA. BHSC. IyR_070

uigiliis:mens eius q̄ſi cum alis in breui tpe uolat
& exaltatur in dilectione dei:& cito puenit ad glo
riam eius.Et infra monachū pſeuerantem in uigi
lus cum mentis diſcretione:ne reſpicias illū ſicut
ferentē carnē:hic utiq; angelici cordis eſt non hu
mani.Et infra. Qui autem hec neglexerit pſumo
dicere ꝙ ignorat ad quid laborat : & dicit mira de
utilitate uigiliarum.Dicit tn̄ ꝙ parum ꝓdeſt uigi-
lare in nocte in orōne:& in die ſe diſpgere : propt̄
duo.Primo quia in die perdit lucrum noctis . Se-
cūdo quia in nocte plenus eſt fantaſmatibus diur
narum diſtractionū.Et ideo oratio eius ē inquieta
& impura:ac per hoc paꝝ deuota:& in deum tráſ-
formatiua.Sed qui ſe cōtinet a noua diſtratiōe in
die cito cū nocturna uigilia ad pfectionem aſcen-
det.Vnde & de hoc infra dicit.Nā ſi nocturne me
ditationi concordem faceres opationē diurnā ca-
loris cordis:nec in medio dn̄am adhiberes in bre
ui tempore amplexaueris pectus ieſu.Et infra con
cludit:unde rogo te qui affectas adipiſci mentem
ſtudioſam apud deum & agnitionē noue uite to-
to tpe uite tue noli negligere contēplationē uigi-
liarum:quia per ipſam aperiuntur oculi tui ad intu
endum totam gloriam cōuerſationis noue:& uir
tutem uie iuſtitie. Dicit etiam ibidē ꝙ ſi homo
uel corpore fatigatus:uel iſirmitate debilitatus nō
pōt genuflectere:uel alia corporis exercitia facere ī
orando:ſicut eſt ſtare brachiis extentis ante crucē:
ſe ꝓſternere:& tanq̄ moriens ꝓdolore ante crucifi
xum clamare:& ſimilia.Dicit ſic.Rogo te in chari
tate:ut ſi derelictus fueris in huiuſmodi ne poſſis
eadē opari:ſaltem ſedendo uigilia ne dormias in
corde tuo:ſed oī negotio educ noctem ſedens &
bona cogitās in intellectu tuo.Et infra confortat
omnem hōiem negligentiā excutere:quia ſe pro-
bat homo ꝙ dormitatō & ignauia & grauedo cor
poris & orōnis tedium:& inſipiditas mentis: que
omnia opprimunt homiem ne uigilare poſſit uel
uelit.Vnde preſcidendus eſt ſomnus oībus mōis
uolēti ad perfectionem aſcendere:& in ipa perſe-
uerare niſi q̄tum requirit ſtricta neceſſitas. Et ī his
mirā benedicti ieſu potentiā experietur aīa que ſu
am corporis fragilitatem ſuo ſuſtentabit conforta
tiuo.Expietur maxīe ſi uigilia p̄ nimia xp̄m pro ſe
uiglantē attendat: ipſumq; aſſociet in oratione p-
noctantē in monte.

## Ieſus die occupatus. Cap.xvi.

Agiſter perfectionis ih̄s & omnis alte uir
tutis forma predicti ſancti patris Iſaac do
ctrinam ſuo premonſtrauit exemplo : dū
non ſolum pernotabat in uigiliis nocturnis ꝓ no
ſtra ſalute:uerum etiam in die uacabatur pro opere
conſimili ab omni ocioſitate cauens & iugiter in
noſtre ſalutis operibus ſe exercens . Propter quod
Mar.vi. Quod erant qui ueniebant & qui redibāt
multi:ita ut nec quidē tempus manducandi habe
rent.Multum ergo damnauit ocium benedictus
ieſus dū ne die nec nocte uoluit iterrūpere opus
paterni honoris :& exercitium perfecte uirutis: ex
quibus ſecutum eſt beneficium noſtre ſalutis.

Inter omnia autem opera ſpūale exercitium mē
tis ſemper fuit in eo:nec unq̄ in eo interruptū. tan
quam intrinſecum:non ſolum inq̄tum comphen
ſor fruitione glorie: ſed etiam inq̄tum uiator con-
templatione ſublimiſſima uiatori cōueniente quā
tum ad illum modum quo erat uiator.Et hoc cre
dimus de beata uirgine matre ſua:adminus poſt ſe
cundam ſanctificationem ſuam:ſicut dictum ē ſu-
pra.Et ideo labor ille quo mens exercetur contem
platione diuina de genere operis eſt labor pfectus
& ſic exercitium corporiſ que adhuc immediate iū
guntur:ſicut cantus pſalmoꝝ & diuini officii exer
citium genuflexionis & clamoꝝ uocalium & cor
dialium ſuſpirioꝝ & gemituū & fletuū. Et hec
poſt p̄mum modum tenet ſecundū locum:que p
opere alio nō ſunt p̄termittenda niſi aſſit facultas
perſeuerandi in eis niſi inq̄tum requirit ſtricta ne-
ceſſitas corporis uel zelus procurande ſalutis.

Tertium locum tenet exercitium ſtudii illarum
ſcripturarum ſanctaꝝ que mentē inſtruūt & attra-
hunt ad ſenſum tenendū in deū:uel uiliſicationē ī
ducūt ſuum manifeſtando defectum:uel de ſtatu
uirtutum & articulorum fidei & efficatia ſacramen
torum:& occulta lucta tētationum & aliis neceſſa
riiſ ad intellectū ſupradictoꝝ tam pro ſe q̄ pro alio
rum ſalute. Contrarium huius ocupationis faci
unt ſtudētes in dictis paganicis & ſubtilitatibus
curioſis que inflant non edificant. Quartum lo
cum tenet exercitium operis manualis uel mecha
nici in quo eſt utile occupari tam pro edificatione
proximi ne uideamur ſolū uelle alioꝝ manducare
labores:q̄ etiam pro utilitate uitandi ocium ne pe
reamus iaculis inimici.Et hoc nō eſt curioſis & ua
nitatibus mūdi & incōpetentibus pauptati & pau
peri uſui ſtatus euangelici:ſicut ſunt curioſa edifi-
cia alta:ampla: mōſtruoſa: que magis regalibus fa
ſtigiis q̄ pauperibus mendicis apta uidentur.

His ergo excluſis malis opationibus que in ſu
perfluitate aggregationis uel edificationū tēpora
lium pauperum ieſu ſunt incōpetentes:multū lau
do ope mechanico operari duplici cauſa cū predi-
cta & tribus melioribus exercitiis:nō propter hec
impeditur. Quandocūq; autem uidemur conſtrī
gere uiros euangelicos ad opus manuale in opē
iſto:ſic uolumus ineſſe ut dictum eſt in hoc loco:
& tali operi priora exercitia anteponi.Nam ſtudiū
illud paganicum uanū & garrulū magis ad nocu-
mentū q̄ ad perfectū euangelice uite ſentimus nō
ſolū inq̄tū per hec tentamenta carnalium excludū
tur:q̄ multo melius & ſalubrius mōis aliis deuin-
cuntur. Nam per alios modos raro deuincitur lu-
xuria qn fortius per hoc ſupbia dn̄etur:quod nō ē
ſuperare:ſed perdere.Nequaq̄ enī benedictus ih̄s
talibus ſtudiis docuit tentamēta uincere:uel uirtu
tes acqrere.Sed dicit ꝙ oportet orare:& nunq̄ de
ficere:qui maxime tale uanitatis ſtudiū aduerſat-

UVA. BHSC. IyR_070

Attende autem𝔮 licet in die artificiali ad litte-ram multũ compaſſiue fuerit occupatus iħs mul-tas ſuſtinẽdo moleſtias tam infirmoꝝ uacádo cu-re:q̃ indoctoꝝ inſtruendo ignorantiam:q̃ etiam i piorum impugnátiam refellendo fallaciam: q̃ eti am in itinerádo & diſcurrẽdo pro nobis affligẽdo ſuam tenerá & delicatá naturá:tñ iſtũ diẽ latiuſ ex tendamus. Et cũ ipſe benedictus ieſus ſit ſol iu ſtitie:& dies ſit ſolis latio ſuper terrá: dicemus diẽ totum decurſum luioſe uite benedicti iħu quo lu xit in mundo in medio nationis praue & peruerſe ſolũ & uerũ luminare:quia ſua luciformi uita effu gauit tenebras orbis terre.Et hoc modo uita eius fuit una longa dies:de qua poſſumuſ aſſumere qđ dicitur Eccľ.xlvi.Vna dies facta eſt quaſi duo : qr luciformis eius uita uim duplicis illuminationis perfecte obtinuit:dum & ipſe in ſe perfectus uiri bus ſplenduit:& omniũ elemẽtoꝝ ſuoꝝ uitam i ſue uite merito ſplẽdidũ fecit. Vere ſacratiſſima dies in benedicto ieſu fuit

Longa merito
Longa labore aſſumpto
Longa dulcore interno
Longa exemplo undiq̃ luminoſo

Vere hec ſanctiſſima dies in benedicto ieſu de primo non fuit ante & poſt tam longa dies obe-diente domino uoci hominis:& pugnáte pro iſ rael.Sicut dicitur Ioſue.x.ideſt diuina miſericordia obediente uoci & clamori aſſumpte nature bene-dicti ieſu & pugnante contra hoſtem malignitatiſ noſtre pro electorum ſalute.De hoc Ioħ.xi.Qui á bulat in die non offendit.ſ.in die exemploꝝ chri ſti:hec dies luminoſa opponitur tenebris noctis p̃ ſate in alio capitulo:que & ipſa ad ſimilitudinem quattuor uigiliarum noctis predicte quattuor hẽt diſtinctioneſ efficatie luminoſe ſecundũ quattuor modoſ conſiderádi ſolem in artificiali die.ſ.q̃tum ad ortum:aſcenſum:reflexum ſiue deſcẽſum:& oc caſum.Sicut Eccleſiaſtes.i.dicitur.Oritur ſol & oc cidit:& ad locũ ſuum reuertitur &c. Hec igitur di-ẽs quam fecit domius:qui dicit.Ego ſum lux mũ di.Et quelibet pars huius ſancte diei habet treſ ho ras que poſſunt opponi tenebris noctis horrẽde. Et ſicut ſunt.xii.illuminationes exemplares ſolis iuſtitie ex ſue uite decurſu que rutillant & reſplen-dent in emiſperio mentiũ electoꝝ.Quantum ad benedicti ieſu ortum incarnationis & natiuitatis aſcenſum eminentie conuerſationis uſq̃ ad bap-tiſmum reflexmu ſiue deſcenſum

ſue deitatis ad máifeſtandũ ſeipm mũdo indigno per ſue p̃dicatiõis trienniũ:occaſum per uictorioſe paſſionis & mortis exterminium & ſuppliciũ quo ad paſſibilis uite decurſum. In ortu habuit iħs tres horas radioſe exemplaritatis : ſcilicet mũdiſſi me & integerrime puritatis in conceptu in utero ſacratiſſime matris.Et in egreſſu natiuitatis paup tatis penurioſe in inuolutione in panniculis & in reclinatione in preſepio auſteritatis rigidiſſime:in circunciſionis uulnere afflictiuo:in quo nobis piiſ ſimus ieſus & ſibi rigidus uoluit apparere in par-tibus illis multũ ſenſitiuis uulnus accipiens circu lare:ut doceat nos omne delectamentum concupi ſcentie & ſuperbie circuncidere : quia hoc ſuſtinuit obediens:in quo uerus ſol ieſus mundo oriens eſ fugauit omniũ tenebroſitatum radices. In aſcẽ ſu hũit ſol iuſtitie tres horas radioſi exẽpli . Ná in toto illo decurſu legiť fuiſſe p̃fundiſſime ſubiectõ nis & humilitatis tam legi i templo q̃ ſanctiſſime matri & Ioſep in ſue conuerſationis medio. Se-cundum exemplum fuit exultationis & peregrin-tionis dum fugit in egyptum ſtetit & rediit: & ut peregrinus ad gallileam tranſfugit; nec in terra tri bus iuda:unde ortus fuit conuerſationẽ habuit in exemplum 𝔮 peregrini & aduene debent eligi in ter ciues babilonis huius mũdi. Tertia hora ra-dioſa fuit ſilentium quietis ieſu.Nihil enim de eo legitur a.xii.anno uſq̃ ad.xxx.niſi conuerſatio cũ Ioſep:& ſilentium de omni facto ſuo i quo uitam noſtram quo ad duplicem uitam actiuam & contẽ platiuam:ut dictum eſt ſupra inſtruxit cum de hoc ageretur in ſignum huius ternarii ex triplici amo-ris denario in his tribus predictis ſue uite benedi-ctus ieſus deduxit decurſum. Tertio benedictuſ ieſus in reflexu ſiue condeſcẽſu ſumme pietatis qñ ſuum aduentum ad nos uoluit máifeſtare mũdo: tres horas habuit radioſas in triẽnio p̃dicatõis ſue.

Prima fuit radius uirtuoſe potentie in oſtenſis mi raculis.

Secunda fuit radius ſplendentis ſapientie in effuſiſ doctrinis.

Tertia fuit radius demulcentis miſericordie aſſum ptis conſortiis deſpectoꝝ & pauperum & nuptiis familiaribus peccatoribus oſtenſis. Huius hodie radioſa teſtimonia ſunt ignobilitates & deſpectio nes ſecundum mundum in ſuis apoſtolis refulgẽ tes.Sed & detractiones mordacium iudeoꝝ qui i multis locis de pietate oſtenſa peccatoribus pieta ti ieſu impie detraxerunt. In his tribus horis re-fulgent magnificentie dei:eſſentia:potentia:ſapiẽ tia:bonitas:per quas ieſus manifeſtans ſe mundo potuit cognoſci per omnia benedictus ieſus eẽ de us. Quarto benedictus ieſus ſol in ſuo occaſu tres horas oſtendit radioſe uirtutis

Ardentiſſime charitatis in ſe uolũtarie exponẽdo
Paſſibiliſſime doloroſitatis in acerrime patiendo
Victorioſiſſime ſtrenuitatis mortis dominium ab ſorbendo.

Vel aliter poſſumus dicere 𝔮 he tres hore ſunt pacientia in iniuriis:conſtátia in tormẽtis:uictoria de hoſte mortis: i quibus ſuos martyres exaiauit: cõfortauit:& uictores effecit. He ſunt.xii.hore: de quibus poteſt aſſumi uerbũ iħu Ioħ.xi. Nõne xii.hore ſunt diei?qui hanc die ſequitur nõ ambu-lat in tenebris:& qui in ea ambulat non offendit. Hec ſunt opera p̃ris:de quibus Ioħ.viiii.Me opor tet operari opera eius qui miſit me donec dies eſt



UVA. BHSC. IyR_070

uenit nox.i.deformitas a xp̄i uita qn̄ nemo poterit operari. Imperfectio autem huius diei ſoli trinitati beatiſſ.me: & ipſi hōi iħu eſt pfecte nota: hec eſt dies de qua dicitur in Zacha.xiiii. Eſt dies una que nota eſt dn̄o. Non dies: neq; nox ſupple decurſus naturalis tpis: ſed decurſus eterni & incarnati ſolis: & in ueſpe erit lux: qr tūc nox magis illuiata fuit: qn̄ magis radiis ſue infirmitatis adueſpaſcēdo p nobis noſtras infirmitates aſſumpſit: & mēbris infirmātibus condeſcēdit. Et qr de iſto decurſu ē totus liber: iō de oībus lſal'r pſeq omitto. Sed huiuſōi diei claritatē ad clarificādā aīam p iħu radiū cōuertamur. Nā in aīa facit p̄dictos quattuor curſus ſpūalis ſol ieſus. Nam

In ortu ip̄am rorificat per gratificationem
In aſcenſu ipſam clarificat p utriuſq; uite pfectōnē
In reflexu ip̄am ſimplificat per ſui exinanitionem
In occaſu ip̄am deificat p totalē trāſfigurationē.

Primo ergo inortu &c. Pius iħs aīam refrigerās ab eſtu peccoꝝ. Ad Hebreos p̄mo. dr̄ q; iħs ē ſplēdor gl'ie & figura ſubſtātie eius purgationē peccatoꝝ faciēs. Et hēt tres horas ieſus bn̄dictus ſecundum tres purgatōes pfectas omniū maloꝝ in plena obſeruantia xp̄i cōſilioꝝ. Et hāc diē nō pōt cogitare uel aſſumere mēs carnalis. Hoc enim eſt tm̄ pfectoꝝ qui oīa mala & occaſiones maloꝝ uolūt uitare ad plenū. Huic congruit qd' dicit' Mala. iii. Ecce uēit Et quis poterit cogitare diē aduentus eius? & quis ſtabit ad uidendū eū? Ipſe enim quaſi ignis conflās: & q̄ſi herba fullonū. Nullum pilum omittit ſubtegiminis: ſicut pfectio ortus iħu i aīa nihil dimittit pullulationis male radicis. Secundo ſuo aſcēſu mentē clarificat: dū in actiua ſuo exēplo eam dirigit: & in contēplatiua ſibi radioſe interius ſplendeſcit: & etiā utriuſq; uite alternata occupatōne & prudēti alterutriuſq; intermiſſione eā inſtruēdo perficit. Et in iſta pfectōis ſumma ut ſciat aīa p radiū ſctis iħu in ea ſecundū congruentiā tpis & operis: nūc contēplatiue: nūc actiue: nūc in utroq; ſalubriter occupari. Et de hoc in pluribus locis ſentiēs iħm ſue contēplatōis & actionis p̄ncipiū i fluxiuū: mediū reductiuū: terminū qetatiuū: dicit cū p̄s iħu xp̄i Tecum p̄ncipium in die uirtutis &c. Tertio ſuo reflexu benedictus iħs mentē ſimplificat: dū p exinanitionē ſui ſub maieſtate dei eā icinerat. Et ip̄e ſe ad ſenſum ualde pprie: qr quanto mēs plus eleuatur in contēplatione dei: tāto fortius & intimius reflectit' in cognitōe ſui. Et hic ſunt tres hore: qr ſentit ſe ex originali corruptiōe impfectam: & ex pp̄a malicia ad oēm malū pmptiſſimā: & qd' peius eſt oīſ diuini ifluxus & dōi p omnia deſtructiuā. Et hec eſt ualde uitalis cōdicio que facit aīam fecūdari oī bono dū ſentit ſe in ſe: & a malo originis exire: & ad malū tēdere proprie actionis. Huic diei cōuenit illud Zacha.xiiii. In die illa exibūt aque uiue de hierl'm: mediū eaꝝ ad mare orientale: & mediū ad mař nouiſſimū: & erit dn̄s rex ſuper omnē terrā: & erit dn̄s unus: & nom eius unū. Aque uiue ſunt p̄dicta cognitio aīam uiuificās: q̄ de hierl'm medio xp̄o iħu exeunt i aīam infinitā amaritudinē originalis infectōis & cōcupiſcentiā inſatiabilē amariſſime nr̄e actiōis: i cuius plena cognitōe fit dn̄s rex ſuper terrā talis aīe: dum total'r ſe ſibi ſubiicit: & a ſeip̄a deficit: & tūc fit dn̄s unus: & nomē eius unū: qn̄ qcqd bōi aīa in ſe ſentit: totū deo attribuit: & nō ptim deo & ptim ſibi. Ad talis ſolis reflexū iſte ſeqt' occaſſus: in quo q̄rto mentē deificat ſol iħs per totalē trāſformatōnem: ut iā i ſeip̄a deficiēs nihil i ſe de ſe ſentiat tal' aīa: ſed dicat. Mihi uiuer xp̄s ē. Et h̄ ſunt tres hore

Amor trāſformās ut in deum tranſeat
Dulcor ſatians: ut nihil utilius querat.
Vigor fortificans: ut inde non diſcedat.

Vere hic cōmendat deus charitatē ſuā in nobis dū ſic pius iħs nos facit ſeip̄m. De hac die dr̄ Ioel ultīo. In die illa ſtillabūt mōtes dulcedinē: & colleſ fluēt lacte: & per oēs riuos iuda ibūt aque. Montes ſunt eminētes pfectōes diuinitatis & hūanitatis ie ſua que tūc ſtillāt i aīam: dū illā in ſe trāſformant: ſed multo melius in eis recognoſcat: qr ſunt iħu: q̄ ſi ſue pp̄e eſſent: qr in ſe non eſt: ſed i iħu: & hec ſpectāt ad p̄mā horā amoris. Statim ſequit' ſecūda dulcoris: in qua etiā colles fluūt lac & mel: p colles accipiunt' hūiles condeſcēdentes quos guſtat aīa pietatiſ iħu electis facete: i q̄ miriſ mōis dulcorat': & extatice ſoporat'. Tūc aūt p oēs uicos iuda aq̄ uadūt. qn̄ i tertia hora ſic uigorat': q; ſic i iſtis pſeuerat: q; qcqd ē in ea turpis opatio cōis cordis & oris trāſeat & maneat fixe in p̄dictis pfectōibus dei hōis ieſu xp̄i. Hec eſt ſalubris occupatio in qua ſemetip̄m ad horas diei eructat uerbū iħs lux aīe illuiate eructat: & māifeſtat: & icorporat ſemetip̄m. Ad hoꝝ aūt intelligentiā multum faciūt que in aliis capitulis dicta ſunt: ubi contēplationis rami amplius dilatantur.

## Ieſus panes multiplicans. Cap. xvii.

Criptum eſt. Qui non laborat non manducet. Et ideo xp̄s cuius oēs uie ſunt miſericordie & ueritas nō niſi laborantibus in uia iuſtitie. ſ. imitatōis ſui ſue ſpālis refectionis alimoniam dignatur miſericorditer miniſtrare. Et quia ſaporoſior cibus quē poſſit habere anima in imitatione ieſu occupata eſt ipſemet paniſ uite qui de celo deſcendit: & qui ſolū confortat cor hominis. Ideo primo de ipſo ſumamus. & ipſum ſuauiter comedamus multiplicatum & fractum quinque panibus ordeacis & duobus piſcibus. Et in ſe ptē triticeiſ & paucis piſciculiſ figurarū. Sed nō poterit comedi: immo recognoſci talis panis: niſi ubi & de predictis panibus faciaſſe turbas legitur. ſ. in loco deſerto: nō cuiuſcūq; patrie ſed galilee. Nam Mar. vi. & viii. ubi de utroq; miraculo legitur. Etiā in galilea dicitur laſſatis turbis miniſtraſſe. Hūc cibū qui no in trāſportatōe pfecta mentis in deū: & derelictis oībus ſollicitudibus diſtractatiuis: & i ſola imitatōe ieſu nobis occupatis: nō ē uer & ſpūa-

UVA. BHSC. IyR_070

ter guſtare ieſum ordeaceū & triticeum panem.i.
ſecundū utranqȝ eius perfectionem intrinſecam &
extrinſecam: ſenſualem & intellectiuam. Nam tur-
ba infirma circa occupationē extrinſecam domini
occupatur. Et ideo in quinque milibus deſcribitur
quaſi numero ſenſuali: quia i ſenſibili ieſu uita cō-
templanda imitanda & deguſtanda perficitur: quā
ut ſequi delectabiliter poſſit: duplex ſpeſ quaſi duo
piſces condiūt ordeaceum panem iſtum: ſpes.ſ.ꝙ
per ipſum redimemur ab omni malo: & ſpes ꝙ in
bonis celeſtibus collocamur. Et hec anima co
medēs ordeaceū ſenſibilium operum ieſu fit iu-
mentum. Super quo ipſe ieſus ſedere dignatur fi-
denter cū ps.lxxii. dicensad benedictū ieſum. Vt
iumētum factus ſum apud te: & ego ſemper tecū.
Tenuiſti manum dexteram meam & in uolunta-
te tua deduxiſti me: & cū gloria ſuſcepiſti me: qua-
ſi dicat Nihil quero terrenum. Et ideo tali turbe ꝑ
cipit ſuper fenum ſedere & diſcūbere.i. ꝓpriū cor-
pus calcare: & plene poſſidere. Et in hoc fit unū
paſca: in quo tranſeunt ſenſus noſtri in deum. Vn
de Ioh.vi. dicitur ꝙ erat proximū paſca dies feſtus
iudeorum. Et hec eſt ſummi gradus perfectio. Id
circo dicitur Math.vi. ꝙ diſcubuerunt per cētenos
& quinquaginta. Et quia multa eſt refectio in
cogitatione & guſtatione ſenſitiue uite ieſu. Ideo
dicitur ꝙ manducauerunt omnes & ſaturati ſunt.
Ne autē crederes ꝙ totum comederint quod per-
fectionis eſt in operibus illis. Scias ꝙ beneditione
ieſu frangentis & multiplicantis intellectum i eis
ſuperſunt.xii.cophini fragmētorum: ſcilicet ad nu
merum .xii. apoſtolorum: ut ſcias ꝙ apoſtolice ꝑ
fectionis eſt & non ſimplicis turbe plene intellige
re ea que benedictus ihs pro nobis fecit in paſſibi-
li carne. Sed adhuc plus aſcendit cibi.vii. panum cō
ſideratio: ſcilicet iternarum uirtutum & perfectio-
num mentalium anime ieſu. Et ideo ille eſt panis
triticeus & ſeptenarius perfectionis donoꝝ ſpiri-
tus ſancti: in qua conſideratione iam non remanet
homo in uita iumenti: ſed eligitur ad ſublimitatē
ſtatus angelici: ut de ipſo poſſit dici. Panem ange-
lorum manducauit homo &c. Hoc autem non
fit niſi per receptam abundantiam ſpiritus ſancti
introducentis mentem in feruore cordialis amoriſ
ad intima ieſu exſiccatis omnibus que ſunt carnis.
Vnde & predictum miraculum dicitur factū poſt
penthecoſten tempore magni eſtuſ & ſiccatis hūori
bus germinantibus: propter quod de hoc pane nō
comederunt niſi uirtuoſi uiri & ſolide quadrature.
Ideo dicitur ꝙ erant quatuor milia: nulla mentiōe
facta de pueris & mulieribus. Quod cōtra dicitur
Math.xiiii. ꝙ de quinque panibus comederūt mu
lieres & paruuli: quia de ſenſualibus operibus ieſu
etiam reficiuntur īfirmi. O q̄ ſuauis ē ille panis &
q̄ multiplicatur in mente hominis deuoti facta be
neditione ieſu. Ne credat aliquis ꝙ poſſit to-
tum comedere: quin multo plus opporteat ſuper-
fluere: q̄ ipſe cum omni creatura quantūcunqȝ per-
fecta potuerit deguſtare: unde ſuperfuerunt ſeptē
ſporte. O anima mea noli te in alia diſtrahere: nec
alium cibum querere: quia ſufficit tibi ad omnem
ſuperabundantiam ieſus: ſi tamen ipſe ſe tibi frege
rit & multiplicauerit: & quanto plus conſideraue-
ris eum: tāto magis tibi ſuperfluet: iuxta illud. Glo
rificantes eum quantūcunqȝ ualebitis ſuperualebit
adhuc. Illis ſolis paruum eſt: & paruus ē panis iſte
in quibus necdum fractus & benedictus eſt qui &
per opera exteriora interna ſublimis ieſu in dignita
te ſue perſoue conſiderare non norunt dicentes.
Quid ualet tantum cogitare: & tota die tempus in
hoc occupare. Verum eſt ꝙ fuit cōceptus & natus:
& in preſepio reclinatus: & in mundo peregrinus.
Quid de hoc: hec oīa trāſierunt. Quid ualet ibi tē
pus perdere: melius eſt ſeipſum i aliis occupare uti
libus. O ceca ſtoliditas: quid eſt utile extra ie-
ſum? q̄q̄ enim extra ipſum eſt: eſt perditio non ſo-
lum temporis: ſed etiam ſubiecti operantis: & ipm
eſt opus amarum. Anima mea noli audire iſtoſ gar
rulos: quia nihil eſt ſalutare: nihil delectabile: nihil
refectiuum: nihil perfectiuum: niſi benedictus
ieſus: & illud quod ipſe facere dignatus eſt in carne

Et utinam anima mea ſemper poſſes occupare
cor tuum in minori quod in illa carne fuit: uel qd'
de ea exiuit. Sed in omnibus conſidera ꝙ deus eſt
ille qui in illis dignatus eſt ſe tibi monſtrare. Stoli
dus eſt ergo qui hanc occupationem non ſolum
reprehendere preſumit: ſed etiam qui ſuper omne
aliud opus quod extra illum eſt non extollit.

Quarum typum bene Andreas tunc infirmus
tenuit cum dicit.viiii. Eſt hic puer unus qui habet
quinque panes ordeaceos & duos piſces. Sed hec
quid ſunt inter tantos? Et ſimiliter de quattuor mi
libus dixerunt diſcipuli: unde illos quis poterit ſa-
tiare panibus in ſolitudine. Sed utrorunqȝ igno
rantiam ieſus reſſellens utrobiqȝ precipit diſcipulis
diſcūbere: qr in utroqȝ ꝑcipit ſi aīa uult ꝑfici ipam
amoroſe tranquille & abſqȝ diſtractione cogitare.
Nec hoc tibi ſufficiat aīa niſi ipſe dignetur māu ſue
potentie frangere duriciam cordis tui: & excellen-
tiam opis ſui: & ſue beneditionis influxus faciat ſa
pere tuo palatui. Quid eſt donum ꝙ ſic deus dile
xit mundum: ut filium ſuum unigenitum daret ad
opera nr̄e carnis? Et illud quod poſt ſcelera tantaꝝ
noſtrarum offenſionum in aſſumpta carne uoluit
uideri? & ſicut homo infirmus uoluit conuerſari?
O inq̄ raptus: & raptus exceſſus cui iſta multiplicē
tur ſi adhuc te itroduxerit: q habet clauem Dauid
qui aperit & nemo claudit: claudit & nemo aperit.
Non ſolū uidebuntur tibi ſuperfluere ab eo ꝙ cō-
ꝑhēdere poteris.xii. cophini & .vii. ſporte: ſed.xii.
milia celorum & uniuerſum creabile aut creatum
abinuicem diuine perſone dimiſſum. Licet autē
ſic contingat de toto uite benedicti ieſu decurſu:
& de ſingulis operibus que fecit in carne. Spāliter
tamen quinariū & ſeptenariū referamuſ ad ſue paſ
ſionis conflictū. Licet autem quinque panes or



UVA. BHSC. IyR_070

deacei poſſint dici quinque ſaluatoris uulnera: uel quinaria effuſio ſanguis ieſu ex ſua carne fluētis.ſ.
In ſudore
In flagellatione
In coronatione de ſpinis
In confixione in patibulo crucis &
In ultima apertione lateris
Poteſt tamen rationabiliter dici ꝙ per quinque panes intelligitur qcqd ſuppliciorꝝ: deriſionū: contumeliarꝝ: & flagellorum doloroſorꝝ uulnerum: que in carne ſuſtinuit. Quod pro tāto panis dicitur:quia ibi eſt noſtre refectionis redemptio.Sed ordeaceus & aſperrimus: qr ibi eſt uite amari ieſu doloroſa ſubtractio & extinctio. Qui quidē panis pro ſui aſperitate erat incōmeſtibilis:niſi ibi eſſent duo piſces certiſſime ſpei duplicis ſequētis operis: ſcilicet glorioſe reſurrectionis ipſius ieſu i beata carne:& uictorioſe aſcenſionis ſimul & eterne ſeſſionis in celeſti ſede. Diſtinguendo hos panes aľr poſſumus dicere ꝙ ſunt
Patientis iniuria
Patientis anguſtia
Patiendi cauſa
Paſſionis forma
In paſſione penuria:& finalis mortis deficientia.q oēs ſunt amari & duri niſi predictis condiantur.

Per ſeptem autem panes poſſunt ſignificari oēs rōnes doloroſe mentis ieſu: de quibus uere nihil poteſt comedi niſi a uiris perfectis:qui p ſpūs ſancti donum in feruore amoris ſeraphici introducuntur ad ſentimenta cordialia pfectionis cordis ieſu: & ad ieſſentiabiles obuias rōnes dolorum: que ab initio ſue conceptionis uſq; ad extremum mortis ſemper ſe obtulerūt potentie mentis ieſu:ipām ineſtimabiliter transfigentes:& maxime dum ſimul exterius crucifigentur in carne:de quibus infra dī: ubi & fuit prima ſcriptura huius libri que inchoauit in rōnibus obuiis dolorum cordis ieſu benedicti & intenſione doloris eius. Hic eſt panis ſimilagineus & quaſi melleus:qui ſoli ſponſe ſeruabatur.De quo dicitur in Ezech. xvi.c. Similā & mel & oleum comediſti:& perducta es ad mundū muliebrem.Et in ṗs.cxlvii. Adipe frumenti ſatiat te. Hoc ſolo pane inamoratur & impinguatur:decoratur:& deiformatur anima: ut uere dicat̄ & ſit benedicti ieſu ſponſa dum deguſtat infirmitatē amoris:quo chriſtus eam adamauit:dum tam infinitoſ dolores exceſſiuos continue ꝓ ea aſſumpſit. Hi ſunt etiam pauci piſciculi:qui licet ſint pauci & parui:tñ iubet apponi.i.a mente conſiderari.ſ.pfectiones aliorum ſanctorum xp̄i dolores meditantiū & ſibi cōpatiētiū maxime ſacratiſſime matris uirgīs cuius dolores licet fuerint maximi reſpectu oīs alterius doloris creati:reſpectu tamen doloris benedicti ieſu dilectiſſimi filii ſui ſunt ualde pui Cauſas autē cordialis doloris ieſu:& illius ieſtimabilis a nobis & oī creature infinite menſure. Poſſumus & aliter diſtiguere iſtos ſeptem panes manibus benedicti ieſu & ſpūs ſancti nobis beneditiōe confractos. Edamus in ſuauitate correſponſiua amoris dicētis pro primo pane primā & radicalem cauſam doloris ieſu eſſe infinitam miſericordiā diuine uolūtatis miſeri humano generi diſponētis.

Secundā requiſitionem inobliqualis diuine iuſtitie ſolū rōne iniurie requirentis. Tertiam cōmenſurationem diuine ſapie quantitatem dolorū pro ſatiſfatione plenaria oīs iniurie mille milium mundorum in natura aſſumpta a diuina perſona in menſura omni creature īmenſurabili diſpenſantis & miſerantis Quartam efficatiam diuine potentie exequentis in opere:& aiam ieſu tam īmenſurabilis menſure capacē per unionem infinitū deum ſimul producentis & perſone filii dei ſimul cū carne ſua ſibi unita eternaliter uiuentis. Quintā ſplendidam cognitionē & luīoſam ſapientiam in aīam benedicti ieſu a uerbo influxam oīa predicta plenarie cognoſcentis:librantis:diſtinguētis:ponderantis:& pleniſſime ad plenam ſufficientiā comꝓhendētis. Sextam ineſtimabilem ardorē charitatis īmenſurabilis cordis ieſu influxum a uerbo ī aīam ſiue uoluntatem pleniſſime & ardentiſſime ſemetipām totā in pfectis doloribus ſecundū lumen diuine ſapie īmergētis īmenſurabiles omniū dolorꝝ menſuras totaliter amplexantiſ pro honore dei reddēdo in zelatiuo dolore ſuarū iniuriarū: & perfectione ſui in correſpondentia: & exercitio uirtutum ſimilium uerbo aſſumenti:ſicut dictum eſt ſupra:dū agetur de perfectōe gratie xp̄i pro humano genere redimēdo & abſoluendo ab oī labe cuiuſcūq; peccati:& ꝓmouēdo & perficiēdo i ope & gradu & ſtatu cuiuſcunq; meriti reſpectu cuiuſcunq; particularis & cuiuſcūq; operis actus ſiue interioris ſiue exterioriſ q̄tuncūq; minimi:quo ad rōnem operis meritorii & deo accepti. Septimam ineſtimabilem & indefectibilē uigorem potētie in aīa benedicti ieſu influxū a uerbo ad tenendum īmobiliter infixam animā & carnem ieſu ſecundū predictū:ordinem ad iſta indefectibiliter & ſtrenuiſſime tolerāda ſimpľr non determinādo certum tēpus:ſed q̄ntū placeret diuine miſericordie & iuſtitie & ſapie pro tota eternitate: ſi hoc uellent eligere ita ꝙ anima ieſu non poſuit ex ſe finem in his.Sed ſimpliciter pro ſeculo eterno ſe expoſuit in manu diuine iuſtitie:& in ipā mirabiliter perdurat:licet diuina iuſtitia paſſiones ſuas ad certum ſue paſſibilis uite terminū finire uoluerit. Horum ſeptem panum ualde paruum ē quod guſtamus.Vnde & ſeptem ſporte remanēt plene:quas ſolus ſpūs ſeptiformis in ſe guſtat.accipiendo perfectionem mentis ieſu:& ipſum ihm plene guſtare fac̄ faciēdo ipm frui oībus diuitiis ꝑfectōibus:& ſuis pfectis uirtutibus:tā ī ſe:q̄ in oībus ſuis m̄bris.Et de his diſpēſat mētibus amatiuis ſecundum proportionem ſue ſapientie & amoris:quas ad ſtatum ſeraphicum dignat̄ aſſumere.

Multi ſunt alii mōi diſtinguēdi & figurandi pa

UVA. BHSC. IyR_070

nes iſtos:tam quinqꝫ:q̄ ſeptem.Nam quinqꝫ ſunt que reqrũtur in preſẽtia ſeculariũ & ſeptenaria per fectio q̄ requirit̃ in eminẽtia pfectoꝝ. Vel qnqꝫ panes poſſunt dici:quinqꝫ libri moyſi:& ſtatus ueteris teſtamenti:quifuit ordeaceus & ſenſualis aſpe ritate timoris conditus:tamẽ iubilatio pſalmodie & ſpiritus prophetie predicentis ſuauitatem ꝓmiſſi ieſu.In cuius condimento ſolus ille panis comedi poterat cum ſalute.Iuxta illud.Neceſſe ẽ impleri omnia que dicta ſũt in lege & ꝓphis:& ps de me: luce ultimo. Septem autẽ panes poſſunt dici ſta tus noui teſtamenti:In quo abunde effunditur ſpi ritus ſancti gratia ſeptiformis que animam perficit in uirtute:ut iam non ſub teſta figure: quaſi ſub uelato hordeo ueteris teſtamenti comedat panem aſperum:ſed puriſſimũ granũ frumẽti nudũ & aptum in ueritate reuelata gratie ieſu chriſti:ut ſponſe eccleſie dicatur illud Cant.vii.Venter tuus ſicut aceruus tritici uallatus liliis pro predicatione & ob ſeruantia:ut etiam pauci comedunt:piſciculi contẽ plationis uie:qui dicuntur parui & pauci reſpectu conſolationis glorie reſeruate. Quia multi alii modi iſtorum panum ſunt:& ab aliis traditi:& diu iã illud capitulũ protraximus:faciamus finem in pane uite ieſu qui in cenaculo ſyon quaſi electus ad ſtatum extaticum ſolis diſcipulis tradidit ſemet ipſum miniſtrans in cibum & precium ſacrificium & ſacramentum. Benedictus ſit ergo ieſus eternus panis:qui panem ſe dicit:panẽ ſe fecit: panes multiplicauit:panẽ in ſeipſũ conuertit:ut ſic di lecte anime plene ſufficiat hic ſuauiſſimus panis ui te. Expecta ergo anima mea in deſerto ieſu:& ſuſtine triduo patienter:dare intelligens per infirmi tatem tui:impugnationem tui: ſubtractionem ſui tibi utiliter facit.Nec turberis ſi pertrãſit hora: & tibi conſolatio aduesperaſcit:quia certiſſime ipſe te re ficiet in quinario & ſeptenario hordeo & tritico mi ris modis .Si tamẽ in primo ſuper fenum ſederis: & in ſecũdo uirtute perfecta te quadraueris.

Ieſus tranquillãs flatus Cap.xviii.

Ranquillus ieſus tranqllans omnia & qe tum aſpicere quieſcere eſt.Iſtud erit cum uidebimus eum ſicuti eſt. Sed dum ſumus in uia ſepe abſcondit faciem ſuam:& tunc me nto conturbamur: quod maxime facere ſolet amicis cariſſimis:unde & diſcipulis ſepe permiſit mare turbari. Et ne ſe aſſecuret periculis huius uite ex conſolationibus receptis dicitur Mar.vi. ꝙ ſtatim poſt miracula quinqꝫ panum cum ſero eẽt factum ipſe erat ſolus in terra:unde aſcendit in mon tem ſolus orare:& tunc in mari ceperunt diſcipuli laborare in remigando.Erat enim uentus eis cõtrarius.O quot uenti ſunt cõtrarii nauigantibus hoc mare magnum & ſpatioſum:uideamus de his uentis contrariis.Quia nos ipſi ſumus uenti contrarii noſtre ſaluti:unde Iob.vii.Memẽto mei deus:quia uentus eſt uita mea. Nota autẽ ꝙ uenti principales dicũtur quattuor qui habent fieri ſecũdũ quoſdam ex ĩpulſu quattuor brachioꝝ maris cõtra quat tuor latera terre:& ex illo conflictu fit motus in ae re:& ex illo motu cõcitat̃ uẽtus ſecũdũ diuerſas par tes illius cõflictus.ſ.orientis:occidentis:auſtri & aq lonis. Hi ſunt quattuor uẽti de quibus dicitur in Dañ.Quattuor uẽti pugnabant ĩ mari magno:licet poſſint dici quattuor paſſiones q̄ turbãt mẽtem carnalis & beſtialis: tamen poſſumus dicere ꝙ hi quattuor uẽti ſunt quattuor peccata principalia in turbine huius mundi. Vnde quattuor ſunt uẽti cardinales:& q̄libet habet duos collaterales hinc & inde:& ſunt.xii. Primus eſt orientalis:& iſte cali dus ẽ & ſiccus:& ſignificat iram & ſuperbiã q̄ ẽ calida dum facit hominẽ furioſum & ſepe uenit ab oriẽte natiuitatis proſapie:& eſt ſicca ab omni pietate:qa ſitit uindictã & proximoꝝ oppreſſionem.

Iſte uentus faciat tẽpeſtatẽ in diuitibus nobilibus & potentibus huius ſeculi. De hoc Hiere.iiii. Ventus urens in uiis q̄ ſũt in deſerto.i.in corde gra tia derelicto:gratia.n. dereliquere mẽtẽ ſue ſupbie turbidus fit:qđ dicit̃ Iob.xxvii. Tollet eũ uentus urens & auferet:& uelut turbo rapiet eum de loco ſuo. Ventus urens ẽ iracundia q̄ aufert homini rationem.Turbo ẽ ſuperbia q̄ precipitat eum per preſumptionem:& tunc rapit eum de loco ſuo:qñ ſuperbus nõ ſuſtinet uideri quod ẽ:ſed multa oſtẽ tatione:quaſi in omnibus ſe facit quod nõ eſt. Cõ tra turbinẽ huius uẽti eſt remedium quod habent naute.Nã quando nauis periclitatur qui poſſunt ad paruam fugere nauiculam liberantur. Sic q po teſt hic uilitatẽ ſuã cognoſcere:liberabitur a uento ſuperbie. Secundus ẽ meredionalis ſeu auſtralis & iſte eſt calidus & humidus:& ſignificat concupi ſcentiam q̄ orit̃ ex ſanguine qui ẽ calidus & humi dus.Iſte facit tempeſtatẽ iuuenibus.Nã luxuria calefacit & ardere facit mentem adurendo per ardorem ſulphureum:ſed humida fluit per humorẽ fedum.De quolibet tali dicitur. Hier.ii.In deſiderio anime ſue attraxit uentum amoris ſui. Sed quod doloroſius eſt etiam hunc peſtilentem uentum. Hieremias paſtoribus attribuit dicens. Paſtores tu os paſcit uẽtus & amatores tui ĩ captiuitate ibunt.

Contra hãc peſtem ẽ aliud remediũ exẽplo nau tarũ:qui quãdo naues nimio retrahuntur ponde proiiciũt merces in mare:ſic qui humoribus corpo ris ſui in caſtitate ſubmergitur:hos proiiciat in ma ri auſteritatis & abſtinentie amaricantis gulam & uentrẽ:per uigilias enim & lachrymas ſuſpiria & au ſtera ieiunia euacuantur humores facientes laſciuie tempeſtates. Tertius eſt ſeptentrionalis qui dici tur tramontana:qui tranſit per loca ſempiterni frigoris & ſignificat inuidiam & accidiam:& ex malanconia oritur que eſt frigida & ſicca:ſicut eſt iuidia & accidia. Nam inuidia frigida eſt ad bonum aliorum: & accidia ſicca ad proprium:hꝫ facit tẽpeſtatem pauperibus in ſpiritualibus bonis p quos nunquam tranſit calor celeſtis ſolis. De his dicitur Oſee.Ventum & turbinẽ metent. Cõtra hunc

UVA. BHSC. IyR_070

uentum in paruulis barculis eſt remedium ꝙ ad
terram ueniant. Nam & hi paruuli ſunt: quia par-
uulum occidit inuidia ſicut dicit Iob.v.ca. unde re
medium iſtorũ eſt ꝙ ipſi dimittãt inuidiam re-
ſpectu bonorum proximi: & cum illo incipiãt cha
ritatẽ mercari: & accidiã reſpectu ſue pigritie: & in-
cipiant operari terram corporis ſui: quia qui opera
bitur terram ſuam ſatiabitur panibus. Quartus
ẽ occidẽtalis: & hic frigidus & humidus ẽ: & ſigni
ficat auaritiam que a flecmate habet ortum: & hic
tempeſtatem facit in ſenibus. Nam facit frigidũ in
retinendo: & humidũ ĩ appetẽdo: nec ſatiat᷑ prop̃
is: ſed ſemper in aliena defluit anxietatibus cupi-
dis. Sicut humidũ nõ terminat᷑ termino proprio:
ſic auaritia nõ niſi in morte terminat᷑ que aliena ẽ
ab inſtituta natura. De hoc dicit᷑ Eccle.xxiiii. Qua-
ſi qui apprehendit uentũ & ſequitur umbram: ſic
qui aſcendit ad uiſa mendatia.i. ad mendaces & fal
laces diuitias: de quibus p̃s. Vt quid diligitis uani-
tatem & queritis mendaciũ. Iſtis ergo oĩbus uẽ
tis ieſus imperauit: quãdo eos omnia relinquere fe
cit: & tunc in conſcientia facta ẽ tranqllitas magna
que nulla querunt terrena. Attende ꝙ iſta quarta
turbatio erat in apoſtolis.

Primo pp̃ defectũ lucis ſiue claritatis qa nox erat.

Secundo pp̃ defectum dulcedinis ſiue ſuauitatis:
quia erãt in mari.

Tertio propter inſultũ turbinis ſiue hoſtilitatis: qa
uentus erat contrarius.

Quarto propter defectum roboris ſiue poteſtatis:
quia laborabant in remigando. Et tanto plus uen
tus intumeſcebat. Horum omnium cã fuit xp̃i
abſentia. Quando enim anima ſẽtit ſe obtenebra-
ri in recognoſcendis: & priuari ſuauitatibus inter-
nis: & ĩpugnari hoſtibus extrinſecis: & deficere in
uiribus propriis: ſepe quaſi ad peccatum diſpera-
tionis uenit: unde & hic dicitur ꝙ nauicula operie
batur fluctibus: & ſepe ſe credit derelictam a xp̃o:
qui tamẽ eam talibus exponit ut augeatur in meri
to: unde omnes tribulationes electorum eis a deo
procurantur & permittuntur affectu paterno.

Vnde Origenes dicit: ꝙ ieſus fecit mare turbare
& dicit ꝙ hec tẽpeſtas non ex ſe orta ẽ: ſed poteſta
ti paruit ĩperantis. Qui educit uentos de theſauris
ſuis. Facta ẽ autẽ tẽpeſtas magna ut magnũ opus
oſtẽderetur: h̃ ãt dicit Ori. de alia tẽpeſtate de qua
habetur Mat.viii. Sed ſimile ẽ etiam de iſta: unde di
cit Criſo. ꝙ h̃ turbatio typus erat futurarum tẽtatio
num: de quibus paulus dicit. Nolumus uos igno
rare fratres quoniam grauati ſumus ſupra uirtutem
ita ut tederet nos etiam uiuere. Facit autem h̃ ie
ſus electis. Primo ut tẽtatiõibus coronẽtur & ho
norabilius poſſideant regnũ uite. Secundo ut de
mones amplius confundantur: quia permiſſi ſunt
electos ita acriter ĩpugnare qui ſunt carnis debilita
te ueſtiti. Multum confunduntur illi ſpiritus arro-
gantes & ſuperbi: & in hoc maxime deus honorat᷑
& ideo ſolẽniſſimas uictorias & uniuerſaliter dia-
bolũ proſternentes in mundo non conſueuit deus
facere niſi perſonas deſpicabiles & abiectas que in
hoc ſeculo cum Iob non cenſentur nomine uiro℞
ſed ancillarum: ubi glorianter dicit deus ad Iob. de
ſuperbo demone: ꝙ alligabit eũ ancillis ſuis. Ter-
tio propter cuſtodiã infuſe uirtutis: nõ.n. conſerua
tur uirtus nec auget᷑ niſi recognoſcatur. Opor-
ter ergo ꝙ flumina gratiarũ partialium reintrẽt in
mare abyſſaliũ meritorum ieſu per gratiarum actio
nem ut iterum fluant per continuationẽ & augmẽ
tum: quod tunc maxime fit quando anima ſuũ ple
ne cognoſcit defectum: unde & Apo. dicebat. Cũ
infirmor tunc fortior ſum: nam uirtus in infirmita
te perficit᷑ recognitionis uidelicet defectus ꝓprii &
diuini preſidii: propter quod non ſtatim ſuccurrit:
ſed expectat uſqꝫ ad quartam uigiliam noctis: un
de theophilus dicit ꝙ non ſtatim eis aſtitit: ſed per
totã noctẽ eos periclitari ꝑmiſit ut doceret eos pa-
tienter expectare: & non a principio in tribulati-
one ſperare ſubſidium. Et dicit ꝙ cum ieſus debet
eorum pericula cõpeſcere tunc maiorem timorem
incutit: unde ad tantum eos deduxit ꝙ uidẽtes eũ
ſupra mare ambulantẽ eſtimauerunt fantaſma eſſe
ut per hoc etiam eis oſtendat ꝙ ipſi deficiunt in co
gnitione non cognoſcentes preſens adiutorium:
& non intelligentes precedens beneficium: unde
etiam Mar.vi. dicitur ꝙ ipſi nõ intellexerunt de pa
nibus. Erat enim cor eorum obcecatũ: ut per hoc
oſtendatur ꝙ deus notificat anime ꝙ ipſa ẽ ingra-
ta & ceca: & adhuc plus eſt inſida: quia uirtutẽ ſuc-
curſus eſtimat defectionis fantaſma. Ad h̃ aũt
notificanda menti etiam ieſus dat adiutorium: qa
dum animã oppreſſam iuuare uenit: quaſi ſe alio
ire oſtendit: unde dicitur ꝙ uolebat preterire eos:
ac ſi de eis nõ pertineret ad eum. De hoc ſimile
habuiſti ſupra de chananea: imo quod ſtupendiſſi
mũ ẽ tãtũ placet recognitio ſue impoſſibilitatis ad
bonũ: & inabyſſatio proprie uoluntatis ad appe-
tẽdũ & perpetrãdũ omne malum: ꝙ quando ani-
ma ad iſta plene de ſe ſentiendũ ſe reddit difficilem
& nõ habet h̃ ſicut cognitionem indubitabilẽ qd
nunꝗ̃ ẽ niſi per ſuperbie & preſũptionis ſuperciliũ
quãtũcũqꝫ talem animam deus eternaliter exceſſi-
ue dilexerit: & ad ſublimẽ ſtatum prouehendã ele-
gerit: tamen propter iſtud humilitatis profundum
in ea formandũ: in quo eſt omnis boni fundamẽ
tũ fomẽtum: & cõplementum: aliquando permit-
tit eã ad multa horribilia & ſibi cõtraria ruere: ſicut
eſt exẽplũ in paulo. Aliquãdo ãt permittit poſt in-
numera beneficia & altã experientiam amoris dei
horribiliter & uiliter ruere. Exẽplũ de apoſtolis oĩ-
bus ruẽtibus tp̃e paſſionis. Sed ꝗ̃ maxime de dauid
in adulterio berſabee: & homicidio urie: poſtꝗ̃ tan-
ta beneficia a deo receperat: & hec oĩa ſalubrit᷑ per-
mittit ut dicit Grego. ut eos ſublimius ꝑ humilita
tẽ erigat q debilius per cecã ſupbiã ſtabãt: hoc ãt ĩ
pluribus locis ẽ actũ. Quarto ut per h̃ dei potẽ-
tia: ſapientia: & bonitas multiplicius innoteſcat:

UVA. BHSC. IyR_070

dum nõ ſolũ bona:ſed etiam mala electorum facit ſubſeruire ſaluti: ac per hoc ipſi electi cautius humilius & electius aſſurgunt ad dilectum ieſum amandum in cuius merito & ſolo adiutorio reſurgunt a malo:& proficiunt in bono:ac per hoc ſibi nihil de ſe relinquentes totaliter in ieſũ tranſeunt. Quinto ut ſatiſfaciat diuine iuſtitie q̃ requirit talium electorũ uitã in tribulatione purgari:& p hũc modũ gratiã in eis augeri:ubi & uides maximã aſſociationẽ miſericordie ſaluatoris ieſu cũ ſue rigore iuſtitie:dũ oia per que iuſtitia punit ad eterni p̃mii ſuperexcellentiã ſubſeruire facit. Sexto põt dici ꝙ etiam hoc facit ut poſt tribulatiõis experiẽtiam ſue abſentie:iocũdius teneatur.Idem.n.bonũ perditũ & poſtea reinuentum habet nouã gaudii rationem:quod maxime fieret ſi in reinuentione haberet augmẽtũ:quod cõmuniter fit electis. Nullus deſperet ſi tribulatiõibus ipſũ ieſus exponit:qa per tribulationes ipſum probat: nõ reprobat:gratiam auget nõ aufert:& letitiam eternã cumulat dũ tẽporaliter cõtriſtat:unde apl's ad hebre. Si extra diſciplinã eſtis:iã nõ filii:ſed adulteri. De hoc dicit Ber.in ſermone.xvi.ſuper Qui habitat. Vtilis ẽ tribulatio que probationem operatur & ducit ad gloriam:& infra.Res ut dixi neceſſaria ẽ tribulatio que in gloriam uertitur:triſtitia que mutatur ĩ gaudium.Sane lõgum quod nemo tollet a nobis & multa ibi de hoc pulchra:Idẽ ſermone.vi. ibidẽ. Si magnũ ibid eccleſie corpus cõſiderare libet: facile ſatis aduertimus lõge acrius ĩpugnari ſpũalis eccleſie: q̃ carnales agit hoc ſane ſemper ſuperbia & inuidioſa malitia perfectiores quoq͂ uehementius pulſat.Iuxta illud. Eſca eius electa. Agit inq̃ & nõ ſine certa diuini diſpenſatiõe cõſilii qui qdem nec imperfectiores ſupra id quod ferre poſſunt tẽtari permittit: faciẽs cõ tẽtatione prouentũ:& perfectioribus nõ modo glorioſiores:ſed numeroſiores parat ex hoſte triũphos:h̃ Ber. Noli ergo timere ꝙ dominus electos ſuos magnis & multis tribulationibus exponit:ſed finaliter non relinqt: unde & pluries pmiſit diſcipulos tẽpeſtati: ſed nũq̃ ſubmergi:qn potius ſecũdũ multitudinẽ doloꝝ ſuoꝝ in corde ſuo ſubite & ĩſperate cõſolationes benedicti ieſu letificãt animas electorum. Vnde & contra quatuor picula ſupraſcripta quatuor remedia adueniens apportat. Nã cõtra tediũ noctis & ignorantie aduenit cũ diluculo lucis radioſe.Cõtra defectum amaritudinis interne uenit cum dulcedine allocutionis:ſuauiſſime mẽti ingerens infinitũ pelagũ ſue eẽntie in qua eſt mare ĩmenſe cõſolationis:& hoc cũ dicit.Confidite ego ſũ:nolite timere unde talis anima reliquatur dulcore.d.illud Cant. Anima mea liquefacta ẽ: ut dilectus locutus ẽ.Cõtra hoſtis tẽpeſtatẽ aduerſantis apportat remediũ ſolide deãbulationis:unde dicitur ꝙ uenit ad eos ambulans ſupra mare. Suum ambulare ſupra mare eſt nos ambulare facere ad ſimilitudinem greſſuum ſuorum quibus calcat per patientiam omnes fluctus tribulatiõis illate: facit nos hillariter per tribulationes incedere: & in medio ipſarum in ueritate ambulare. Et hoc eſt maximum ſignum utilis adiutorii quando tribulationes non auferuntur:ſed in medio ipſarum greſſus ſolidi cõferuntur:& hoc eſt quando uirtus patientie datur que habet opus perfectũ:in qua plene anima poſſidetur.Hoc debent petere qui ad perfectionẽ aſpirant:ꝙ per tribulationes uirtuoſe procedant:nõ ꝙ tribulationes recedãt.Hi ãt ſũt qui cãtãt in uiis dñi quoniam magna eſt gloria domini.Hoc fortis athleta petrus petit cũ dicit.Domine ſi tu es iube me uenire ad te ſuper aquas &c. Mat.xiiii.uide totum

Quartum remedium quod datur contra quartum defectum.ſ.noſtre uirtutis & roboris tribulationibus ſubcũbentis:contra quẽ imperialis acceſſus poteſtatis ieſu omnia increpantis in mari facta ẽ tranquillitas magna. Sed contra uniuerſalem radicem predictorum periculorum que fuit chriſti abſentia introducitur uniuerſalis radix omniũ predictoꝝ remedioꝝ que ẽ chriſti ſocialis & unitiua p̃ſentia:cũ dicitur ꝙ aſcẽdit ad illos in naui.In cuius unione eſt ceſſatio oĩs mali:& dulcoratio oĩs afflictui. Ipſe elegerat mẽtem ad ſublimia. Et iſte eſt unus modus quo dulcoratur aqua amara per eleuationem uaporoſã in aera a uirtute ſolis.Ipſe ẽt oẽs tribulationes mentis oſtendit pertranſiſſe per oẽs uenas cordis ſui:& ideo inde exire debuit dulcoroſitas :& amore paterno nobis ꝓpinquitas. Et hic ẽ ſecundus modus quo dulcoratur aqua amara qñ tranſit per occultos terre meatus in quibus purificationẽ accipit & dulcorẽ.Oſtenditur etiam in nobis:quia ipſe eſt qui portat & non nos: unde ſicut nos non ſumus qui loquimur:ſed ſpiritus patris noſtri: ſic nec nos ſumus q portamus:ſed uirtus ĩ nobis habitãtis piiſſimi & uictorioſiſſimi ieſu xp̃i Ipſe eſt enim illud lignũ forte & ĩputribile quod artifex ſapiens elegit ad faciendũ pontẽ & nauẽ nobis infirmis:ut illeſi per aquas tribulationis trãſeamus:& ipſas dulcoratas leti bibamus. Et iſte eſt tertius modus quo leguntur aque dulcorate ĩ exo.cum dicitur:ꝙ ex p̃cepto domini poſuit moyſes lignũ in aquis amaris q̃ in dulcedine ſunt cõuerſe:huic ligno modico humili & deſpecto:quod dominus exaltat homines prebent animas ſuas.Ipſe etiam ieſus ẽ eterna ſapientia que omnibus dat ſaporem debitum ſecundum congruentiam temporis & cauſaꝝ.Et ideo nobis ĩmittit:ꝙ dum habitamus in peregrinatione paſſibilis carnis nihil nobis debet eẽ dulcius q̃ ſimilitudo chriſti uite paſſibilis:& ideo ĩmittit menti ꝙ nihil debet ſibi dulceſcere niſi cũ chriſto crucifixo ſimul crucifigi & cordis ſui continue deglutire anguſtias. Et hic eſt quartus modus quo legũtur aque dulcorate & ab amaritudis morte ſaluate.iiii.Re.ii.dũ helyſeus fecit uas nouũ & miſit ĩ eo ſal.& de illo miſit ĩ fõtes aquaꝝ:& dixit:h̃ dicit dominus deus. Sanaui aq̃s has: & non erit in eis ultra mors neq; ſterilitas.

UVA. BHSC. IyR_070

Vas nouum eſt cor per ſpiritum ſanctum a uetuſta
te proprii ardoris tranſlatum in nouitatem amo-
ris ieſu:ut eodem guſtu ſaperet omnia. Qui bene-
dictus ieſus licet impari gradu & tunc mit-
titur in fontē omnis amaritudinis noſtre.ſ. noſtri
amoris uitioſi & reciproci ad nos in quo eſt fons
omnis noſtre culpe & tribulationis. Sic ergo ui
diſti quomodo ieſus ſaluator optimus oēs aduer-
ſarios flatus tranquillat anime tribulate. Sed attē
de ꝙ duplici tēpore tempeſtas legitur diſcipulorꝫ
inuaſiſſe nauiculam:primo ſicut dictū ē:hic ieſu ab
ſente. ſcd'o ſicut dr̄ Mar.iiii.ieſu dormiente: licet ī
his multa poſſent ſignificari:tamē poſſumus dice
re ꝙ abſentia ieſu chriſti ſignificat tempeſtatē ab
hereticis ortam:eis.n.abeſt ieſus qui fides abeſt.
Dormitio uero ſignificat tempeſtatē a prauis mo
ribus excitatam. Adeſt quidem peruerſis fidelibus
per fidei ueritatem:ſed eis dormit per operandi ne
gligentiam & torporem:& ideo multarum concu
piſcentiarum & ambitionū fluctibus talium opp̄
muntur nauicule:unde ad exaggregationē iniqui-
tatis eorꝫ ualet qd' Mar.dicit ꝙ ieſus erat in puppi
ſuper ceruical dormiens. Puppis ē poſterior pars
nauis in qua ſignificatur ꝙ ieſum poſt dorſum ꝑie
cerunt. Et ſicut dicitur de malis ſenibus in Daniele
ꝙ auerterunt faciem ne reſpicerēt celum: nec recor
darentur iuditiorum iuſtorum: ſic & hic peruerſi
chriſtiani aduertunt intellectum ne reſpiciant alti-
tudinem ſui ſtatus qui ſunt chriſti ſanguine precio
ſo redempti ne recordentur iuſti iuditi dei. Qua
propter iuſte cōdēnabit eos in ſupplitiis:qui tantū
neglexerunt ſpem ſalutis. Et quod peius eſt unū
molle ceruical poſuerunt ſub genu ieſu: ut ſuauius
ab eorum protectione & auxilio tā aures ꝗ ſenſum
auertant. Hoc ceruical eſt delectatio & requies
quam habent impii in diuine offenſionis operibuſ
qui letantur cum male fecerint & exultant in rebus
peſſimis:propter quod chriſtus ſuauiter dormit &
requieſcit ꝙ tribulentur:& diabolice poteſtati tra-
dantur. Sicut ipſe dicit Prouer.i. Deſpexiſtis omne
conſilium meum:& increpationes meas neglexi-
ſtis:ego quoqꝫ in interitu ueſtro ridebo & ſubſana
bo cum uobis id quod timebatis aduenerit. Sed
attende ꝗ diu laborant in remigando:& in aliis ꝓ-
prie induſtrie inſtrnmentis :tādiu magis īualuit uē
tus:quia quando mali chriſtiani credunt per alia re
media uentum tribulationis effugere ꝗ per ſalubrē
penitentiam & orationē deuotam chriſtum excita
re:uano labore conſumuntur :quia & ſua expēdūt
& tribulationem non effugiunt. Et ſi per ħ aliquā
do tēporaliter ceſſat periculoſius uaſtat:dum per
ħ eterna incendia preparat. O ꝗ lachrymabiliter
ħ poſſent ad preſentis tēporis malitiam retorqueri
ut dicamus ieſum dormire negligenter & miſerri-
me ſeruantibus ſuum ſtatum. Sed dānabiliter abeſ
ſe pertinaciter defendentibus:& ſub ſpecie uirtutis
colorantibus ſuum defectum: per hoc exhortatio
nis remedium ſi uolunt excludere negligentiam:
& miſeriam:ex quo ſuum nolunt recognoſcere de
fectum. Secūdis ſtat ſubmerſionis periculū:im-
mo neceſſario habent perire niſi aduenire dignet̄
dominus. Sed quomodo eis aduenit qui nec ī ma
ri dicunt ſe eē nec in periculis laborare? O ꝗ ama
rum eſt ſibi mare:in eo ꝙ ſuarum amaritudinū eis
amaritudo dulceſſit ꝗ tenebroſior eſt in eis nox:in
eo ꝙ ſuam noctem tenebroſam dicūt lucem diſcre
tionis. O ꝗ eſt eis tēpeſtior uentorꝫ cōflictus quo
magis in medio eorum poſuerūt ſui appetitus le-
ctum:dum diſtractionibus tribulationū ſtatui ſuo
repugnātiū conquieſcunt. Hi ſunt ſimiles feris
marinis que in tēpeſtatibus fluctuum delectantur
& appropinquant ad barculas que ad portum feſti
nant:ut eas ſi poſſent ſubmergant. Sic & hi amen-
tes & furioſi pauperculos tales turbines fugientes
nituntur ad ſui imitationē attrahere. ut ſimilis eos
unda ſubmergat:quāto periculoſius periculū defe
ctu roboris & deſiſtentis uirtutis incurrunt: dum ī
eo ꝙ ſtatū ſuū deſtruunt per labores multos tēpo
ralia:& mūdanos honores ac ſtatus ꝓcurāt:& ī his
uitā ſuā occupant ieſu imitatione relicta & cauſidi-
cationibus & defenſionibus ſuarū malarum liber-
tatum uacaut:hi ſunt remi cum qbus laborant ina
nitus:quia fluctus non minuūt: ſed intendunt: &
dum contra unū litigant multos alios prouocant.

O ꝗ periculoſe omniū bonorꝫ radice xp̄i p̄riā
ſunt priuati:& tanto peius quanto falſo xp̄o ímo
cum antichriſto ipſi ſunt ſociati:dum deſtructionē
promiſſe paupertatis & cauſidicationem machinā
ſue hūilitatis p tēporaliū affluentiā maculant ſue
puritatis diſtractionē cōtinuā ruinā interne charita
tis qetis & deuotionis & alia ſimilia reputant cultū
uere religionis ac in his chriſtū habere dicunt. Sed
nō mirū qa erat cor eorꝫ obcecatū & nō intellexe-
runt de panibus. Nōne ſūt palpabiles cecitates ap
tas ſue profeſſionis tranſgreſſiones tam horribi-
les dei cultus in oculis mūdi oſtēdere:& de hoc tā-
ſe de malignitatē iactare? Sed hoc accidit eis: qa
non intelligunt de panibus. Nō.n.ſpiritualem refe
ctionē que eſt in altis uirtutibus ſue perfectionis &
profeſſionis & in guſtibus mentis intelligunt:pro
pter quod etiam ieſum uenientem in ſāctis paruu-
lis uirtutibus deformibus:qui calcant undis ſue tu
multuoſe turbulētie & occupationis diſtractiue oīa
deſpiciendo non cognoſcunt:ſed eſtimant fantaſ-
ma deceptionis & pre timore ne uitioſitatis ipſo-
rum confringant malitiam clamāt multis iurgiis
& detractionibus ſuper eos. Sed ſpiritus uerita
tis ab eis prudenter declināt eos in ſua malitia di
mittendo: ſed finaliter non declinabit a naui: qn
immo omne ſemen electum quod in eis fuerit ad
ſe trahet: & tunc ſe cognoſcentes erraſſe propriam
recognoſcētes offēſā adorabūt ſpūm ieſu dicētes.
Vere filius dei es. Si āt his filiis claudicantibus
& aliēis qui dn̄o ieſu mētierūt n̄ ſeruātes ꝓmiſſa at
tribuat̄ & ſōno quo ſoportatus ieſus ex obligatiōe
ꝓmiſſe regl'e ſup ceruical dormiuit ī puppi q ꝓprie

UVA. BHSC. IyR_070

myſterium eis adaptatur qui totū ſue profeſſionis
ſtatum proiicienres poſt tergum ſuum:dimittunt
ieſum & eius imitationem perfectam ſuper puppi
dormire ad proram ſui naui conatus:& cōtinui ſtu
dii procurādi ea que ſui ſtatui aduerſantur faciem
ſue uigilie conuertentes. Sed & ceruical ſue mo
litiei & relaxate uite & anxie congregationis tēpo
ralū ſub capite ieſu ponunt. Quia ħ in ſua ſollicitu
dine & procuratione intendunt:ut talibus eorum
maleſitis ſoporatus ieſus iuſtitia exigēte ad eorū
iubilationē non euigilet:ſed inundante uento per-
ſecutionis ſuper eos qui electi fuerunt ex eis ma-
lam dimittentes prorā:& ad puppim iam diu obli
tam inſtitutionis primarie & perfectionis ſue con
uertentes aſpectum impetu timoris uehementis
uidentes ſe ſubmergi in fluctibus tranſgreſſionis
ſue clamabunt fortiſſime cordialiter dicentes. Do
mine ſalua nos perimus. Quibus ex pietate ex
citatus ieſus imperauit uentis & mari eorum tranſ
greſſiones & turbulentas diſperſiones & amaras
occaſiones exſufflant:& eorum modicam fidē qua
timebant ſe non poſſe regulam ſeruare increpabit
& tunc fiet tranquillitas magna religionis & eccle
ſie reformate. Vnde honor coronati regis ieſu eſt
principaliter ſanctorum martyrum comitiua & mi
litia triūphalis:propter quod ab hoc fundamento
honorifico incepit ſe chriſtus in eccleſia honorare
dum a martyriis incepit tyrānoꝝ quorum perſe-
cutio.ccc.annis durauit. Et ſicut legitur dictum a
Hiero. Tāta fuit multitndo illius coronate militie
ꝙ cōputatis omnibus martyribus: & qui per di-
uerſas partes orbis pro confeſſione ieſu ī illis.ccc.
annis martyria pertulerunt poſſunt .ccc. martyres
cuilibet diei illius tēporis aſſignari.

Ieſus lepram eiiciens Cap.xix.

Anima mea attende ieſum de mōte de-
ſcendentē ſublimitatis diuine ad aſſum-
ptionem paſſibilitatis tue:& te totam le
proſam attēdens cum multis lachtymis te proſter
ne.d.ei. Domine ſi uis potes me mundare. Si for-
te tibi cōpatiens extendat manū ſue uirtutis & di
catiuolo mundare. In quo & attende tue iniqui
tatis uitium:quia leproſa es:pietatis ieſu beneficiū
quia per ipſum mundata es:lepra autem ſignificat
omne mortale peccatum:primo quantum ad uitia
capitalia:unde lepra eſt morbus contagioſus per
ſuperbiam:quia qui communicat ſuperbo inducit
ſuperbiam. Eccle.xiii. Ardens per luxuriam faciens
ſitire per auaritiam: deformans aſpectum & faciē
per iram:reddens hominem abhominabilem per
per iuuidiam. Nam abhominatio hominū detra-
ctor. Prouer.xxiiii. Immundus per gulam. Daniel
enim propoſuit ne pollueretur de menſa regis pō
deroſum reddens hominē per accidiam. Prouer.xv
In merore animi deiicit' ſpiritus. De his ſeptem le-
uit.xiii. Quicunq; maculatus fuerit lepra habitabit
extra caſtra. Primo igit' leproſus ſepatur ab aliis in
quo ſignificatur peccatū ire cō quo nullus poteſt
habitare. Prouer.xxii. Eiice deriſorē & exibit cū eo
iurgiū:ceſſabuntq; cauſe contumelie. Hec eſt le-
pra marie que rixata eſt cū moyſe:& eiecta a caſtris
Nūeri.xii. Maria apparens candens lepra quaſi nix
Eiiciendi ergo ſunt rixoſi & iracundi. Numeri.v.
Precipe filiis iſrael ut eiiciāt de caſtris omnem lepro
ſum ne contaminent ea cum habitauerat uobiſcū

Secundo habebant ueſtimenta diſſuta:hec eſt le
pra inuidie que procurat diuiſionem & ſciſſuram.
Nituntur enim inuidi illam chriſti tunicam incon
ſutilem deſuper &c. diuidere. Cū tamen chriſti cru
cifixores noluerunt eam ſcindere:hac ſcinditur uin
culum charitatis fraterne. Hec eſt lepra ſimonis
Luce.vii. Qui inuidebat ſuperne gratie curatione
Magdalene. Cui dixit dominus. Aquam pedibus
meis non dediſti:oleo caput meum non unxiſti:
oſculum mihi non dediſti:quia inuidi non habēt
lachrymas contritionis in corde:nec oleum charita
tis in opere:nec oſculum unionis in ſermone. Ideo
dicitur deute.xxiiii. Obſerua diligēter ne incurras
plagā lepre:lepra enim ſolutio continuitatis & in-
uidia diſſipatio unitatis. Tertio leproſus habet
caput nudum. In quo deſignatur lepra ſuperbie.
Caput enim nudat q opera alicuius eminentie uel
ſanctitatis per preſūptionis ſuperbiā oſtētat. Hec
lepra eſt ozie qui ex preſūptione cordis uſurpauit
ſibi officium ſacerdotis. Ideo lepra apparuit ſibi in
fronte ubi ē ſignū ſuperbie.ii.paral'.xxvi. Et dicitur
ibi ꝙ fuit leproſus uſq; ad diē mortis ſue: quoniā
tale peccatum quia corruptionē nō ſuſtinet ut fre
quentius percurret in finē. Quarto habebat os ue
ſte contectū:in quo lepra accidie deſignatur q̄ non
uult per bonū opus reſpicere. aliter etia m os ueſte
contegit':cū accidioſus dominā te uerecūdia nō cō
fitet'. Contra quos dicit Iob. Quaſi in ſinu abſcō-
ſa leproſa efficit' dū accidioſa manus nihil ad iuſtiti
am operatur. Quinto contaminatū ſe clamabit
in quo ſignificatur lepra luxurie per quā maxime
contaminatur anima. Hiero.iii. Si dimiſerit uir uxo
rē ſuam & recedens ab eo duxerit uirum alterum
nūqd contaminata eſt mulier illa? Contaminatū
ſe clamat qui publice per luxuriam peccat:hec ē le-
pra Ioab.ii.Re.iii. Non deficiat de domo Ioab flu-
xum ſeminis ſuſtines & leproſus tenēs fuſum &
cadēs gladio:& indigens pane:qa in ea hō totus ef
feminat'. Tenet fuſum per momētaneam delecta-
tionem:uel propter effeminatorum confuſionem
quia ibi eſt eneruatio:cadens gladio per iugem cō
ſcientie cōpunctionem:hoc enim proprium habet
illud peccatum:quia conſcientiam pungit:quia ipā
continue naturalis lex arguit quā corrumpit. Indi-
gens pane:quia omni ſpirituali conſolatione ſe red
dit indignū. Sexto ſordidum ſe clamat:hec ē le
pra gule:quia per eam ſordidi & animales efficimur
Iob.xviii. Quare ſorduimus & reputati ſumus ut
iumentum apud te. Iumenta certis temporibus
a coitu abſtinent: ſed nunquam ſobrietatis me
dium tenent. Semper enim uacant nutritiue:

UVA. BHSC. IyR_070

ſed non ſemper generatiue:hͦ eſt lepra naamã qui
erat princeps mil tie regis ſyrie uir diues ſed lepro-
ſus.iiii.Re.v.Nobiles enim & diuites maxime in-
fecti ſunt lepra gule.Vnde Luce.xvi.dicitur de di-
uite epulone ꝙ epulabať quottidie ſplẽdide:hi.n.
ſunt in epulis ſuis male cõuiuãtes ut dicit Iudas.

Septimo ſolus habitat extra caſtra:hec ẽ lepra
auaritie.Auarus.n.per interminabilitatẽ & inſacia-
bilitatẽ appetitus infiniti uellet ſolus totum mun-
dũ occupare.Eſa.v.Ve qui cõiũgitis domũ ad do
mũ:& agrum agro copulatis uſq; ad terminũ loci
Nũqd habitatis uos ſoli ĩ medio terre:hec ẽ lepra
giezi.iii.Re.v.Egreſſus ẽ gieziab helyſeoquaſi nix
& licet omnis auaritia ſit mala lepra: ſimoniaca
tñ peſſima ẽ q̃ in giezi uẽdẽte gratiã figuratur:un-
de notabiliter dicitur quaſi nix.Nix.n.nocet oculis
ne uideant & pedibus itinerantiũ:aliquãdo uiam
occultat:quia ſimonia maxime obcecat prelatos:
& errare facit ſubditos:ſed bene ſicut helyſeus eie-
cit giezi a ſe.Sic chriſtus emẽtes & uẽdentes eiicere
cepit de tẽplo.Io.ii. Vtinã ſit hodie aliqs hely-
ſeus & aliqs chriſti uicarius qui hanc leprã de ſcũa
rio purget:propter hͦ forte dicitur Luce.xix.ꝙ ieſus
cepit tales eiicere:quia quod chriſtus cepit facere:
debet eius bonus uicarius conſumare. Hec ſũt ſe
ptẽ conditiones leproſi: & ſeptẽ perſone leproſe
ſignificantes offenſionẽ ſeptẽplicis culpe. Cõtra
que mala in ſacra ſcriptura ſeptẽ remedia inueniũ-
tur purgatiua:tamẽ unũ erat remediũ generale &
ordinatũ in lege.In quo oĩa figurantur purgari.
Ibi erant duo paſſeres & lignũ cedrinum: & habe-
bant uermiculũ & iſopũ:& lauabať patiẽs:radebať
& ungebatur:leuit.xiiii.In quibus oĩbus deſignan
tur officia ſeptẽ uirtutũ: per que dicte ſeptẽ lepre
mundantur. In paſſere qui a puſillanimitate di-
citur ſecũdũ Iſidorũ:& ẽ minutũ animal:humili-
tas deſignatur per quã ſuperbia mũdatur. Et pro-
pter duplicem humilitatem interiorẽ & exteriorẽ
ſunt duo paſſeres.In ligno cedrino quod ardebať
cuius odore ſerpẽtes occiduntur & fugiunt.Sobrie
tas intelligiť que motus carnales reprimit & occi
dit. Tertio ardebatur uermiculus:hic e at coctus
bis tinctus:hec eſt charitas que totam inflãmat ani
mã per modũ dilectionis in deum:& pietatis in ꝓ
ximum:hac lepra mundatur inuidia.Quarto arde
batur iſopus petre adherens:& maculas faciei emũ
dans:hͦ ẽ hilaritas ſpiritualis per quam mũdatur le
pra accidie:ut alacres in dei ſeruitio ambulemus.
Quinto lauabať leproſus.In quo ſignatur caſtitas
q̃ mũdat lepram luxurie :unde mẽſtruate & luxuri
oſe dicit dñs Eze.xvi.laui te aqua & mundaui te
& ſanguinẽ tuum ex te.Sexto radebatur. Raſio pi
lorum abiectionem ſignificat ſuperfluorũ:hͦ ẽ libe
ralitas que mundat lepram auaritie.Septimo lepro
ſus ungebatur ſanguine & oleo:hec eſt tranquilli
tas mentis que mũdat leprã ire.Sic ergo habes
Paſſeres humilitatis cõtra ſuperbiã
Cedrũ ſobrietatis cõtra gulã
Vermiculũ charitatis contra inuidiã
Iſopum hilaritatis contra accidiam
Lotionem caſtitatis contra luxuriam
Raſionẽ liberalitatis contra auaritiã
Vnctionẽ trãquillitatis cõtra iram.

Sunt ẽt ſpecialia remedia ĩ ſpũalibus lepre mũ-
datiõibus deſignata. Nã mũdatio ſupbie deſi-
gnať p unctionẽ manus moyſi q̃ ĩ abſtractiõe de ſi
nu apparuit leproſa:qa ſupbia ĩcurriť:dũ hõ exteri
us apparẽdo extollit. Inuidia mũdať per cõbu-
ſtionẽ ſicut de lepra ueſtis ſcribiť.Sic & inuidus qñ
diuino igne ĩflãmať malitia ueſtis ĩ eo ĩuidie cõbu
ritur & aĩa & corpus ad obſeqũ xpĩ & ꝓximi exhi
beť. Accidia ſimiliť curať p manus extẽſionem
qñ xp̃s manũ extẽdit & tãgit leproſũ:qa uigorat ĩ
fluxu laborãtis accidioſũ.Huic tñ ꝓ̄cipit ꝙ offerat
munus qđ ꝓ̄cepit Moyſes.ſ.duos paſſeres corpus
& animã:ut q nec bona cogitabat in exteriori ope
re:iã utroq; uolet affectionis agilitate.Ita tñ ꝙ unũ
paſſerẽ uiuũ ĩmolet quãtũ ad opa que ſũt carnis ſu
per aquas uiuas uiride contritionis:& alterũ paſſe-
rem.ſ.uiuũ ſpũm.ſ.ſinat aduolare in agꝝ cõtẽpla-
tiõis libere ſepties aſperſũ ſãguine ĩmolati: qa aĩa
debet tota agilis fieri in caſtigatione uili corporis
ꝓprii.Et debet lignũ cedrinũ ſacratiſſime crucis paſ
ſionis ieſu:& iſopus candidã herbam calefaciẽs &
purgans pectora frigida in ſe habere:iſopus inq̃ ta
lis coloris mẽdacium cordis ieſu debet ligari ad pe
dem paſſeris cum pede anganante ut portet crucẽ
uiolenter ad modum ſimonis:ſed cum funiculo ſe
riceo amoris ignei cocti bis tincti ut tingatur imen
ſa charitate filii dei talia ſuſtinentis in aſſumpta na
tura & charitate anime ieſu talia acceptantis pro no
ſtra redẽptione. Taliter alia excluſa accidia libere uo
lat ad alta:hͦ ponit in domo Simonis leproſi: ubi
beata magdalena paſſerem ſui cordis ĩmolat ſuper
aquas uiuidas lachrymarũ omnis accidie excluſo
corpore:& alligato prius ad pedes affectus ſui ce-
dro extrinſece paſſionis ieſu & iſopo ignee charita
tis interne cordis ieſu cum filio amoris ſubtiliſſimi
& fortis. Sic diſtincti in corde & corpore ieſu xp̃i
crucifixi auſteritate corporis aſperſa ſepties aduola
bat ad litteram in contẽplationis agrũ dum .xxx.
annis ab omni cura corporis abſtinens ſepties ele
uabatur in die ad angelicum & iubiloſum conſor-
tium celeſtis pſalmodie:hoc modo omnis torpor
accidie figuratur. Quarto:lepra ire eo modo de
bet curari:quo legitur curata lepra marie per ſepara
tionem a iurgio.Nam ſicut legitur Nũeri.xii.Eie-
cta ẽ de caſtris ſeptem diebus & poſt curationem
reuerſa:qa ſeparãdo ſe a cõtẽtiõibus & ab occaſioni
bus offẽſionũ ꝓximi curať ira aĩ.Quĩto lepra aua
ritie figurať p leprã domus cuius cura erat expor
tatio uaſorum domus:& abraſio parietũ quia im-
poſſibile eſt ꝙ auaritia retenta rerum congregatio
ne curetur :ſed interius radatur affectus cupidita-
tis & ſubſtantia exportetur per elemoſynarum lar-
gitatẽ. Sexto lepra luxurie curatur per ſeptẽpli-

UVA. BHSC. IyR_070

rem lotionem aque:que figurata eſt in lotiõe na-
amã qui lotus eſt ſepties: quia debẽt lauari & ab-
ſtergi uniuerſaliter cogitationes: locutiones tur-
pes actus:aſpectus:geſtus:inceſſus:& omne quod
ad illam labem põt inducere.Et tunc reſtaurat̃ ca-
ro ad innocentiam puerilem. Septimo mũdat̃
gula per ſollicitam cuſtodiã diuini mandati:quam
lepram primus leproſus Adam per inobedientiã
incurrit lignum uetitum deguſtans:quo etiam fit
mundatio lepre ſolo uerbo & dei mandato:maxi-
me illis qui ſciunt dicere diabolo ſuggerenti cibũ
inordinatum.Non in ſolo pane uiuit homo: ſed
ex omni uerbo quod procedit de ore dei &c. Hoc
modo mondati ſunt.x.leproſi.Luce.xvii. Qui le-
uauerunt uocẽ.d.ieſu.p̃.&c.quaſi.d.Tuũ eſt precci
pere:noſtrum obedire:unde & ſolo uerbo curauit
eos.d.Ite oſtendite &c.& dei mandati obedientia
ſunt curati:factum eſt dum irent mondati ſunt.
Sed quia lepram gule curare incipiunt:ſed pauci p-
ficiunt niſi in curatiõe perſiſtant:& ſuũ ieiuniũ pu-
re in deum referunt.Idcirco licet.x.ſint mundati de
uno ſolo dicitur ꝙ ad ieſum rediit gratias egit: &
ad ipſum ieſum refugit:de quo dicitur ꝙ erat ſama
ritanus:quaſi cuſtos gule inſultus:& in alienigena
a concupiſcentia carnis ſue. Quia uero lepra eſt
uniuerſalis corruptio in corpore a uenis incipiẽs:&
in frontibus terminata nature uim naturalem infi-
ciens que operatur ĩ epate.Idcirco lepra ſpiritualis
ẽ quedã anime corruptio uniuerſaliter in omnibus
uiribus ſenſuum:que ſunt affectiua:intellectiua: &
operatiua. In operatiua eſt triplex lepra:una ĩ trãſ
greſſione inchoando malum opus agere: ſecun-
da in continuatione aſſuefaciendo malum opus
continuare: tertia in ueterata conſuetudine: pri-
ma dicitur lepra cutis:ſecunda carnis:tertia cicatri-
cis. Intellectiua autem eſt lepra:que eſt defectus
fidei:ſiue ſit in ſingularis perſone corruptiõe: ſiue
ĩ plurium congregatione. Et hec eſt duplex lepra
prima capitis & barbe:ſecunda domus leproſe.
In affectiua uero eſt lepra affectionis:ſiue ſit ex ope
ribus iuſtitie:ſiue ex operibus miſericordie:prima ẽ
lepra cutis:uidelicet ĩchoatiõis bõi operis & exteri
oris conuerſationis de qua dicitur. Homo ĩ cuius
carne & cute ortus fuerit diuerſus color:ſiue cruſtu
la:aut quaſi lucens quippiam.i.plaga lepre adduce
tur ad ſacerdotem:qui cum uiderit lepram & pilos
in album mutatos colorem:ipſamq; ſpeciem lepre
humiliorem cute & carne reliqua plaga lepre ẽ.
Color diuerſus alterat cutem:cruſtulla etiam corrũ
pit carnem interiorem:per cutem & eius colorem
intelligitur noſtra conuerſatio per quam boni aut
mali extimantur ab aliis:per carnem que clauditur
intra cutem intelligitur noſtra conſcientia que no-
bis & dei ſolum patet oculis. Vbi uero color ſancti
tatis deficit in actu uel in conuerſatione:& apparet
corruptio conſcientie:aut lucet exterius euidẽtibus
ſignis:lepra eſt & oportet mundari ad arbitrium ſa
cerdotis. Pili qui inſenſibiliter de corpore exeũt
ſunt cogitationes que de corde procedunt. Albe-
do pilorum que de infirmitate procedit naturalem
colorem expellit:hec ſunt uerba uel ſigna que con
tinent uirtutum defectum. Ex quibus manife-
ſte concluditur ꝙ habent in corde malum funda-
mentum & ſpeciem lepre humiliorẽ carne reliqua
ſi ex actu qui ſibi obiicitur intellige ſufficientẽ excu
ſationem non habere quin potius ab eo quod pri
us apparuit uel fuit ipſum conuicit defeciſſe ſepara
bit cum a congregatione ut ne ex familiaritate in
fundat aliis corruptionis uenenum. Si autẽ lu-
cẽs candor fuerit in cute.i.infamia in ſociorum opi
nione:nec humilior carne reliqua pili coloris pri-
ſtini.i.ſibi proprio certa:nec ab eo confitetur culpa
debet eum recludere ſeptẽ diebus:quia debet eum
reſtringere correctiuis ammonitionibus & ſollici
tis obſeruationibus interdicendo ſibi actus qui ſũt
uia ad culpam.Et hoc tãdiu obſeruandum ẽ donec
uideatur ſi ab opere peruerſo ceſſet:& in domino
ſabbatizet.Iterũ ãt.vii.diebus aliis recludendus ẽ:
quia ſollicita debet obſeruari diligentia:& etiam ſi
bi libera data lumina qualis appareat eius uita ne
forte in prima clauſura fuerit culpa: fuerit abſtinen
tia ſolo timore pene & obſeruantis cuſtodia: quia
& lupus captus predam non tangit. Et ſequitur
ſi obſcurior fuerit lepra.i.obliti criminis nulla ap-
pareat euidentia: & in homine continentur bona
ſcabies eſt.i.infamia ex ſua leuitate ſuborta.Scabies
enim licet mortem non inferat:cutẽ tamen detur-
pat:ſic & conuerſationis leuitas licet mortẽ nõ in-
ferat ſi ſola ſit:tamẽ famam denigrat. Secunda ẽ
lepra carnis uiue & exfloreſcẽtis in aſſuefactione cõ
ſuetudinis de qua leuit.xiiii.Plaga lepre ſi fuerit in
homine &c.Cũq; color albus in cute fuerit & ca-
pillorum mutauerit aſpectum: ipſa quoq; caro ui-
ua apparuerit:lepra uetuſtiſſima iudicabitur. Capi
li ſũt prolixiores pili ĩ qbus ꝑceſſus iniqtatis uide
tur deſcribi.Immutatio capilloꝝ ſignũ ẽ ꝙ longa
cõſuetudine iniquitatis iniquoꝝ affectibus ẽ radi-
cata:hec lepra non exigit ſacerdotis diſcuſſionem
ſed meret̃ ſeparationem que dicit̃ uetuſtiſſima
propter inueteratam conſuetudinem: & dicit̃ car-
nis uiue:quia peruerſitas habet apparere. Sed ali
quando in uirũ iniuſtum inſurgunt teſtes iniqui:
quando loquũtur homiues aduerſus iuſtum iniq
tatem:mentiẽtes propter odium ueritatis.Et ideo
hec eſt alia lepra ſolius calũnie & falſe criminatiõis:
ideo ſequitur.Si autem effloruerit diſcuſſa lepra in
cute: & operuerit omnem carnẽ a capite uſq; ad pe
des:qcqd ſub aſpectu oculoꝝ cadit cõſiderabit eũ
ſacerdos & teneri lepra minime iudicabit. Hec
lepra calũnie impietatis que totũ benedictum ie-
ſum operuit & ſingulariter oĩa mẽbra eius. Nã de
eo dicitur Eſa.liii.Nos reputauimus eum leproſũ
qui cum in cute non corpore fuerit: quia in infa
mia impoſiita non eſt culpa commiſſa:& dicitur
diſcurrens lepra in cutis ſuperficie: diſcurrit enim
& nunquã figitur:quia non inuenit locum in quo

UVA. BHSC. IyR_070

ſtabiliatur :unde & de falſis teſtibus eius dicitur: ꝙ conuenientia teſtimonia non erant. Dicitur omnẽ carnem eius operire a capite uſq; ad pedes: quicqd ſub aſpectu oculorũ cadit:quia omnia opera eius prima & nouiſſima peruertebant: & qcqd aſpicere poterant maculabant. Sed hec lepra diſcurrens eſt floreſcebat:quia ſub obfuſcatione infamie apparebat puritas innnocentie:hec lepra ẽ minima quia minuitur homo per patientiam. Et quia diſplicere malis eſt laudabile:unde ſignum magne uirtutis ẽ impugnari ab impiis. Curatur etiam lepra minima per deformatiua ſupplicia que deformat ſpeciem carnis: ſed cauſat pulchritudinẽ mentis: ſi fuerunt in martyribus & in chriſto ieſu de qua Eſa.liii. Non erat ei ſpecies neq; decor. Tertia lepra ẽ cicatrix que ẽ ex recidiuatione poſt bonum ſanitatis Et quia duplex eſt opus prauum:quoddam flagitioſum per intẽperantiam in ſeipſum:quoddam facinoroſum per iniuriam ad proximũ .Ideo duplex ẽ lepra cicatricis.ſ.in ulcere & cõbuſtura. De prima leuit.xiii. Caro & cutis in qua ulcus natum ẽ & ſanatũ: & in loca ulceris cicatrix apparuerit alba uel ſubrufa &c. Vulnus quod corrumpit decorẽ corporis flagicium ẽ uiolans ſpeciem noſtre honeſtatis. Si tamẽ ſanatum fuerit & ad cicatricem perductum timendum eſt ne morbus redeat: ſicut apparet eis qui reuertunt᷑ ad uomitũ. Tunc autem apparet alba macula quando fit recidiuum ex ſola contaminata uoluntate. Tunc uero ſubrufa quando ex certa malitia:& quando fortiter iraſcuntur contra corrigentes ſicut Herodes contra Ioannem. Talis leproſus & contaminatus eſt pronunciandus. De cõbuſtura ſimiliter idem caro & cutis quam ignis exuſſerit:& ſanata albam ſiue rufam habuerit cicatricem &c. Ignis ſignificat iracundiã que tunc exurit carnem humanam quando parit contra ꝓximũ diſcordiam:tunc ſanatur quando reformatur. Sed in cicatrice albedo naſcitur quando ex ſurreptione uel infirmitate aliqd pacis uiolatur. Tunc autẽ eſt ſubrufa lepra & contaminanda:quãdo rũpitur ex certa malitia. Quarta lepra parat defectum fidei ſingularis perſone: & hec lepra dicitur capitis uel barbe de qua leuit.xiii. Vir ſiue mulier in cuius capite germinauerit lepra &c. Et ibi dicit᷑ ꝙ ſi locus fuerit humilior:& capillus flauus & ſolito ſubtilior lepra capitis eſt aut barbe:& contaminabit eum ſacerdos:lepra in capite ẽ error in fide:de deo uel de chriſto eius. Nam deus & chriſtus eſt caput fidelium:& fides caput & ſalus in anima. Barba autẽ ꝑfecte uirilitatis indicium eſt:& ſignificat uirtutes ſãctorum:unde inquãtũ capitis humana ſcientia.ſ. chriſti hominis a chriſto capite deſcendit in barbã .i.in ſanctorum uitã perfectam. Quodcunq; ergo a cõmuni chriſti fide & a ueritate doctrine ſanctorum deficit in iſto locus lepre apparet humilior reliqua carne:quia error ipſius iacet iferius ſalua credentium fide. Capillus etiam flauus eſt ſolito ſubtilior:quia de ſuo ingenio preſumentes & imaginãtes fantaſtice ſubtilitates non ſtãt in uera humilitate. Nam per flauũ colorem qui a nigredine recedit & appropinquat albedini ſignificatur fiducia ſublimis ſui ingenii:uel ex preſũptione ſingularis reuelationis dei:ꝙ ſi alicuius talis fides ſancte eccleſie cõmuniter cõferatur:& rationes ſuas tãq̃ deceptorias aſpernantur :non iudicabitur teneri lepra hereſis:ſed redudetur correctiõe ammonitiõis. Et hoc eſt quod dicit ſi locum lepre uiderit equalem carni uicine.i.confeſſionem ſimilem fidei tranſire: prohibebit eum donec ab errore quieſcat. Sed interdum die ſeptimo intuebitur eum: quia diligenter eſt conſiderandum ne forſitan errorem quem dãnauit in publico ſuſtineat in ſecreto. Sed abſq; loco male radicis caput & barba eius proprii deſiderii ſenſuum :non ſimiliter & proprii ingenii fiducia detruncat᷑:locus tamen macule non raſus relinquitur:ut erroris memoria habeatur:& quantum malum faciebant i eccleſia ſuis oculis oſtenditur. Sed redudituṛ ſeptem diebus aliis dum plus q̃ catholicus nominatus fuerit. Quinto dicitur lepra domus & ſignificat defectum fidei in congregatione de qua leuit.xiiii. Si fuerit plaga lepre in edibus:Ibit cuius eſt domus nuncians ſacerdoti. Iſta dicuntur in textu ꝙ debent ſacerdoti nunciare: ꝙ ſacerdos precipit uaſa ꝓferri: ꝙ debet eam diligenter conſiderare &in parietibus attendere:ſi pallor ſiue rubor apparet in lapidibus & humidiores ſũt ceteris partibus domus. Debet ſeptem diebus claudere:& ſi lepram creuiſſe uiderit:lapides inde extrahet & alios loco ipſoꝝ ponet:domus tota intrinſecus raditur & alio luto linitur. Domus eſt eccleſia:lepra in domo:hereſis i collegio. Sacerdos precipit uaſa offerri ne contaminentur:quia fideles precipit a talibus ſeparari ne inficiantur. Sacerdos ſtat ad hoſtiũ domus quando talium conſiderat ingreſſus & exitus:pallor color mortis hereſim ſignificat:unde & equus pallidus in Apoca. hereticum ſignificat. Sed cum palore eſt in lapidibus rubor quando ad reſiſtendum coram omnibus apparet in eis zelus & feruor:domũ uero claudi precipit: quia fideles ab iſtis ſeparari iubet:& eorum mala documẽta nõ audiri:qui ea intrauerit immundus erit. Lapides precipit erui:& in locũ ĩmũdum poni :quia doctores talium precipit ſeparari:& illorum errorem excõmunicari. Domum totam precipit radi:quia corporibus omnium auditorum precipit errores euelli:& alios lapides.i.catholicos doctores ibi poni & alio luto.i.alia ſana doctrina fides iſtrui. Sexta lepra eſt caluitii & recaluatiõis:hec lepra elationis in affectu ex operibus miſericordie procedẽs tanquã ex cibo ſano infirmitas ex inordinatione ſumẽtis De hoc leuit.xiii. Vide cuius capite capilli fluũt caluus & ĩmundus ẽ. Caluities uero fluxus capillorũ in toto capite per quem fluxus nulla pars capitis denudatur:ſed ceſaries attenuatur:& ſignificat erogationem elymoſine de paupertate domus ſue.

Si autem in parte anteriori ex fluxu capillorum

UVA. BHSC. IyR_070

frons fuerit denudata recaluaſter. Et tunc denudatᷣ frons cũ affectus temporalium abiicitᷣ: & ſubſtãtie ſue abrenũtiat ut facilius anime ſine diſtractiõe ſolicitudines eoꝝ dominũ contempletur. Sed capilli in parte poſteriori retinentur: quando ad ſolã neceſſitatem tempalia conſeruantur: hic recaluaſter eſt qr uir perfectus & illuminatus talis poteſt reputari. Si autem caluitio: uel in recaluitione albus uel rufus color fuerit exortus: & hoc ſacerdos uiderit condemnabit eum: haud dubium lepra ẽ albus color qui eſt ſignũ lepre appens in utroq; uertice ẽ cũ p hoc ꝙ quis largitur ꝓpria: eius animus in ſupbiam leuatur. Quo contradicitᷣ. Mat.vi. Cũ facis elemoſynam neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextra tua & ce. huiuſmodi etiam color ibi naſcitᷣ cũ quis de rapina elemoſynã facit. De quo Ecc.xxxiiii. Dona iiquoꝝ nõ ꝓbat altiſſimuſ. Septĩa lepra ẽ ueſtiũ: q̃ eſt elationis in operibus iuſtitie. De qua leuiti. xiii. ueſtis linea uel lanea que lepram habuerit ſtamine uel ſubtegmine: aut pellis: aut quicquid ex pelle confectũ eſt ſi alba uel rufa macula fuerit ĩ fecta lepra reputabitᷣ. Attende lcõr ꝙ omnia hec ĩ figura cõtigebant illis. Nõ enim ſic fuit ſimplex moyſes: ut quicũq; iſta legit debet eſſe quin uideat ꝙ iſta ſunt ridicula. Nihil enim coram deo ĩmũdũ niſi peccatum: qđ in ſola uoluntate deordinata cõſiſtit. Veſtis que ornamentũ corporis tribuit: & fomentum uirtutis eſt iuſtitia: animã ornanſ exterius coram ꝓximo: & fouens interius in conſcientia coram deo: ps.cxxxi. Sacerdotes tui induãtᷣ iuſtitiam. Lanea ẽ per exercitiũ actiue uite: linea p ſimilitudinem contemplatiue: & utraq; ornatᷣ anima & fouetᷣ: ꝓuerbioꝝ ultimo. Queſiuit lanã & linũ & ce. In ſtamine fortitudo intentionis: unde & a ſtando dicitᷣ: ĩ ſubtegmĩe diſcurſus & frequentia bone oponis: p pellem mortificatio corporis p illud qđ conficitur ex pelle multiplex utilitaſ que ex corporis mortificatione ꝓcedit. Sicut eſt caſtitas corporis contẽptus mundi: ſilentiũ & huiuſmodi. In macula alba fauor inanis glorie: in rufa malitia ĩuidie. In ſtamine ergo eſt alba macula: uel rufa: cũ noſtra intentio deprauata non plene querit gloriam dei: ſed fauorem mundi: & tamen de apparẽti utilitate ꝓximi contabeſcit p ĩuidiam qr p ꝓximi excellentem famã timet perdere ſuam reputationem extrĩſecam. Item in ſubtegmine & in pelle: quando de mortificatione corporis eſt appetitus laudis ꝓprie uel dolor felicitatis aliene: uel p maculam rufã poteſt ĩtelligi crudelitas iudicantis uitam alienã: que maxime ĩ taliũ pelle uel ſubtegmine ſolet accidere. Talis ueſtis debet includi: quia talium anime debet ſenſus claudi: ne. ſ. ſe effundant in oculis hominum & ne aliis irrideant uel ne de eis ferant iuditium ꝙ ſi ſecus talis lepra non curatᷣ lauetᷣ aqua contritionis in ſecreto ſue conſcientie: & quãtum poteſt eleuat ab aſpectu ſue cõſiderationis quicqd in ſe appet eſſe uirtutis: ꝙ ſi nec ſic correctus fuerit ſciat ꝙ igne eterno ardebit: maxime ſi talis lepra

ipm ſic mõrtaliter inficit ꝙ a dei honore ĩtentionem auertit. Cum tot ſint uarii modi lepram curãdi: unde dictus ieſus ſolus lepre mũdator omnium curam ſuam per duo curauit: p uerbum. ſ. & tactũ: de uerbo curauit decẽ: tactu unũ. Quia plene & perfecta cura omnis noſtre lepre eſt pfecta hũilitas diuine obedientie: & tractatus tranſformatiõis amatiue maxime p benedictũ ieſũ ĩnocẽtẽ & purũ ꝓ nobis crucifixũ: in cuius ſanguine bulliẽte igne ſpiritus ſancti: oĩs noſtra lepra conſumitur & mundatᷣ lauatᷣ & reſtituitᷣ ſicut pura: qr mẽbrorũ purũ & ſanũ efficiuntᷣ puriſſimi ieſu xpi

## Ieſus medela datus Cap.xx.

ma tẽperantie eius miſericordia infuſio iuſtitie: eius
ſtrenua paſſio uigoratio fortitudinis nature. Hi
ſunt influxus ſpiritualis tracture dilecti ieſu qui-
bus petit ſponſa ſe trahi poſt dilectũ ieſũ: & ꝓmit-
tit ſibi non ocio ſe recipere: ſed ſimul cũ oĩbus his
q ſibi uoluerint adhuc delectabiliter currere in odo
rem unguẽtoꝶ ſue precedentis: dirigẽtis: adiuuã-
tis: & delectantis perſone: donec introducatur in
cellã uinariã in qua inebriatur ab ubertate domus
ſue: ut eam iã nõ trahi oporteat odore longinquo
ſed in amplexibus dilectiſſimi ieſu eternaliter con-
quieſcat. Et hic terminetur liber tertius qui plus
q̃ credidi: diffudit ramos doctrine ieſu & miraculo
ſorũ operum: quibus ſuã diuinitatẽ condeſcendẽ
tem humano generi in unione noſtre infirmitatis
ſibi facte per aſſumptionem paſſibilis nature no-
ſtre mõſtrauit.

**Explicit felicit̃ lib̄ tertius arboris crucifixe uite ieſu.**
**Incipit eiuſdem uite ieſu prologus quarti libri.**

Vltiplicatis ramis perfectionis uite & do
ctrine ieſu & operationis miraculoſe mul
tiplicis: & adheſione diſciplinaris cohor-
tis que omnia ſecundum proportionẽ radicis & ſti
pitis huius ſacre arboris proceſſerunt. Iã tẽpus eſt
ut in hoc libro quarto hec felix arbor producatur
ad ſũmũ. Ita tñ ꝙ eius finis ꝑncipio & medio ap-
pareat cõuenire. Nã in oĩbus premiſſis claret per-
currenti quod ſcriptũ ẽ: ꝙ ſũmus deus ieſus p aſſũ
ptã naturam ſemp ab humilitate incipiẽs creature
in ſuũ ſũmũ uirtualiter reaſcendat. Qui cũ ſemper
hunc ordinẽ ſeruauerit cõplẽs quod docuit maxi-
me circa ſuũ finẽ euidẽtiſſime demõſtrauit: dũ ab
humilitate aſelli incipiẽs: & per ſacratiſſime crucis
ſuppliciũ uſq; ad inferna deſcẽdens: & poſt uictor
mortis glorioſe reſurgens ad dexterã dei patris et-
naliter ſeſſurus aſcendens. Et quia ſancta mat̃ eccle
ſia in die palmarum filii dei ieſu incipit paſſionem:
ideo hunc librum quartum ab hac die inchoantes
dicimus.

Ieſus aſello latus Ieſus rex orbis ueniẽs.
Ieſus uoce laudatus Ieſus urbi compatiens
Ieſus & lachrymatus Ieſus tẽplum ingrediens
Ieſus zelo armatus Cap.i.

Ttende ꝙ ĩ hoc facto domini
ſaluatoris myſtico & mirabili
cõprehenduntur multa deuo
a ta memorie ruminãda: que ut
facilius occurrerent memorie
illius q uult uitã xp̄i trãſcur-
rere ĩ iſtos meditãdo uerſicu-
los: quod ſub uno poterat uer
ſiculo dici. In ſeptẽ multiplicaui qđ & in aliis locis
ſepe feci: ubi ſũt ſaluatoris facta myſtica & deuota:
ut per multos reſpectus eiuſdẽ facti licet ſint diuer
ſa opa multiplicetur & attẽdat̃ deuotio meditãtis.
Et licet de quolibet poſſet per ſe capl'm fieri ualde
magnũ: pp cõiũctionẽ memorie & breuitatis amo
rẽ ſimul tractãdo ꝑſtringo. In hoc autẽ facto my
ſtico continet̃ hiſtorialiter chriſti
Receſſio de bethania ſũmo mane:
Miſſio diſcipuloꝶ ꝓ adductione pulli & aſine.
Seſſio xp̄i ſup iumẽta diſcipl'oꝶ ueſtibus adornata
Occurſus turbaꝶ ipſũ ut regẽ recipientium
Proſtratio ueſtimẽtoꝶ in uia:
Et ceſio de arboribus ramorum oliuarũ:
Et baiulatio & oblatio palmaꝶ:
Et omniũ ſimul precedẽtiũ & ſequẽtiũ cõcors ac-
clamatio: ut ſaluarentur p potẽtiã noui regis. Inſi-
diatio phariſeoꝶ & increpatio dicẽtiũ ſibi ut diſci-
pulos: & turbas laudãtes increparet. Cõpaſſio be-
nigniſſima dñi ieſu cũ uidiſſet ſacrilegã ciuitatem:
ſuper cuius futurũ excidiũ ĩ uoces laudantiũ cũ ma
gno fletu aſſũpſit lamẽtũ. Cõmotio totius ciuita-
tis pro gloria ĩtroeũtis ieſu. Et ingreſſus ĩ tẽplũ ubi
ſymoniacos & rapaces & ppl'm in latrocinio ſpolian-
tes: ſtupẽdo miraculo eiecit de tẽplo cũ duro ĩcre-
patiõis uerbo. Ibiq; in tẽplo multis ſanatis cecis &
claudis & aliis infirmis acclamãtibus pueris. Oſã-
na filio dauid ĩ tẽplo: & phariſei tabeſcẽtes inuidia
& iracũdia diſſecati circũdederũt eũ. Et oſtẽdentes
ĩdignationẽ cordis ſui de laude puerorũ audierunt
cõfutationẽ per uerbũ ꝓpheticũ. Et iterũ ĩdigne fe
rentes expulſionẽ ſuoꝶ facinoꝶ de tẽplo queſie-
rũt a xp̄o. In qua poteſtate hoc faceret: ubi p nega-
tiuã niſi fuiſſent ceci eis plene rñdit: & ſic benigniſ
ſimus ieſus tota die cũ eis diſputãs ad ipſos cõuer
tẽdos: & ĩ oculis eoꝶ faciẽs diuinitatis miracula & at
trahens turbã gẽtiliũ ad ſe: uoce ad ipſã dilapſa de
clarificatione paterna ſic dicit. Ioannes paſſiõis ſue
modũ & mirabilẽ fructũ eis predicens: uſq; ad ue-
ſperã ꝑdicauit: & circũſpectis oĩbus ſicut dicit Mar.
cũ iã ueſpera eẽt hora: quaſi aſpiceret ſi qs eum ex
pietate in tota ciuitate ſacrilega inuitaret hoſpitio:
& non inueniẽs cũ ſuis diſcipulis ẽ de ciuitate egreſ
ſus famelicus & ieiunus. Qui tamẽ mane a popu



UVA. BHSC. IyR_070

lo inſtabili fuerat cum tanta gloria introductus: & ſic rediens bethaniā unde manc receſſerat magnā terminauit dictam:ibiqꝫ ſicut dicit matheus.xxi.illū fidelium cōuētū docebat de regno dei. Creditur autē ꝙ ſic omni die faciebat & fecerit: & ſic cum aliis conflictatus fuerit & ieiunus ſero redierit in bethaniā uſqꝫ ad feriam quintā in qua fecit paſchalē cenā ī mōte ſyon. Attēde āt ꝙ dominus ueniēs ad locū ſue paſſionis & mortis uere oſtēdit ſe deū: ac p̄ hoc uolūtarie paſſū:hodie nāqꝫ potētiā ſapiētiā & bonitatē dei appropriata ī ſe patēter oñdit. Potētiā mirabilē oſtēdit ī mutādo mētes dñoꝝ animaliū:ut ſtatim qñ diſcipuli ſuū proferrent dominiis dicētes:dominus hi opus habet:ſtatim dimiſerūt libere:ubi anthonomatice dicitᷣ dñs uniuerſalᷣ Secūdo ī attrahēdo ppl'm ad ipſum ſic ſuſcipiēdo cū diuinis honoribus & regio faſtu: ubi & attracti fuerūt plurimi hoſtes ſui. Tertio ſuā mirabilem oſtendit potētiā qñ in tēplo ſolus inermis illos ſacrilegos q̱ iā cōſpirauerāt eū occidere ſic eiecit de tēplo: & per nullos fuit ſibi reſiſtere attēptatū. Dicit āt Hiero. ꝙ quoddā igneū & radioſū egrediebatur de facie ſue maieſtatis īſigne. Secūdo oſtendit magnā ſapiētiā in cognitione futuroꝝ & cōtingētiū cauſualiū & abſentiū:quorū cognitio ē poſſibilis ſoli deo. In hoc ꝙ uidit ubi erant animalia: in eo ꝙ predixit:ꝙ domi dimitterent ea libera. Itē ī eo ꝙ p̄dixit ruinā & deſtructionē illius impie ciuitatis: & ordinē quo euenit:ultra hoc etiam mirabilis ſapiētia ipſa dic ī multis reſpōſionibus & parabolis illos phariſeos cōfutauit aperte. Tertio oſtendit bonitatē altiſſime pietatis cordis ſui ī humili habitu quo aduenit:licet enim ita poſſet accipere dextrariū etiā cuiuſcūqꝫ hoſtis ſui ſicut aſinā: uoluit tamē pietatē & māſuetndinē & humilitatē oñdere ſup iumētū deſpectū & māſuetū totū datū obſeqis hominū:nō adornatū auro uel ſerico: ſed ueſtimētis uilibus apoſtoloꝝ pauperū uoluit aduenire. Secūdo ſūme oñdit bonitatem cordis ſui: quādo ſic flebile lamētū aſſumpſit inter uoces laudantiū & diuinū cultū & honorē regiū ſibi offerētiū ſuper excidiū illius impie ciuitatis q̄ nec de ſāguine uiui:nec de infamia mortui potuit ſatiari.

Tertio oſtendit affluētiſſimā bonitatē ſuam in eo ꝙ ī tāto honore & applauſu ciuitatis & omniū ſubiectionē nō iuit ad palatiū:nec ad ſoliū regium nec ad tribunal iuditiariū:ut faceret uīdictā de ſuis ſacrilegis homicidis qui iā eū ſuo firmo ſtatuto occiderant:ſed iuit ad tēplū ubi piiſſime illuminauit cecos:erexit claudos: & multos ſanauit infirmos. Manſuetiſſime docuit mortē ſuā: & modum mortis etiā cū alacritate predixit: & uocās eum clarificatorē ſui. Et ne iſta bonitas ī reſolutionē degenerare uideretᷣ:eadē pietate qua ſanauit infirmos: increpauit incredulos: & expulit ſymoniacos:tēplū purgans a ſordibus ī figura purgatiōis future p̄ ipſū tēpli ueri cordiū electorū. Sic ergo iſtū benedictū ieſum q̱ ut agnus māſuetus hodie uenit ad locū uictime potes uidere deū oīpotentē: ſapiētē & optimū:ne tibi uileſcat quod pro te dedit in morte ſic uolūtarie precioſiſſimā uitā ſuā. Preceptū.n.erat in lege:ut decimo die agnus introduceretᷣ in ciuitatē ad locū īmolationis fiende.xiiii.die:pp quod ut oſtenderet tibi ieſus cū quāta prōptitudine uolūtatis ueniebat īmolaturus pro te:cū tanto honore uoluit ciuitatē intrare:per hoc tibi ſignificās ꝙ ſe reputabat honoratū in ſūmo. Si p̄ ſue mortis obprobria & doloroſa ſupplitia te filiū mortis poſſet educere de īferno:unde hodie quelibet anima deuota intuēs chriſtū in aſino ſedētē pōt admiratiue dicere uerbum baptiſte. Ecce agnus dei &c. Io. primo. Ecce corporali pñtia demōſtratᷣ. Agnus naturali innocentia cōmēdatᷣ: dei perſona ī excellentia ſublimatur. Ecce eſt aduerbiū demonſtratiuum triūphalis proceſſionis cū floribus perſonalis oblationis:prophtalis p̄dicatiōis & figuralis expreſſionis:q̄ oīa hodie fuerunt īpleta & demōſtrata ſicut dictū ē ſupra. Et ſicut fuerūt p̄dicta per zachariam ꝓphetā.ix.c. Exulta ſatis filia ſyon:iubila filia hieruſalē. Hoc fuit in triūphali proceſſione. Ecce rex tuus. Rex inq̄ poteſtate:tuus germanitate:iuſtus equitate:ſaluator pietate:hoc fuit īpletū hodie in perſonali oblatione ſui ad locū certaminis:ut tūc poſſet dici oībus electis illud Eſa.xxxv. Confortate manus diſſolutaſ: & ſeqtur. Ecce deus ipſe ueniet et ſaluabit nos. & ſic uides īpletā prophalē predicationē. Seqtur ipſe paup̄ īmo ſimul in unū diues & paup̄:paup̄ humanitate: & diues diuinitate. Sequtur figuralis expreſſio cū dicitᷣ. Et aſcendēs ſup̄ aſinā & ſup̄ pullū filiū aſine:hoc ē ſuper populū iudaicū & gentilē. Ipſe.n.ē pax noſtra q̱ fecit utraqꝫ unū Attēdat āt ipia obſtinatio iudeoꝝ. Quoniā ſicut ait Criſo. Nunq̄ uidit in decurſu tēporū regē iudeorum tali habitu incedētē:ſed in hoc ſolo ē cōpletū qa de hoc ſolo ante fuerat p̄dictū:unde inexcuſabilis ē eoꝝ malitia:qa ī toto decurſu uite ſue paſſionis & mortis chriſtus proceſſit ſicut antea fuerat prophetatum. Stupendo autem modo hiſtoria iſtius diei in myſtico ſignificato diuinā ſapientiam repreſentat

Hic enim figuratur & exemplatur tota xp̄i uictoria & modus uictorie de toto regno:carnis mundi & diaboli

Hic mirabiliter inſtruitur contemptus honoris mundani

Hic mirabiliter informatur hō ad moderātiā obſeruandā ī omni ſtatu regiminis ſui

Hic quarto inſtruimur quomō exire debeamus obuiam xp̄o in actibus uirtuoſis. Primo uide hic excellenter ſignificari chriſti uictoriā:quaſi.n.triūphāti de morte:licet hoc nō caperent faciētes occurrunt turbe cū floribus & palmis redēptori obuiam & uictori triūphanti dant digna obſeqa:filium dei ore gentes predicant in laudē xp̄i uoces tonāt

UVA. BHSC. IyR_070

per nubila. Oſanna. Sicut.n.nunc benedictus ie
ſus duos diſcipulos de mõte olíueti in caſtellũ qđ
erat contra eos miſit:& ſic turbã attraxit ad ſe cum
ſignis ſupradictis. Sic de monte olíueti.i.de ſua pie
tate altiſſima & ineſtimabili in caſtellum mundi
obſeratum & obſirmatũ in ſua pertinacia cõtra ui
tã xp̄i miſit duos diſcipulos ſuos.i.duas emanatio
nes a ſeipſo ſinceras: ſplẽdorẽ.ſ.uirtutis & ardorẽ
charitatis
Vel duos diſcipulos pp notitiã duoꝝ teſtamẽtoꝝ
Vel duos propter litterã & ſpiritũ
Vel duos propter duo precepta charitatis
Vel duos propter duplicẽ uite perfectionẽ: actiuã
.ſ.& contẽplatiuã
Vel duos pp duos conuertẽdos populos. Synago
gã.ſ.que figurata ẽ per aſinã que fuit domita iugo
legis:& eccleſiam de gentibus figuratã per pullũ
propter laſciuiam cõuerſatiouis:quẽ tamẽ pullum
genuit filiũ ſynagoge:uel duos miſit pp duplicẽ
ordinem ſublimiũ doctorum figuratoꝝ in apoſto
lis & alioꝝ mioꝝ figuratorũ in ſeptuaginta diſci
pulis. Hi per ĩperiũ dñi ſoluũt aſinã & pullum nec
demones q p̄us dominabãtur eidẽ audita domini
maieſtatem auſi ſũt prohibere. Sup iſtos apoſtoli
ponunt ſua ueſtimẽta:qa p̄ncipales ſancti honorãt
inferiores p ſua uirtutũ patrocinia & p ſuarũ predi
cationũ ĩplenda lumina:ut ſic fiãt dominice ſeſſio
ni aperti per humilẽ obediẽtiã:mãdata xp̄i faciẽtes
humiliter:& exẽpla ſue perfectionis imitãtes uirili
ter & ardenter. Hi ergo ſicut & in aĩalibus: ſic & ĩ
turbis figurãtur. Et iſtius benedicte multitudinis
credẽtiũ plurima turba.ſ.ſacratiſſimoꝝ martyrũ ſtra
uerũt ueſtimẽta ſua in uia: qa tradiderunt corpora
ſua propter deũ ad ſupplitia: & ſic uiã dño parane
runt p tormẽta corpoꝝ ſuoꝝ:ut ſic ueñirẽt ad ciui
tatẽ conuerſe multitudinis credẽtiũ populoꝝ. Alii
ãt ſunt cõfeſſores & doctores q cedebãt ramos de
arboribus:qa de cõuerſationibus primoꝝ patrum
accipiẽtes uirtutũ exẽpla ſuã reformauerũt uitam:
& ſanctis dei ĩſpirationibus occurrẽtes p opera uiã
ordinauerũt xp̄o aliis efficatia prebẽdo exẽpla:per
que xp̄s intrat ad alios poſſidendos. Alii uero
de hac turba ſũt ſacratiſſime uirgines:q̄ licet fuerint
corpore fragiles:fuerũt tamẽ uirtute potẽtes: cum
floribus & palmis .i.cũ mũditia mẽtis & carnis:&
cũ palmis multiplicis paſſionis exierũt obuiã redẽ
ptori:ipſũ tanq̃ ſpõſum ſanguine recipiẽtes:cui cõ
formabantur p mũditiã & cõiũgebant̃ p ſimilitu
dines paſſiõis ſanguinẽ ſibi pro ſanguine redden
tes ĩ tollerãtia dure mortis. Et ſic benedictus ieſus
oleo ſue pietatis diuerſimode ſuper electos fundẽ
te fiat finalis coniunctio omniũ ſcoꝝ precedentiũ
& ſequẽtiũ ĩmo una uoce laudãtiũ ſuũ benigniſſi
mũ aduentũ:& uictorioſũ mortis triũphũ:& accla
mantiũ ſuũ benedictũ & eternũ regẽ & recogno
ſcẽtiũ ab ipſo plenariũ reformatiõis beneficiũ ĩ re
ſũptione corporũ glorioſorũ:a quoꝝ cõſortio ex
cluſis ĩpiis ſymoniacis:& in dolo & malitia occu
pãtiũ dei tẽplũ Ieſus uictorioſus rex & eterni p̄ris
filius cũ oĩbus mẽbris ſuis illã ſupernã ciuitatẽ et̃
na pace dotatã perpetuo regnaturus ingreditur in
qua ẽ eterna gratiaꝝ actio & uox laudis. Quomõ
ãt plene ĩ hoc facto doceat ueritatis magr̃ ieſus fal
ſitate honoris mũdani:ac p hoc prouocat ad cõtẽ
ptũ patet. Si attẽdas quattuor in hiſtoria hodier
na:quoꝝ cõtraria appetũt ambicioſi: nec inueniũt
in honoribus ſuis. Appetũt.n.ſublimitatẽ & excel
lentiã. Cõtra qđ xp̄s accipit aſinã:nõ qualẽcũq; ſed
cõmunibus obſeqis ppl'i multiplicit̃ ſubiugatam:
afflictã & inhonoratã.q.d.ieſus ãbicioſis. Nõ ap
petatis honorẽ huius uite:qa nõ ẽ excellẽtia:ſed aſi
na uiliſſima multiplici ſollicitudine & timore:& ui
liũ perſonaꝝ ſubmiſſione domita & uilificata: qa
quo ſuper plures ãbitioſi appetũt dominari:eo ne
ceſſe habẽt pluribus ſubiici & ſepe uſq; ad deſpe
ctiſſimas uilitates. Secũdo uanitas mũdi & am
bitio petit ĩ honoribus iocũdari:unde & iſtis magi
ſtratibus fiunt cãtica & choree in tĩpano & choro:
in cordis & organo. Cõtra quod dñs hodie offerẽ
tibus cantica dedit lamẽta dũ abũde fleuit: p hoc
dans intelligere ꝙ hoĩes mũdi ducũtur ad fletum
eternũ. Iuxta illud Iob. Tenẽt timpanũ & cytharã
ducunt in bonis dies ſuos & ĩ pũcto ad ĩferna de
ſcendũt. Tertio ambitioſi in honoribus ſibi ſecu
ritatẽ ꝓmittũt:eo.n.fatue dicũt ꝙ ẽ ſecurior quo ẽ
ſupior. Cõtra qđ hodie ieſus uoluit hẽre dũ ſic ho
noraret̃ ſuos inſidiatores ad latus:dũ dicũt ei p̄hi
ſei. Audis qd iſti dicũt. Increpa eos:& dũ ppl'us eũ
regẽ acclamabat:p̄ncipes phariſeorũ eius ptracta
bãt mortẽ:p hoc ſignificãs ꝙ ubi ẽ ſtatus altior ĩ
iſta uita:ibi ẽ caſus grauior:ſicut ſatis patet cõſiderã
ti ruinas magnoꝝ:maxime regũ iſrl':q ſic ꝓditorie
iugulabãtur a ſeruis. Quarto hũana ſtoliditas
ꝓmittit ſibi in honoribus ſacietatẽ. Credit.n. ſuũ
qetare appetitũ cũ ceperit dominiũ: & repleuit ſe
ipſũ de ſubſtãtia paupum. Iuxta illud Iob.xii. Abũ
dant tabernacula p̄donũ. Cõtra qđ ieſus hodie in
ciuitate honoris nõ comedit nec bibit:ſed fameli
cus ĩde exiuit p hoc oñdẽs ꝙ honores & abundã
tia tẽporaliũ ducũt ad ppetuã egeſtatẽ & famẽ. Si
cut patet ĩ diuite epulone. Quomõ ãt ſic docea
tur moderamẽ ĩ oĩ ſtatu regiminis humani:patet ſi
iſta quattuor ſupradicta etiã aliter pertractemus:ho
die.n. ieſus mirabilem fecit proceſſionem exiens
a bethania: & rediens in bethaniam quia omnis
proceſſus uirtuoſus eſt ab imperio paterne obedi
entie exire ad opus p̄cepti conſumandum & poſt
cõſumationẽ redire ad eãdẽ obediẽtiã p̄ris regratiã
do & recognoſcẽdo ſe habuiſſe ab ipſo uigorẽ ope
rãdi & pfecte ſubiiciẽdo nihil ſibi glorie retinẽdo.
Bethania.n.interp̄tat̃ domus obediẽtie. In iſto ãt
itinere benedictus ieſus fecit quattuor uirtuales ſta
tiones:quas nos debemus facere in greſſibus mẽ
tis nr̃e. Incepit nãq; ĩ hũilitate:ꝓceſſit in charitate.



UVA. BHSC. IyR_070

ꝓfecit in eq̃tate:& cõſumauit ĩ pauptate.Et q̃a oĩs humana uia ad pditionẽ tẽdẽs pĩmoderãtiã incedit inflãdo ſe ĩ honoribus: effundẽdo ĩ carnalitatibus:diſtrahẽdo ĩ diuitiis tẽporalibus: indignãdo ĩ aduerſitatibus: ideo benedictus ieſus in quolibet iſtoꝝ quattuor miſcuit moderãtiã cũ ſupfluitate uitii ut ipſã expelleret:& expellẽdã doceret. Nãq; in pmo gradu ſue ꝓceſſionis miſcuit honorẽ cũ humilitate ut excluderet ĩmoderãtiã q̃ ẽ ĩ honoribus: unũ cũ ſciret ppl'm exire ei obuiã ad recipiẽdũ eũ ut regẽ:ecõtrario accepit aſine uilitatẽ & alia hũilia q̃ dcã ſũt ſupra ut eius exẽplo chriſtianus edoctus:cum ſe honor igerit:ſe hũiliare addiſcat:& laſciuiẽtẽ ppl'm uanitates cordis ſui ſub diſciplina ſubiicere: ſciens ꝙ q̃to ſub maiori honore aliq̃d ad dedecus uel patibulũ inducit':tãto magis uituperat'. Ec hoc cõſiderare multũ deſtruit honoris appetitũ: pp qđ dr̃ Zacha.ix.De rege paupe q ſedet ſup aſinã & pullũ ꝙ ipſe deſtruet quadrigas effrain. In ſecũdo gradu ſue proceſſiõis miſcuit meroris fletũ cũ alacritatis cantu:ut dictũ ẽ ſupra:dixit.Si cognouiſſes & tu q.d.fleres ſicut ego:q̃a q ĩ mũdano ſolacio delectat':ſicut.d.Grego:quaſi p prata uirẽtia ad iteritũ ducit':unũ licet gaudiũ ſit honeſtũ qđ ſepe ſcis uiris offert' a mũdo: ſẽp tñ debẽt triſtitiã admiſcere: q̃a eccle.vii.dr̃.Cor ſapiẽtis ubi ẽ triſtitia & eiuſdem li. iiii.ca.Cõſulit' ꝙ ĩ die bonoꝝ nõ ĩmemor ſis malorũ:ut ſic gaudiũ tẽperet'.Sed heu hodie hoĩes carnales nõ in honeſtis gaudiis occupati:ñ ueſtes:ſed lapides:nõ frõdes:ſed ſpinas ĩ itinere xp̃i ſpargũt obdurati ĩ malo:ut lapis & ſpinis diuitiaꝝ atq; delitiarũ hirſuti ad modũ ericii:xp̃i uiã & uitã pũgunt & lacerãt tã exẽplo q̃ uerbo.In tertio gradu xp̃s exhibuit rigorẽ eq̃tatis cõtra falſã pietatẽ excludẽdã ĩmoderãtiã in diuitiis.Nã cũ introiſſet in tẽplũ.in de latrocinãtes eiecit.d.ꝙ domũ patris fecerũt ſpelũcã latronũ. Attẽde ãt ꝙ ibi uẽdebãt res aptas ꝓ ſacrificiis & nũmularii ſtabãt ad ſedẽdũ ꝓ preſtãdis pecuniis ad talia emẽdũ ut offerẽtur ĩ tẽplo. Sicut nũc candele uẽdunt' & huiuſmodi talia in eccleſiis ut ſacerdotibus offerãtur. O q̃ multi ſũt hodie tales q ſub ſpetie pietatis modos nouos ĩueniunt in eccleſiis:q̃bus a paupibus poſſint pecuniã extorq̃re:q̃ tñ in ſubtili dei examine ab eis tanq̃ latrocinia requirẽtur:nec credãt deũ decipere:& ſuam auariciã excuſare:quia xp̃s tales eiecit de templo:ut oñderet ꝙ qui talia agũt de ſuo eiitient' regno.

Propt' hoc hic cũ ſigno ire ſingl'arit' contra falſã pietatẽ armat'.Id.n.ſingulărit' deũ turbat ꝙ malignã auariciã & ſymoniacã fraudẽ ſub ſpẽ pietatis & dĩni cultus colorat:uult.n.deuſ ꝙ ſibi obediatur in puriſſima pauptate ſeruãda:& nõ uult honorari ſupfluo cultu habũdãtie quorũcũq; p̃cioſorũ: maxime autem ab his qui habent' de paupertate uotum: quoꝝ malitia bñ figurata fuit ĩ ſaul q in deſtructiõe amalech cõtra dei p̃ceptũ pepcit melioribus de gregibus retinẽs ut decebat ad diuinũ ſacrificiũ:ſed ibi perdidit regnũ:q̃a melior ẽ obediẽtia q̃ uictime.Ita mľti ĩ ſimili pdũt ſue ꝓfeſſiõis ſtatũ: & p cõſequẽs etnũ regnũ.Et q̃a iſta malitia cõiter a maioribus uenit.Iõ dr̃ facta expulſiõe taliũ de tẽplo:& ſanatis cecis & claudis pueri clamabãt. Oſãna filio dauid.De qua tamẽ phiſei murmurabant: q̃a ſi aliq̃ñ ſpũs xp̃i p os alicuius ferueat: & talia uelut ĩdigna tẽplo ꝓfeſſionis ꝓmiſſe reprehẽdãt:ſimplices & pueri illuminãtur ad cognoſcẽdũ:& rectificãtur ad imitãdũ:& iõ laudãt dei filiũ.Ecõtra uero obſtinati auctores taliũ & imitatores uitii phiſeorũ:tales ꝓ xp̃o zelãtes redarguũt. Quibus optia adiuẽtiõe põt reſpõderi:ꝙ ſi hi tacuerit lapides clamabũt.Eſto ꝙ p̃dicatores ueritatis nõ condẽnarent talia:lapides ſupfluitatis & curioſitatis in edificiis exceſſiuis trãſgreſſionem promiſſi ſtatus alta uoce clamarent.O cõtra quot hodie lapis de pariete clamat:q panes paupeꝝ faciũt lapides ſuaꝝ uanitatũ.Melior eẽt ſñia ĩ iſta pte quã diabolus dicebat.Dic ut lapides iſti q ſũt ſupflui & nociui fiant panes: & reficiãtur uiſcera pupilloꝝ. In quarto gradu miſcuit uigorẽ cũ aduerſitate ad ĩpatiẽtiam tẽperãdã.Nã cũ ĩ mane receptus fuiſſet cũ tãto honore:& ſic laboraſſet ꝓ eis tota die:ut dictũ ẽ ſupra circũſpectis oĩbus ut.d.Mar.Nõ ĩuenit q ſibi guttã aque offerret:ſed ĩ bethaniã rediit per hoc dans nobis exẽplũ patiẽtie:ut equanimit' ſuſtineamus:ſiue ſit fames:ſiue penuria:ſiue humana uerecundia licet olim fuerimus diuites:& in honore ſublimes. Sed uide q̃a ieſus q cibũ nõ ĩuenit in hieruſalẽ ciuitate opulẽta:ĩuenit ĩ bethania uillula:q̃a ſepe diuites ſũt obdurati:& auari ipſi ieſu:cui ſũt paupes liberales.Et ſic potes uidere ꝙ bñdictus ieſus ſuam ꝓceſſionẽ hodie ĩ pauptate finiuit: & de uanitate mũdani honoris nudus aufugit. Stupẽdo ãt mõ honor hodierne diei doloroſas & opprobrioſas cõditiões paſſionis xp̃i mľtiplicit' augmetauit. Opprobrioſius ẽ.n.ſtatim poſt ſublimes honores uiliſſime deiici.Et doloroſius ẽ ab his qui debẽt eſſe amici crudeliter tractari & occidi:unũ ĩ honore benedicti ieſu hodie ſuſcepto cõplet' illud p̃mi Mach.i. Secũdũ gloriã eius mľtiplicata ẽ ignominia: & ſolẽnitas eius cõuerſa ẽ ĩ luctũ. Quod ut aliqualiter uideas: ſcias ꝙ iudei hodie eũ quadrupliciter honorauerũt:& ꝓ quolibet honore cito duplex dedecus reddiderũt.Et ſic bñdictus ieſus ſuſcepit de manu iudeoꝝ ĩpioꝝ duplicia ꝓ oĩbus pccĩs nr̃is. Honorauerũt eum.

In perſonis propriis
In uerbis laudis
In operibus uirtutis
In rebus ſuis.

In pſonis ꝓpriis:q̃a pceſſerũt ei obuiã perſonalit' & ſic ĩtroduxerũt eũ in hieruſalẽ.Sed multiplicata ẽ eius ignominia:q̃a idẽ populus ĩ eodẽ loco tẽporibus eiſdẽ eũ crucifixit poſtmodũ:& de eadẽ ciuitate eũ nõ equitãdo:ſed crucẽ portãdo cõtumelio

UVA. BHSC. IyR_070

ſe eiecit. Nec ſufficit una ignominia ꝓ uno honore:ſed uili ꝑcio uenditus ut latro ab eis capit᷑:& barrabas peſſimus latro ei preponit᷑.Sic ſepe multi ꝑſonaliter uadūt ad eccleſiā:uel ſumūt fidē catholicā:uel aſſumūt religionē altā: & ſepe multiplicant malitioſa opa:& ſic ꝓ uno honore multiplicē ignominiā faciūt xp̄o:q̄a ipſū dehonorant corde & opere:quē honorāt tm̄ ſimpliciter pn̄tia pſone uel chriſtiani falſo noīe:uel religiōis habitu ſiue religiōis effectu. Secūdo ī uerbis & ī laudibus honoraue rūt eū iudei acclamando eū deū regē iuſtū & ſaluatorē in his uerbis. Bn̄dictus q uēit ī noīe domini: quo ad p̄mū.Rex iſrael:quo ad ſecūdū.Benedictū regnū p̄ris nr̄i:quo ad tertium.Oſanna.i.ſaluifica: quo ad quartū.E cōtra ml᷑tiplicata ē ignominia. O q̄ male cōueniūt.Benedictus q uenit &c. Et tolle tolle crucifige eū.Rex iſrael: & nō habemus regē niſi ceſarē.Et benedictū regnū p̄ris nr̄i dauid.ſ.ſancti & iuſti.Et ſi nō eēt hic malefactor nō tibi tradidiſſemus eū.Et ſalua nos:& ſanguis eius ſup nos. Et ſaluum te fac:deſcende de cruce.O quam mala mutatio gentis exaſperantis in uerbis aſperis: ſed non ſufficit hec ignominia: ſed uerbis irriſoriis & īproperatoriis inſultant ei dicētes .Propheza:& uach q deſtruis tēplū dei:& aue rex iudeoꝝ:& ſi tu es filius dei deſcēde de cruce:& multa ſimilia. Vertat᷑ ergo in luctū cythara nr̄a:& ne letet᷑ ī laude ſua ne forte extrema gaudii luctus occupet: quia ſic in ſaluatore nr̄o oēs laudes uituperio cōmutātur.

Tertio honoratus ē ī operibus uirtutis:q̄a ſternētes ramos palmarū & oliuaꝝ:flores & folia pro ſternebāt in uia:p hoc.n.deſignātur opa uirtuoſa ſecūdū Grego. O q̄ diſſimilis ē ignominia ſubſecuta:q̄ diſſimiles ſūt rami & crux:flores & ſpine:folia & claui:palme & uirge.O mala īmutatio cordis ꝑuerſi:nō ſufficit hoc:niſi ēt ml᷑tiplicet᷑ ignominia: ultra hoc ēt cōſputus & collaphizatus: ac amariſſimo felle potatus. Quarto honorauerunt eū cū rebus ſuis:q̄a ueſtimēta ei ꝓſternebāt in uia:ſed cū reuerētia exuētes & xp̄i pedibus ſūmittētes:ſed q̄ta ē ignominia ſubſecuta:& q̄ multiplicata cuius prius proſternebāt aliena ueſtimēta:nūc auferebāt ſua & ſors ſuper ea mittit᷑. Nō fuit dimiſſa ei niſi una tunica.ſ.caro mūdiſſima ſuo ſanguine rubricata & uulneribus lacerata:ſed & ab iſta fuit anima eius ſāctiſſima dolore abiecta.Nec ſufficit īpiis ꝙ xp̄m nudant ueſtibus ſuis:niſi ipſū derideāt in alienis.Nūc chlamide coccinea:nūc purpura:nūc ueſte alba:nūc uelāt oculos:nūc pcutiūt pugnis:nūc polluūt ſputis:ut ſic nō deficiat a multiplicatiōe ignominioſa dedecoris ꝑ gloria ſuſcepti honoris.Sic ergo poteſ uidere:q̄ multiplicit᷑ xp̄s hodie mūdanos uilificauit honores.Multiplici.n.de cā iſtū honorē uoluit aſſumere ī fine uite ſue:p̄mo ad oñdēdū ꝙ honores mūdani ſūt ī ſua ptāte.Ita ꝙ q̄n uoluit eos acce pit:ſecūdo ut nos ab ipſoꝝ appetitu retraheret ſicut multipliciter declaratū ē ſupra.Sicut.n. mr̄ nuces plenas uermibus uitupans īduceret paruulum ne comederet uermes cū nucibus:ſi paruulus nollet ſibi credere:una manu accipet & frāgeret:& paruulo deteſtādū uermē oſtēderet.Sic xp̄s hodie fecit paruulis ſuis:q̄bus fugā honoꝝ uerbo predicauerat & exēplo mōſtrauerat ī tota uita ſua . Et nūc in iſto honore ultimo aſſūpto quattuor uermes ꝑdictos horribiles ſub falſō noīe mūdani honoriſ declarauit latere. Tertio ſūpſit iſtū honorē ad paſſionē ſuā multiplicit᷑ augmētādā & accelerādā: excitādo p hoc inuidiā iudeoꝝ:unde & ipſi ꝓuocati dicebāt:uidetis q̄a nihil proficimus:ecce totus mundus poſt ipſū abiit:p hoc.n.ſunt prouocati nō ſolum ad cicius capiēdum eum:ſed etiam ad tractandum eum uiliuſ & crudelius:& iſultandum ei ml᷑tiplitius: tanquam ei q malis gratibus ſuis ſic fuiſſet de nouo ſublimiter honoratus.Hoc āt fecit Ieſus non intentione augmētādi eoꝝ malitiā.ſed cōpleuit quod decebat ſuā ſapientiam & diſpoſitionē paternā:& ſemper de bono ieſu facti ſunt phariſei īpii peiores. Quarto ſicut dictū ē ſupra ad oñdēdū cū q̄ta uolūtatis prōptitudine mortē recipiebat pro nobis quādo illa faciebat q̄ & accelerabāt eū & eius cumulabāt anguſtiā: unde ſicut dicūt Ber. & Criſo. Quādiu eū mors inſecuta fuit in iudeoꝝ īſidiis:nihil cōtra ipſū potuit:ſed ex quo ipſe inſecutus ē mortē eā ſibi ꝓcurando pro nobis: nec fauor populi:nec reuerētia loci:nec ſanctitas feſti potuerunt ei mortē uel ī minimo retardare. Quis ergo n̄ deſiderat totis uiſceribus mortē ſuſtinere pro xp̄o q̄n uidet eāipſū bn̄dictū dei filiū pro nobis tot conatibus inſectari?Suſcitauit lazaꝝ:uenit ad cōuiuādū ſecū:excitauit turbā:ut eū reciperēt tanq̄ regem ſūmum:expurgauit tēplū a ſpurcitia phiſeoꝝ. Increpauit eoꝝ malitiā:& quotidie ſtabat cū ipſis ꝑdicādo icrepādo:ſcripturas exponēdo: & filiū dei ſe manifeſtādo:ex quibus omnibus excādeſcebat eoꝝ malitia impia:ut eū deglutirent in mortē:quē tn̄ ex his ſūme debebāt diligere:ut uere ſalutis auctorē:ultimo figuratur quomō debemus exire triūphādo de uitiis obuiā ſaluatori.Ipſe.n. ſaluator eſt mediator p incarnationē: & redēptor pro paſſione triūphator pro reſurrectiōe.Remuuerator p extremā remunerationem & retributionem. Ad ſimilitudinē autē honoris hodie xp̄o exhibiti debemuſ ei exire obuiā ſpūalit᷑.Mediatori ramis & floribus choruſcātes ad ſimilitudinē puritatis incarnatiōis ſue.Redēptori ſalutē aīe poſtulantes:quia ipſe per mortē ſuā redemit nos de maledictione legis factus pro nobis maledictus:ſicut dicit Apoſtolus. Triūphatori uocibus & cordibus iubilantes: quia mortē nr̄am moriēdo deſtruxit &c.Remuneratori ueſtimenta eius pedibus proſternentes.i. tēporalia noſtra amore ipſius pauperibus arrogātes q ſūt pedes ſui. Iſtis enim quattuor modis iudei exeuntes honorauerūt eū:ſicut patet diſcurrēti hiſtoriam.Primo igit᷑ debemus exire ramis & floribus



UVA. BHSC. IyR_070

adornati:unde cātat eccleſia.Occurrūt turbe cū ramis floribus & palmis.Nā per ramos intellige bona opera:per palmas uitiorū uictoriā:ſine qbus exire obuiā chriſto nō poſſumus:pp quod dicit᷑ exo.
.iii.Cū egrediemini ñ exhibitis uacui.ſ.bonis operibus.Quia ſicut precipit᷑ Exo.xxiii.Nō debes apparere in cōſpectu dñi uacuus.Exeas ergo cū uiola hūilitatis:cū lilio caſtitatis: cū roſa charitatis. His floribus deſiderat fulciri ſpōſa:cū dicit Can.ii.Fulcite me floribus ſtipate me malis &c.Sed multi in malitiis ſuis ramos cōuertunt i flagella: & flores i ſpinas more iudeorū.Contra quos Ambro.d. i ſermone.Scitote & firmiter credite ꝙ hodie faciunt chriſtiani male uiuētes:quod tūc fecerūt iudei chriſtū pſequētes. Secūdo debemus xp̄o obuiam ut redēptori exire:ſalutē aīe poſtulantes:unde dicitur Mat.xxi.Turbe āt que p̄cedebāt:& ſequebātur clamabāt dicētes.Oſanna filio dauid.Oſanna ſaluifica interpretat᷑:hec āt ſalus facta eſt in cruce quādo effuſo ſuo ſanguine xp̄s operatus ē ſalutē i mūdo in medio terre.In qua ſanguinis effuſione:tā q pcedūt in ueteri teſtamēto:q̄ qui ſequūtur in nouo cōſequuntur ſalutē:pp quod ad hebre. ultimo ait ap̄ſ s.Ieſus ut ſacrificaret per ſuū ſanguinē populū extra portā paſſus ē.Exeamus ergo extra caſtra improperiū eius portātes. Tertio exire debemus obuiā xp̄o triūphatori uocibus & cordibus iubilātes: triūphator fuit xp̄s in reſurrectione: q̄m ut dicit ap̄ſ s ad coſ.ii.Expolians p̄ncipatus & ptātes traduxit cōfidenter palā illos in ſemetipſo ratione cuius ſibi debet᷑ honor & gloria: hūc honorē exhiberunt ſibi iudei.qñ ſicut dr̄ luce.xix.Ceperūt oēs turbe deſcendētiū gaudētes laudare deū uoce magna ſup oībus que uiderant uirtutibus dicētes. Benedictus q uenit rex i noīe dñi:pax in celo & gloria in excelſis. Quarto debemus exire obuiā remuneratori ueſtimēta eius ſternētes pedibus:hoc fecerūt hodie iudei:de qbus Mat.xxi. Plurima aūt turba ſtrauerūt ueſtimēta ſua i uia.Sicut āt Grego. dicit i quadā ome.Quid ſūt terrena oīa:niſi q̄dam corporis indumēta?Pedes uero chriſti ſūt paupes quibus mēdicādo diſcurrit.Iſtis ergo pedibus ueſtimēta ſternūt:cū bonis tēporalibus ſuſtētātur.Et ſi tēporalia habētes remunerationē attēdāt: bonū ē in paupibus ſeminare:qa tale ſemē centuplū reddit fructū:quod ſignificatū fuit geñ.xxvi. cum de Iſaac legit᷑.Seuit iſaac i terra illa:& īuenit in ipſo anno cētuplū.Sed multi ſūt ſimiles iudeis q hodie ueſtimēta ſua p̄ſternūt pedibus ieſu: & in paraſceue ipſū p̄priis ueſtibus ſpoliauerūt:& flagellis multipliciter afflixerūt.Sic & multi ex una parte elemoſynas aliquas faciunt:& ex alia xp̄m denudant per rapinas & uſuras:dolos & fraudes:ipſū in pauperibus ſpoliātes:& multis iniuriis cōtriſtātes. Sciant ꝙ q̄cq̄d pauperibus fit comodi uel iniurie ſe acce‑piſſe in ſeipſo teſtat᷑ Mat.xxv.Quādiu feciſtis uni &c.Sic ergo ad ſimilitudinē hodierne p̄ceſſiōis uirtuoſe exeamus xp̄o obuiā oīa mundi gaudia & uana bonorū faſtigia relinquētes .Sicut & xp̄s de hieruſalē hodie exiuit toto faſtu diei excluſo ieiunio: & humilis in bethaniam ſequenti die ad noſtre ſalutis opera reuerſurus:propter quod ſequitur aliud capitulum.

Ieſus pactum p̄ficiens cap.ii.

Ciens enim ieſus benedictus approximare ad finem in hac ultima ſeptimana uite ſue licet ſemper de noſtra ſalute ſollicitus fuerit:nunc autē euidētius opere declarauit de ſūmo mane rediens in tēplū tota die quaſi uacabat predicationibus:beneficiis:& miraculis exponi ſcripturarū teſtificantiū ipſū eē deū & filium dei: audiens doloſas phariſeorū & ſcribarū qōes quibus inſidiabant᷑ ut eū caperēt in ſermōe:& ipſe ſicut agnus māſuetus & noſtro amore ebrius ſemper ſalutifere reſpōdebat:licet ſepe ad eorū confundendā uel corrigendam malitiam eos punxit uſq; ad intima uētris eorū uitia multipliciter denudādo:unde & m̄ſ totiens minatus eſt eis ue:& uocauit cecos hypocritas & aliis multis noībus qbus eorū ſcelera denudabat.In hac āt ſeptimana fuit arefactio ficulnee & ne uideretur eos ex iracundia ſic increpare cōminādo:nunc eorū malitiam & perfidiam cum multa ſapientia in pluribus cōfutauit.In pmo reducendo eis ad memoriā teſtimoniū Ioan. cū dixit baptiſmum Ioan.eē de celo nō ex hoībus.Secūdo ſe deū probando per teſtimoniū dauid qui uocat eū dominum ſuum.Tertio charitatiue oſtendēdo eis ſuum flagitium cū preſentauerunt ei mulierem in adulterio deprehenſam cum digito ſe inclinans p ſcripturam quam fecit omnia ſcelera eorū oculis mentis eorum obiecit:propoſuit etiam eis malitiā quam cōceperant de eius morte cum multis parabolis :que ratione modi loquendi manifeſte conuincebat malitiam iudeorū ſi uoluiſſent attendere dum oſtendebat ſe ſecreta eorū ſcire:& eos diu in ſuis ſceleribus ſupportaſſe:unde & in iſta ſeptimana dixit eis parabolā de phariſeo & publicano adorantibus in tēplo:ubi eos de preſumptione & iactātia notauit expreſſe: dixit etiam eis parabolam de uinea quam paterfamilias locauit agricolis:ubi eos de expreſſa malitia necis ſue redarguit & ꝙ propter hoc diuini cultus regnum debebat ab eis auferri & dari gēti fructus eius faciēti. Dixitq; eis parabolā de rege qui fecit nuptias filio ſuo:in qua diuinam charitatē ad eos multis ſignis oſtendit:& ꝙ nuptias incarnationis ſue ex eorum horrenda malitia & diſtractione inutili reiiciant:propter quod in tenebras exteriores merito eiiciendi erant dei uocationē ipie repellentes. Dixit etiam eis euerſionem hieruſalem & diſperſionem eorum propter peccatum horribile ſue necis. Ipſi uero econtra dura ceruice & maligno corde reſiſtentes eidē :nunc

UVA. BHSC. IyR_070

doloſe querunt cum blandiciis:ſicut dictum eſt ſupra de muliere adultera:& de cenſu reddendo Ceſari:uel non:de mandato magno in lege:& de ſaduceis:& de muliere que hūit ſeptē uiros:& in multiſ ſimilibus. Nunc uero increpātes eū aperte furiunt: ſicut cū congregati cōtra ipſum dixerūt. In qua poteſtate hoc facis? Et ſicut qñ miſerunt principes & phariſei miniſtros ut caperent eum:& in tota iſta ſeptimana ipm obſeruantes doloſe nitebant aliquid capere ex ore eius:ut accuſarent eum:& pl'ieſ conati ſunt eū cape:ſed ꝓhibiti ſunt id agere:donec ipe ieſus dignatus ē ſe ad capiendū & occidēdū offerre. In hac etiā ſeptimana ne uideret dicere tāta ex odio contra eos benignus ieſus āmonuit eos de reuerētia cum dixit. Super cathedrā moyſi &c. Sic tamen hortās ut ea facerēt que dicūt ſecundū legē moyſi: non ſecundū ſuas traditiones falſas. Nō ſolū laborauit ieſus benedictus in colluctatōe cū impiiſ phariſeis:ſed ēt ī iſtructōe facta diſcipulis ſuis. Vnde & iſta ſeptimana eos de multis inſtruxit:& in multis ſe deū oñdit:dū eſſe ſe potentē pūire impioſ demōſtrauit in areſactōe ficulnee. & ſe ꝓuidentē futura in ſignis deſtructōis hierl'm & aduētus ſui & cōſūmationis ſeculi patenter oñdit. Hortatus ē etiā apl'os ad ſtrenuitatē opis ſub ſimilitudīe hōis pegre ꝓficiſcētis:qui diſtribuebat talēta ad uigilantiā circūſpectōis ſub ſil'itudīe piculi furis:q domū nō uigilantis pfodit:oſtēdens ſuū aduentū cū multa latentia uēire:& ad hoc multas ſil'itudies adduxit. Inter quas eſt illa de decē uirgībus:ubi dr ꝙ fatuis dormientibus ſine patura olei charitatis ſpōſus aduēit: qui receptis ſapiētibus ianuā clauſit:ſtultis uacuis derelictis. Final'r etiā ſuā maieſtatā ꝑdixit.dū ſe uēturꝫ in maieſtate & oēs gētes tanq̄ gregē diuidere in agnos & edos aſſeruit:qbus ꝓ meritis uitā eternā & penā ppetuam retribuet. Merito ergo de iſta ſeptimana in qua tantū laborauit cōplet qd dicit Dañ.ix. Conſumabit pactum multis hebdomada una:pactum eīm quod nobiſcum fecit eſt qñ naturam noſtrā aſſumpſit:quo.ſ.nobis totā uitam dedit:ut tota eſſet redēptio mortis noſtre. In hac hebdomada ſingulariter conſumauit:dum tota die uacans predictis q̄ pie credit ieiunabat uſque ad ueſperam:tunc in bethaniam rediēs modicū ſumpturus cibum in domo benedicte Magdalene:& nocte in monte oliueti ſtabat. Sicut dicit Lucaſ:pernoctans in oratione dei. Vnde non īmerito dixi. Ieſus pactum perficiens.

Ieſus dolo ſeruatus Cap.iii.

Bi etiā attende ꝙ feria quarta ꝑncipes ſacerdotū & ſcribe congregati in atrio Cayphe propter ea que continue audiebant a xp̄o accellerationi mortis eius inardeſcētes de nouo q̄rebant quō ieſum dolo tenerēt & occiderent. Et quia nolebāt eius intentionē impediri clamore & uiolentia populi nolebant in die feſto hoc fieri: ſed ante ſi poſſent. Ieſus autē ad ſuā mortē diem feſtum elegit:qui non pro illoꝝ conſilio:ſed pro ſuo beneplacito quādo uoluit paſſus fuit:& hoc uoluit ut mors ſua magis eſſet opprobrioſa in die ſolēnitatis facta:ut per hoc oñderet ꝙ ipſe erat ille:cuius mortis paſcalis agnus erat figura:& ꝙ in eius morte redemptus populus debebat eternal'r feſtinare tranſiens de corpore mortis huius ad ſtatum glorie īmortalis. Tunc ergo impius Iudas abiit & pepigit cum illis impiis de tradendo eis ad mortē benedictum ieſum pro triginta argēteis:ubi & gauiſi ſunt impii uidentes ſe habere adiutorem mortis ieſu in familia eius:propter quod dies iſta eſt lamentationis & fletus. In qua caro chriſti eſt uendita pro nobis miſeris redimendis. Vnde & in hoc ī ieiuniis penitentialibus ſolennis feria reputatur: propter quod deuota deberet mens:uel ieiunare ī memoria tanti piaculi uel ſaltem a carnibus abſtinere. Signanter autem nota ꝙ iſto pretio uenditiouis ieſu eſt emptus ager Acheldemach in ſepulturam peregrinorum:de quo nequaq̄ Lucas ſiluit in actibus apoſtolorum: quia in pretio ſanguinis ieſu peregrini & aduene:qui nihil in hoc mundo poſſident ſic ſepeliuntur:ut in eius cruciformē uitam totaliter tranſformati ſibi cum apoſtolo uiuere chriſtus ſit:& mori lucrum.

Ieſus ſubiectis ſeruiens Cap.iiii.

Rima aute die azimorum que uocatur feria quinta:quia in eius ueſpere occidebat agnus paſcalis:& comedebatur azima:diſcipuli uidentes diem feſtum appropinquare:& ſcientes ieſum regem glorie in hoc mundo hoſpitiū ꝓpriū nō habere acceſſerūt ad ipm dicētes. Vbi uis paremus tibi comedere paſca? qui eis ſuā diuinitatem oſtēdit duplici ſigno:dū ſic potenter illū iudeum inuitauit:ut hoſpitium quod ſibi & familie ſue parauerat ad celebrandum paſca ipi benedicto ieſu dimitteret libere:& per abſentia ſigna & futura cōtingentia ſe cognoſcere limpide demōſtrauit. Ait ergo. Ecce introeuntibus in ciuitatem occurret uobis homo amphoram aque baiulans uſque ibi: & illic parate nobis. Per que patet ꝙ iſte non uidetur fuiſſe familiaris. primo:nec chriſto: nec apoſtolis: ut oſtendatur uirtuoſitas poteſtatis hoſpitium poſtulantis. Vnde ſic ſe nudauit pater ille familias uſu illius hoſpitii:& ſic ad chriſtum ieſum & apoſtolos tranſtulit:ut ex tunc factum fuerit refugium recollectionis apoſtolorum: & nunc eſt ibi eccleſia que uocatur cenaculum ſyon. O felix domus que fuit tantis myſteriis conſecrata:ut chriſtus ieſus ibi legalia conſumaret noua ſui corporis & ſanguinis ſacramēta inaudita charitate inſtitueret: nobilem ſermonē diſcipulis faceret:ibiq; poſt reſſurrectionem:pluries diſcipulis appareret:& ipſam in die pentecoſtes deſcenſu ibidem ſpiritus ſancti conſecraret. Felix ille paterfamilias qui tam

UVA. BHSC. IyR_070.

grãdis charitatis xp̄o ieſu cenaculum preparauit.
Quod ſi nos uolumus facere:ab huius patriſfami-
lias non declinemus ſigno: hominem ſequamur:
qui ſeruum miſit ad hauriendum aquam:& ad ꝓ-
p̄am domũ portabat.Sic & totius noſtre fragilita
tis homo exterior hauriat aquam lachrymoſe cõtri
tõis in puteo ſuo ꝓfunde malitie:quá & humeris
ſatiſfationis uirtuoſe portet ad iudiciũ rõnis : quo
ip̄a ratio & uolũtas lota poſſit dignum ieſu cenacu
lum preparare. Quod ſi fecerit homo Petrum &
Ioannem ſui aduentus nũcios deſtinabit deus: qr
ſi ſplendorem cognitionis & dulcorẽ deuotionis
ĩgeret tali mẽti:per quos tanq̃ ꝑ ueros nuncios
xp̄s plene mentẽ poſſidebit illuc ĩgreſſus cũ diſci-
pulis ſuis.i.cũ oĩbus hr̃ibus uirtuoſis xp̄s per no
uum effectum expurgabit uetus fermentũ:& no-
ua conſperſione ip̄m trnſformabit in ſue memoriá
paſſionis. Attende autem ꝙ iſta cena bñdicta ẽ
multis dotata priuilegiis . Nam benedictus ieſus
hodie dedit
Exemplum in ablutione pedum
Complementum in excluſione legalium
Conuiuium in inſtitutione ſacramentorum
Mandatum in confederatione amoris
Teſtamentum in pacifica tranqllatõe omniũ per-
turbationum:heredem excluſum ab oĩ affectu mũ
datum.Se ducẽ uiam ſtatuẽs per crucis ſuppliciũ.
Se regẽ amoris & penaꝶ:dedit legẽ celeſtiũ cariſ-
matum:Indixit bellum contra p̄ncipes mundi &
rectores tenebraꝶ.Stipendiũ ſui corpis uiaticũ ꝓ-
mittens ſe ſemper eſſe nobiſcum ad noſtrum adiu
torium:nouũ ꝓmiſit premiũ ut ꝑfecte cognoſcát
deũ:& quem miſit ieſum xp̄m.Nouum & nouiſſi
mũ de ſe fecit donum:& ineffabilibus modis con
ſumauit charitatem:dũ ſe dedit in exemplũ ĩ cibũ
& uiaticũ:in documentũ & magiſteriũ:in aduoca
tum & procuratorẽ fideliſſimũ.In quo etiá orando
pro nobis ad patrem tantũ laborauit ĩpetrando no
bis uictoriá ꝙ inexp̄ſſibilis agonie ſudor ſanguine
us teſtis fuit.Nobis ſe dedit in pretium :dũ ſuá in-
choauit mortem in ſacramẽto repñtatam. Noſtrũ
ſe fecit ſacerdotem & noſtrá hoſtiá placatiõis eter-
ne:ut merito dicat᷑:Cũ dilexiſſet ſuos in finem di-
lexit eos. Licet aũt iſta dies ſit plena ĩeffabilibus
ſignis amoris ad preſens: tamen ad tria reducun-
tur:ſcilicet ad
Exhibitionem exempli
Conſecrationem ſacramenti
Placationem ſermonis uiſceroſi
Habes autẽ attendere ꝙ in ablutione pedũ diſcipu
lorũ omnes alias ablutiones cerimoniales ueteris
teſtamenti terminaſſe & conſumaſſe uidet᷑.Singl'r
autem ablutio iſta ſignificari uidetur ĩ opere Abra
há: qui dixit Gene.xviii.Afferam pauxillum aque
& lauentur pedes uiri:& requieſcite ſub arbore:po-
namq; buccellam panis:cõfortate corda ueſtra : po
ſtea tranſibitis. Vere autẽ iſta uerba noſtro dilecto
ieſu conueniũt qui eſt Abrahá.i.pater excelſus oĩ-
um credentium.Dicitur autẽ de Abrahá ꝙ fixerat
tabernaculum ad radicem mãbre:& ꝙ ſtabat in ho
ſtio tabernaculi in ipſo feruore dei.Oſtium taber-
naculi eſt exitus mortis xp̄i.Feruor dei eſt exceſſus
amoris ſui. Cum enim omnia fecerit in menſura:
hoc ſolum.ſ.diligere nunquá fecit in menſura:nec
mirum quia ipſe ſpiritum ad menſuram non acce-
pit:licet autem ſemper in amore exceſſerit : tamen
in hoſtio tabernaculi hoc eſt hodie uere in feruore
amoris exceſſit.Hic eſt ille exceſſus quem comple
turus erat in hieruſalem:de quo Moyſes & Helias
ſibi loquebantur in monte.Vnde in euangelio ho
dierno dicitur.Sciens ieſus quia uenit eius hora ut
tranſeat ex hoc mundo ad patrem. Ecce oſtium ta
bernaculi:cũ dilexiſſet ſuos in finẽ dilexit eos.Ecce
feruor dei.hoc autem factum eſt in hieruſalem q̄ ſi
ta eſt ad radicem montis mãbre:ubi dicitur ꝙ fixe
rat Abrahá tabernaculum.Ipſe enim eſt mõs cal-
uarie qui recte dicitur mambre:ideſt diuiſionis.Ibi
enim diuiſus eſt xp̄s in duas partes per ſeparatio-
nem aĩe a carne:licet neutrũ fuerit ſeparatum a diui
nitate.Ibi etiá ieſus qui ſicut dr̃ Heb.viii. Oſtium
illius tabernaculi quod fixit deus & nõ homo fra
ctum ẽ in qnq; uulneꝶ apturas:ut foris expectan-
tes ꝑ iſtud hoſtiũ introeát paradiſum.Iſte ergo A-
brahá.i.xp̄s dixit ad angelos.i.ad angelicos ap̄l'os
Afferá pauxillũ illũ aque &c.Vbi licet tá pedũ lo-
tio:q̃ paſſionis xp̄i recordatio & ſacri altaris inſtitu
tio:ſumptio:& fructificatio contineant᷑ exp̄ſſe: tñ
ſolum primũ qđ ad lotionẽ ptinet ꝓſeq̃mur. Di-
cit ergo.Afferá pauxillũ aque:uere pauxillũ:qr qc-
qd tu facis bone ieſu per actum extrinſecũ licet ſit
multũ & ualde multũ : eſt tñ pauxillũ ad tui inter-
ni amoris cõpatũ exceſſum.Sed quid eſt qđ dicit.
Afferam.magis decẽs eſt ꝙ ego uadá ꝓ aqua dñe
mi.Nequaq̃ ita erit ait dñs:non.n.ĩuenies aquam
ſed lutũ ſi tu iueris.Aqua.n.hec ablutiõis perfecte
egredit᷑ de tẽplo a latere dextro:teſte Ezechi. quia
egredit᷑ de medio cordis mei:qđ ẽ domus dñi:de
qua egredit᷑ torrẽs ad rigandũ torrentẽ ſpinaꝶ:qđ
eſt etiá p̄adiſus uoluptatis:de qua egredit᷑ fons ad
irrigandá & lauandá faciẽ orbis terre:qđ etiá ẽ fõs
patẽs domui Dauid in ablutionẽ peccõꝶ & men-
ſtruate:qr lancea fecit ĩ eo patulá apturá.Hác aquá
opportet me afferre: qr me opportet pro te aĩam
meam ponere.Nemo.n.tollit aĩam meá a meip̄o:
ſed ego uolũtarie ad mortẽ me offero: & tibi laua
crum uite mee expono.Ex quo ita eſt domine af-
fers aquam tu ſaltem lauabo me manibus meis:ut
non te opporteat amplius laborare. Nequaq̃ ita ẽ:
ait dominus.Manus tue ſanguine plene ſuut: no-
runt inficere:non lauare.Si non lauero te non ha-
bebis partem mecum . Ego enim ſum qui deleo
iniquitates tuas propter me. Sic ergo dicamus cũ
Petro.Domine non tantum pedes: ſed & manus
& caput &c. Quod uere ĩ nobis ẽ neceſſe:qr a plá-
ta pedis uſq; ad uerticẽ capitis nõ ẽ ĩ nobis ſanitas.
Admirare tamen aĩa mea & obſtupeſce cum Petro

UVA. BHSC. IyR_070

dei filium talibus tuis obſequiis occupatum & dic ei. Domine tu mihi lauas pedes. Vbi dicit Augu. Quis es tu: quidem mihi cogitanda ſunt potius hec q̄ dicenda: ne forte qđ ex his uerbis aliq̄tenus quidē digne & concipit anima nō explicet lingua. Quātus enī ſtupor mentē Petri inuaſit: qn̄ pedibus ſuis uiliſſimi piſcatoris filiū dei īclinatum uidit ad miniſteriū locationis uere: ſicut ſupra dicit Augu. cū liq̄factione cordis cogitandū eſt non effandū.

Refert tamen de eo clemēs in itinerario: ꝙ cum beatus Petrus quaſi continue fleret ex memoria dulciſſimi ieſu interrogatus ab eo cur tantū fleret. Reſpōdit: qn̄ recordor hūilitatis & pietatis dn̄i nr̄i ieſu xp̄i ꝙ ad pedeſ meoſ fuerit inclinatuſ lauādos: lachrymas cōtinere nō poſſum: ab hac admiratiōe hūilitatis ieſu ille impius ꝓditor alienus fuit. Cui ſicut credit Criſo. & ego credo cū ipſo. Primo xp̄s pedes lauit: qđ notat ipſe ex euāgelio cū dicit. Cepit lauare deīn uēit ad Petrū. Ex quo ſicut dic̄ theophilus cōcordās cū Chriſoſto. patet qr nō ꝑmitus lauit Petrum ex ceteris uero diſcipulis nullus attēptaſſet ante Petrū lauari. Ipſe uero ſolus ꝓditor nec horruit filiū dei hūiliari: nec ꝓhibuit ſe lauari. O impietas crudelis diſcipuli q nec hūilitate obſequii: nec oblatione corpis chriſti a cōcepta malitia potuit uocari. Ceteri uero apoſtoli ex correctione Petro facta per xp̄m nō fuerūt amplius auſi ꝓhibere. Credendū eſt enī ſicut dicit Criſoſto. ꝙ ſolū ꝓditorē ante Petrū lauit: ut in ip̄o conſumaretꝰ charitatis indicium. Si enī aliquē de aliis lauiſſet utiq; dixiſſet ex reuerētia ieſu quod Petrus dixiſſe refertur. Quia uero tantū honorē uidit ieſus in mēte Petri de ꝓfunda humiliatione: qđ nō fuiſſet ei perſuaſū āmonitione cōi. Ideo illā cōminationē intulit quā ſolus Petrus & nō alius formidabat. Si non lauero inquit te: non hēbis partē mecū: ꝑpter quod hanc non ſuſtinēs Petrus iacturā totū ſe ſubdit ſaluatori. Attēde aūt ꝙ qn̄ Petrus ſtupuit & dixit. Dn̄e tu mihi lauas pedes: xp̄s r̄ndit. Quod ego facio tu neſcis modo: ſcies autē poſtea. q. d. admirationem mee hūilitatis non tibi minuo: ſed augeo: & dico ꝙ tu nūc non ſufficis admirari: & non ſolum non cognoſcis myſteriū locationis: ſed nec ſufficienter eſtimare potes dignitatē lauātis. Scies autē poſtea ut amplius admireris tā in receptōe ſpūs ſancti: q̄ in plena uiſione dei. Notandū aūt ꝙ in hiſtoria huius euāgelii xp̄s ſeptē exempla dedit diſcipulis ſuis: uidelicet:

Cōſideratiue mortalitatis ſciens inquit qr uēit eius hora: ut tranſeat de hoc mundo &c.
Conſumatio charitatis. ſ. in finē dilexit eos
Contemnēde ꝓſpitatis. ſ. ponit ueſtimenta ſua
Conſeruāde caſtitatis: & cū accepiſſet lintheum
Deſiderāde ſocietatis. Si nō lauero te nō hēbis &c.
Exercēde hūilitatis. Cepit la. pe. diſcipulorꝫ ſuorꝫ
Amplectēde benignitatis: quia Iudam tolleranit: reuocauit q̄tum in ſe fuit & cōicauit ꝑpter hec ſeptem exēpla dicit in fine euāgelii. Exemplū dedi uobis: Vnde ipſe benedictus ieſus cū ſeptē exēplis p̄dictis uideꝛ figuratus fuiſſe. Zacha. iiii. Vidi & ecce candelabrum aureū totū & lampas eius ſup caput ipſius: & ſeptē lucerne eius ſuper illud. Candelabrū iſtud eſt xp̄s ieſus qui eſt totus aureus. i. charitate flāmeus in myſterio huius ſanctiſſime cene. Septē lucerne ſunt ſeptem exempla predicta q̄ lucent uolentibus imitari: quando magiſter & dn̄s ſic uoluit ſubiectus ſeruire hūiliter & deuote: ut merito dictum ſit. Ieſus ſubiectis ſeruiens.

## Ieſus panis ſacratus Cap.v.

Inter omnia chriſti opera memoriale ſue feruide charitatis & admirabilis poteſtatiſ & liberalitatis diffuſiue fuit inſtitutio iſtius uenerabilis ſacramenti: qua non ſolum ſeipſum dedit in cibum apoſtolis: ſed etiam inſtituit & poteſtatem dedit uiris ſacerdotibus apoſtolorum ſucceſſoribus: ut hoc ſacramentum conficerent: & in eternū dum durabit eccleſia peregrina iſtud haberent uerum ſacrificium cibum & uiaticum & memoriale digniſſimum ſue ſacratiſſime mortis: qđ quidem propter ſui ſummam excellentiam fuit figuratum iuſtorum antiquorum actibus uirtuoſis ſicut Abel: Melchiſedech: Abraam oblationibus fuit premonſtratum ſacrificiorum legalium ſymbolis copioſis ut agni paſcalis & aliorum que offerebantur in lege. Fuit reſeratum ſignorum diuinorum frequentiis amoroſis: ut manna quo nutriti ſunt filii iſrael in deſerto: & aqua que fluit de petra & melle quo illuminati ſunt occuli Ionathe: p̄mo Re. xiiii. & ſimilibus fuit prenunciatum uirorum illuminatorum uaticiniis glorioſis: ut Eſaie. Eſa. lv. c. Omneſ ſitientes uenite ad aquas. Et Hieremie de torta panis que ſatiauit eum in ueſtibulo carceris. Et Hiere. xxxvii. Et multis ſiꝉibus Dauid etiam uno uerbo excellentiam huius ſacramēti mirabiliter comprehendit cum dicit. Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſereator dn̄s eſcam dedit timētibus ſe. p̄s. cx. Vbi oſtēdit ſacr̄m ueneratione magnificum rōne ſui auctoris: in quo cōcurrit iſtarꝫ propꝛietatū unitas ſiue collectio: cum dicitꝰ. Miſericors & miſerator dn̄s: quaſi peteti quis ſit auctor huius ſacr̄i. Reſpondit Dauid. Miſercors & miſerator dominus. i. ille in quo ſunt ille due ꝓꝑetates. ſ. miſeratio & dn̄atio uniuntꝰ. Nam ut eſſet deus huius ſacr̄i auctor opportuit ꝙ moueretꝰ pietate: & exequeretꝰ potāte. Iuxta dictum Dauid alibi Miſerator & miſericors dn̄s longanimis & multū miſericors. p̄s. cii. Et ideo auctor huius ſacr̄i merito dr̄ miſericors & miſerator dn̄s. Oñditꝰ etiā hoc ſacramētū admiratōe p̄cipuū rōe ſui ualoris. Et hoc oñdit nōiatōis mirabilitas qr nō ſolū dr̄ mirabile: ſed q̄ſi mēoria oīum mirabiliū. Hec ē. n. mēoria infinitiſſime ptātis: ī tā ſupnali cōuerſiōe iueſtigabilis ſapie: dū ſic ſciuit ſe uti ꝑr & decēter ī cibū & uiaticū & ſacrificiū & īdiuiſibile cōſortiū mōis mirabilibuſ exibeꝛ. Hec ē mēoria ſuauiſſīe bōitatis: dū oēs

UVA. BHSC. IyR_070

uī amoris ſic in unum comprehendens uoluit ſe
nobis ſic ineffabiliter exhibere:& nos ſibi unire &
incorporare.Et hoc fuit decens fieri inſtante paſſi-
onis hora:ut ꝑus nos in ip̄m cōuerſi ſecum patia-
mur & moriamur cū illo:& ipſe in nobis: & ꝓ no-
bis ſoluat redēptoris ꝑciū:& nos deo ī ſeip̄o cōfor
met.O uere admirabiliſſimū ſacramentū & oī ſua
uitate pleniſſimū:ut merito idē Dauid alibi canat.
Memoriā abundantie ſuauitatis tue eructabūt. p̄s
cxliiii. Eſt etiā delectatione ſiue dilectiōe digniſ
ſimū rōne ſui dulcoris:qđ oſ̄dit cibi nutrientis ꝓ
ꝑetas:cū dr̄ Eſcam dedit.Nā hec memoria omniū
mirabiliū eſt ordinata:ut ſit noſtre mētis cibatiua:
& in deū trāſformatiua.Et ideo hoc ſacr̄m eſce no
mine appellat̄.Nutrit aūt cibus rōne dulcedis.Vn
de nec hoc ſacramentū uegetat niſi ſapiat ex chari
tate dulcorē.Hec autē eſca ꝓpōita eſt oī carni deuo
te uolēti accedere plēa fide:ut uerificet̄ qđ dic Da-
uid.p̄s.cxxxv.Qui dat eſcā oī carni confitemi deo
celi. Eſt etiā hoc ſacr̄m timoratōe potiſſimū rōe
ſui nitoris:& hoc oſ̄dit ſubiecti recipiētis puritas:
q̄ in timore ſignificat̄:cū dicit. Timentibus ſe.Ti
mor enī dn̄i expellit peccatū:& qui ſine timore eſt
non poterit iuſtificari. Multū aūt debet purificari
ille q debet uas fieri illius q candor eſt lucis eterne
& ſpeculū ſine macula &c. Ad iſta ergo quattu-
or.ſ.ad conditionē auctoris & miniſtri.Ad cōſide-
rationē ualoris & miraculi:ad cōmendationem nu
trimenti & cibi & ſuſcepti beneficii.ad timoratio-
nem & purgationē ſubiecti:quod recipe debet in
tendo tibi reducere q̄ ſum de hoc ſacro dicturus.
De auctore ergo ſcias ꝙ auctor ē ip̄e deus qui ē in
finite potētie:quā oſtēdit multipl̄r in hoc ſacramē
to.Vnde benedictus ih̄s oſtēdit ſe excelētiſſime eē
illū qui naturā cōdidit:qr etiā ſic potētiſſime imu
tauit:& in ſeip̄m cōuertit. Et qr iſta excellētia potē
tie deſcribet̄ iferius cū aget̄ de mirabilibus hic cō
tētis.ideo cōſideremus hic infinitiſſimā bonitatē
inſtituētis ſacramentū:in quo ſe fecit nr̄m ſacerdo
tem:hoſtiā:& ſacrificiū.xp̄s enī fuit uerīſſime ſacer
dos noſter.Officiū enī ſacerdotis eſt eſſe mediato
rem iter deum & populū:inq̄tū.ſ. diuina populo
tradit:& inq̄tū ꝑces populi deo offert: & ꝓ illorū
peccatis deo aliq̄l̄r ſatiſfacit:hec aūt ꝓpiſſime cōue
niunt xp̄o.Nā per ip̄m dona hōibus ſunt collata:
ſecūdū illud ſecūde Pe.p̄mo: per quē.ſ.xp̄m maxi
ma & ꝑcioſa nobis ꝓmiſſa donauit:ut per hoc effi
ciamur diuine cōſortes nature.Ipſe.n.hūanum ge
nus deo recōciliauit:ſecūdū illud Col̄.i. In xp̄o cō
placuit omnē plenitudinē inh̄itare:& per eū recon
ciliare oīa.Nō ſolū autē ip̄e eſt ſacerdos: ſed etiam
hoſtia ſecundū illud Ephe.v. Chriſtus dilexit nos
& tradidit ſemetip̄m ꝓ nobis oblationē & hoſtiā
deo in odorē ſuauitatis. Debes aūt ſcire ꝙ ieſus
fuit nobis hoſtia oī mō.In antiqua lege offerebat̄
hoſtia ꝓpter tria.ſ.p̄mo ꝓ peccato:ūde ad Hebre.
.v.dicit apoſto.ꝙ ſacerdos ꝓ hōibus conſtituit̄:ut
offerat dona & ſacrificia ꝓ peccatis.Secundo ut ho
mo in ſtatu gratie cōſeruet̄ ſemper dn̄o inherens:
in quo eius pax & ſalus conſiſtit.Et q̄tū ad hoc eſt
hoſtia pacificoꝝ pro ſalute offerentium.De qua ha
betur Leuit.iii.Tertio etiam ad hoc ut homo perfe
cte deo uniatur & totaliter abſorbeatur in deū:qđ
maxime erit in gloria:& hoc ſignificat holocauſtū
quaſi totū incenſum:de quo habetur Leuit. p̄mo.
Iſta tria xp̄s in nobis effecit per ſuū ſacerdotium
offerens ſemetip̄m pro nobis.Nam p̄mo nr̄a pec
cata delecta ſunt per ipſum:ſecūdū illud ad Roma.
.iiii.Traditus eſt ꝓpter delicta noſtra.Secundo per
ipſum gratiam ſalutis accepimus:ſecundū illud ad
Hebre.v.Factus eſt oībus obtemꝑantibus ſibi cau
ſa ſalutis eterne. Tertio per ip̄m conſumationē &
ꝑfectionē gratie & glorie adepti ſumus:ſecundum
illud ad Hebre.x.Habemus fidutiam ꝑ ſanguinē
eius in introitu ſanctoꝝ.Nam xp̄s eſt ſimul hoſtia
ꝓ peccato & pacificoꝝ holocauſtum.Et qr ſicut di
cit Augu.x.de trinitate.Omne ſacrificium uiſibile
inuiſibilis ſacrificii eſt ſacramentum:ideſt ſacrum ſi
gnum.Ideo expoſitio qua chriſtus ſic ineffabiliter
ſe expoſuit exterius in hoſtiam & ſacrificium tam ī
iſto benedicto ſacramento q̄ in crucis patibulo eſt
ſignum illius ineffabilis expoſitionis & ſacrificatō
nis:qua ſpiritum ſuum immolat iugiter in templo
latiſſimo cordis ſui.In quo latiſſimo tēplo ſeipſum
obtulit continue a ſue conceptionis initio uſque ī
horam mortis omni menti create modis ineffabi-
libus.Et ideo tota uita eius fuit una ſolenniſſima
miſſa:in qua ipſe ieſus eſt templum & altare: ſacer
dos & hoſtia deus acceptans ſacrificium.Ipſe idem
offerens ſeip̄m ſecundū aſſumptam naturam ipſe
idem conuertens nos peccatores in ſemetip̄m:qđ
ſignificat conuerſio huius ſacramenti:ut ſit ipſe ēt
illi pro quibus offertur. Que miſſa tanta ſolenni-
tate cantat̄ ab omnibus potentiis mētis xp̄i & ab
omnibus ꝑcordiis charitatis eius:ut in ipſa uirtu-
te accipiat oē ſacrificiū noſtrū.Iſtud ergo ſacratiſſi-
mū templū nitatur ſacerdos intrare:qn̄ uult ſacrifi
cium offerre:& iſti magno ſacerdoti ieſu ſe coniun
gat:& ſue ardentiſſime charitati:quia in eius chari-
tate & oblatione oīs nr̄a charitas & oblatio conſe
cratur.Maior autem ſi ſic ingrediens poterit eſſe tā
ta frigiditate gelidus:ꝙ non ſtatim reſoluatur to-
tus:& inflammetur ab ardore fornacis ieſu:que to
ta ardet ſpiritus ſancti igne. Quod autē ieſus oīa
iſta fuerit dicit Augu.iiii.de trinitate ſic inquiens.
Quoniam quattuor conſideranda ſunt in omni
ſacrificio:cui offert̄:a quo offertur:quid offeratur:
pro quibus offeratur.Idem ipſe unus uerusq; me-
diator per ſacrificium pacis nos reconcilians deo
unum cum illo manens cui offeratur: unum in ſe
faciens pro quibus offerebat:unus ipſe eſſet qui of
ferebat:& quod offerebat.Huius itaq; oblationis
ſic ip̄e Aug. ait.x.de ci.dei. Nr̄m ſacrificiū & ſacr̄m
ait enī ſit ſacerdos ipſe xp̄s offerens ipſe & oblatio:
cuius rei quottidianū ſacr̄m eē uoluit eccl̄ie ſacri-
ficium.Et ſicut ip̄e ſe obtulit in uia per ineffabiles

UVA. BHSC. IyR_070

dolores & ſupplicationes pro nobis.Sic continuē
nunc ſe offert deo patri:nō dolore: ſed amore ſem
per uiuēs.Sicut dicit Apoſto.ad Hebre.vii.ad inter
pellandū ꝓ nobis.Et qr ſacrificiū ſuum habet effe
ctū eternum.ſ.glorificationem interminabilē electo
rum:habet ip̄m etiā ſacerdotē eternū.ſ.ip̄m deum
in aſſumpta natura.Ideo uere dr̄ chriſto. Tu es ſa-
cerdos in eternū:& merito ſecundū ordinē melchi
ſedech.Nō ſolū qr eaſdē ſpēs obtulit panē & uinū
ſed etiā quia in ſcriptura : ſicut dicit Apoſto ad He
bre.vii.Ipſe deſcribitur ſine pr̄e & ſine mr̄e & ſine
genealogia:neq; initium dieꝝ:neq; finem uite ha
bens.non qr nō hūit:ſed qr de hoc ip̄o ī figurā ta-
cuit aſſimillatus ſicut idē dicit filio dei q̄ eſt in ter-
ris ſine pr̄e:& ī celo ſine matre:& ſine genealogia:
qui ex charitate nimia noſter ſacerdos dignatus eſt
fieri.Et qr ip̄e xp̄s fuit totus ſanctitas:ſicut dr̄ Lu-
ce p̄mo ad uirginē.Quod naſcetur ex te ſanctum.
Ideo miniſter huius ſacri q̄ tenet uicē xp̄i debet eē
totus ſanctificatus. Vnde & nullus pōt eſſe mini-
ſter:niſi p ep̄m tanq̄ p alteꝝ xp̄m ſit cōſecratus in
ſacerdotē . Et oīa que circa iſtud ſacramentū ſunt
debent eſſe ſaucta & conſecrata:eccl'ia:altare: para-
mēta:calix:corpale:ut oīa ſacerdoti modo ſtupen-
do dament & ingerāt ſanctitatē: ꝓpter quod etiā
ipſe ſacerdos cōficiēs in pſona chriſti loquit̄:cuiuſ
charitati debet eſſe per oīa unitus:ut hoc intendat
ſaltē in generali ꝙ xp̄s intēdebat.Et qr xp̄s in ſuo
ineſtimabili actu & habitu fuit coniūctus oībus:q̄
unq̄ conficiēt & ſumēt iſtud ſacramentū : ideo tā
in cōfectiōe q̄ in ſumptione debet ſacerdos ſe xp̄i
charitati unire:ut q̄tum deus donat ſeip̄m ſentiat
xp̄m conficientē:& xp̄m ſumentē:& charitatē ſuā
dilatet ad offerendū ſacrificiū ꝓ oībus:uel ꝓ qbus
xp̄s ſeip̄m itēdebat offerre.Sentiat ergo iſte ſacer
dos pticipatiue & diuino munere aliquid in ſe re-
cipe de eo qđ dictū eſt ſupra de ſacri auctore: q uo
catur miſericors & miſerator dn̄s:ut moueat̄ pie-
tate:charitate: & cōpaſſiua memoria mortis ieſu:
ad conficiendū & celebrandū iſtud memoriale do
minice paſſionis.Moueat̄ etiā pietate & miſercor
dia ad ſalutē populi īpetrandā & ꝓcurandā & offe
rendā deo pr̄i dilectiſſimū filiū ſuū oblationem &
hoſtiā in ſacrificiū recōciliatōis oīum peccatoꝝ:&
ſic erit miſericors & miſerator . Exequat̄ aūt po
teſtate collati ordīs:quo uere dn̄s myſterii:& nitat̄
ut poſſ t cōficere ſe ſentire dn̄m ſuoꝝ fantaſmatū:
quo p gr̄e donū ſentiat ſe ſupferri oībus diſtractō
nibuſ mādatoꝝ:& uni ſoli deo adherere:cui debet
eſſe p populo mediator: qđ ut poſſit facere ſemp
portet an̄ oculos mētis ſue documentū ſapiētis in
ꝓuerbiis.Si ſteteris ſedere ad menſam potētis dili
genter attende q̄ apponunt :ſciēs qm̄ opportet te
talia p̄parare.Menſa potētis ē ſacrū altare quod eſt
mēſa xp̄i potētis ſacramentū iſtud potēter efficien
tis.Diligēter ergo attēdere debes nō ſolū que.ſ.
xp̄m:ſed qual'r.ſ.quo charitatis ardore:quo paſſio
nis dolore:qua tua neceſſitate:qua ꝯſequēti uti
litate:qua dei acceptatione: quo xp̄i doloroſo cla-
more:q̄ta ſanguis effuſiōe:quo ēt tp̄e:qr ī ſue uite
fine:& ſua ſacratiſſima morte : ut & tu cōmoriaris
cū illo:& trāſeas a temetip̄o: & hoc eſt p̄parare ta-
lia &ſi nō eq̄lia.Attēde aūt q̄ ip̄iſſimū ſacrilegium
ſit circa celebrationē iſtius ſacri attēdere peccuie q̄-
ſtum:uel quodcūq; tpale cōmodū:quod ex hoc li
q̄do pōt patere:qr dixi ꝙ ſacerdos debet coniungi
xp̄i gratuite charitati:qr ſicut patet ſolā intēdebat
electoꝝ ſalutē.Ve illis impiis ſacerdotibus q̄ a cha
ritate diſticti:& cupiditati ſacrilege ꝓditoris inde
coniūcti de ſacro dn̄ici corpis tāto illo ꝓditore ne
gotiant̄ ſceleſtius q̄to ſepe ꝓ minori p̄cio ſicut ꝓ
tribus denariis negotiant̄ impie de xpo regnante
in celis:q̄ ille qui pro.xxx.uēdidit peregrinū in ter
ris. Sceleſtius etiā illo uendūt:qr ille nō credebat
deū quē uēdidit ſed hoīem.Vnde & ipſe dixit.Pec
caui tradēs ſanguinē iuſtū.Iſti ergo impii uelīt no
lint ſciūt eſſe deum quem uēdunt:qui iam morte
deuicta ſubiugauit ſibi terminos orbis terre : nec
cauſentur hii ſcelerati ꝙ ille uendidit chriſtum ad
mortem:quia ſceleratius iſti terunt dentibus chri-
ſtum in ſepulchrum ſpurcitie uentris ſui: & anime
ſue ſcelerate chriſtum traiciunt& includunt:quod
multo chriſto eſt horribilius ſepulchrum : q̄ illud
nouum ſepulchrum ioſep iuſti quod in ſyndone
mundo cōditum aromatibus claudebatur.Quod
& apoſtolus notat ad Hebre.vi.de impiis ſceleratiſ
.d.Rurſum crucifigenteſ ſibimetipſis filium dei &
oſtentui habentes. Hec pro ſacerdotum malitia
uitanda dicta ſint : ut diſcat qui hoc legit ꝙ nil tē-
porale debet in hoc ſacrificio intendere:qui uult ſi
ne ſacrilegio celebrare.Licet autē ſic debeat & poſ-
ſit aggrauari malitia ſacerdotum propter contu-
meliam quam faciunt ſacramento:non eſt tamen
propter hoc temere aſſerendum ꝙ peccatum eorū
ſit ſimpliciter maius peccato Iude tradentis chriſtū
uel iudeorum crucifigentium : quia non ex tanta
malitia cōmuniter procedit: licet quo ad aliquam
circunſtantiam:quia ſi plenius cognoſcunt chriſtū
iſti q̄ illi:& pro minori dant pretio:ſepe poſſent ā-
plius aggrauari.Sic autem docet nos chriſtus ag-
grauare peccata quantum ad illum reſpectū ī quo
excedunt:licet non ſint ſimpliciter grauiora: quan
do comparat peccata ſodomorum niniuitarum &
ſimilium:quos ſcilicet excedebant in crudelitate:li
cet gentes ille facerent plura mala. Docet enim
nos uituperare peccata ad ingerendam confuſio-
nem peccatoribus in illa circunſtantia: in qua uidē
tur aliqua peccata excedere:licet ſepe in multis ma
ioribus excedatur.

De magnis mirabilibus que fiunt in hoc bene
dicto ſacramento.

Secundo debes uidere quō hoc benedictum ſa
cramentum mirabilium eſt memoria. Eſt autem
memoria
Mirabilis operationis
Mirabilis ſui expreſſionis

UVA. BHSC. IyR_070

Mirabilis paſſionis

Mirabilis opationis inq̄:qr in hoc ſacro eſt tanta multitudo mirabiliū ut ſupet intellectū uiatoris & ſenſum cōprehēſoris. Vnde hic uere deus ē abſcōditus:qr omni ſenſu uelatus ſola fide credit̄:ut uere poſſit dici cū Eſaia. Vere tu es deus abſconditus. Eſaie.xlv. Vnde ibi abſcōdita eſt fortitudo eius:dū īnumera mirabilia fiūt in hora cōſecratōis q̄ latent in abſcōdito ſacramēto. Ad pn̄s aūt conſideremus tria mirabilia :ad que poſſunt alia reduci:uidelicet:

Virtus operatiua

Virtus cibatiua

Species cōtentiua.

Primo qdē ex pte uirtutis opatiue conſidera ꝙ in hoc ſacro cōcurrūt ſimul uirtus uerbi creati & increati:huius ut ꝓferētis:illius ut aſſiſtētis: huius inuocantis:illius opantis. Vnde xp̄s ex hūilitate ꝓmeruit:ex deitate ꝑfecit:ex hūanitate formā ꝑtulit:& ex diuinitate cōuerſionē plenā fecit. Cōcurrunt etiā ſucceſſiua ꝓlatio & inſtātanea imutatio: cum corporalis oratio forme ſit enūciatiua & opatiua:& tn̄ ſucceſſiua ē enūciatio & inſtātanea operatio:qr uirtus infinita dei ſine tpe traſſubſtatione panis & uini fac̄ i iſtāti i ueꝝ corpus & ſanguinē xp̄i ꝑ ꝓlationē forme ſacri q̄ ſucceſſiue ꝓfert̄ ꝑ os miſtri cū itentōe animi. Vn̄ finis dicti per opus dei ē cōplemētū facti:Mirabilia ſunt hec:ut merito poſſit intellectus dicere manu qd ē hoc:hec ſunt illa abſcondita de quibus dicit Eſaias xlv. Dabo tibi theſauros abſcōditos & archana ſecretoꝝ: ut ſcias qr ego ſum dn̄s. In hoc enim ſacro ꝑ hanc infinitā opationē theſauri gratie abſcōditi cōferunt̄: & archana ſecretoꝝ fidei eccleſie ꝓponunt̄: ut ſciat intellectus fidelis credēdo ueraciter:qr ipē ē dn̄s:qui qm̄ oīpotētiſſimus potuit:qr clemētiſſimus uoluit:qr ueraciſſimus & ſapiētiſſimus facit ſigna & mirabilia in hoc ſacro quoꝝ nō ē numerus. Dixit.n. Hoc eſt corpus meū. Et ideo ſancta eccleſia ꝓfitet̄ in xp̄o infallibilē ueritatē:qr ſic dixit:& inſupabilē poteſtatē qua potuit. In qbus cōcludit ſacri irrefragabilē ueritatē ꝙ ita ſit. Oia eni q̄cūq; uoluit dn̄s fecit in celo & i terra:& i mari & in oibus abyſſis.

Secūdo cōſidera mirabilia ex pte uirtutis cibatiue. Chriſtus enim eſt cibus

Indigne ſumentē ꝓbans & reprobans

Digne ſumentem ꝓbans & approbans

Cibatum ſibi incorporans

Poſt cibationem integre perſeuerans

Seipſum conſecrans:&

Ex ſe ipſo ſeipſum cibans

Vides q̄ta ſunt mirabilia:de quibus oībus ſcriptura teſtat̄. Vere mirabilia tua dn̄e:ideo ſcrutata ē aīa mea in tue fidei luie: nō i meo acuīe: qa declaratio ſermonū tuoꝝ illuiat:& intellectū dat puulis. Os meū apui & attraxi ſp̄m:qr iſte ſolus eſt q ſcrutat̄ etiā ꝓfunda dei:al̄r ꝑſcutator maieſtatis a gl̄ia opprimet̄. Tertio ſi cōſideret̄ ſpēs contētiua occurrit triparia cōſideratio mirabiliū: ſcilicet

Quidditas tranſitiua

Quantitas dimenſiua

Qualitas obiectiua.

Quidditas eni ſubſtātie pāis & uini trāſit in ſubſtantiā corpis & ſanguis xp̄i. In quo tranſitu ſunt mirabilia mirabiliſſima. Nihil.n. ſubſtātie reliquit̄: ſed totū cōuertit̄:nihil ſubſternit̄:nihil de nouo efficit̄. Solū.n. trāſit aliqd in aliqd:& tn̄ ſine anihilatione. Nō.n. ē anihilata ſubſtātia panis & uini: ſed uere in xp̄i corpus & ſanguinē cōuerſa:nō tn̄ cōfecit xp̄i corpus de nouo. Ibi.n. ꝑ cōuerſionē alicuiuſ in ip̄m:& ibi ꝑus nō erat. Nihil ibi ſubſternit̄:quia trāſit totū in totū:nullū hn̄s ſubiectū. Quātitas ē dimēſiua ſpēꝝ ſine ſubiecto ſupra naturā ſubſiſtit: ſub qua ſacral̄r cōtinet̄ xp̄s in ſe dimenſionatus a ſpēbus nō dimēſiue cōtentus in ſe cōmenſuratus: nō tn̄ cōmenſuratiue cōtentus ſignatus: qr ſic ipē eſt i altari ubi conſecrat̄ ꝙ nō eſt i alio loco ubi nō cōſecrat̄: nō tn̄ diffinitiue:qr ſic ē hic ꝙ nō eodem mō alibi pn̄t eſſe. Eſt ibi pōitionē hn̄s i ſe:nō tam̄ poſitiue ſub ſpēbus. Eſt.n. totus i tota ſpē uiſibili: totus in q̄libet pte ſignabili: totus in q̄libet parte ptibili. Qualitas etiā ſpēꝝ ſenſibiliū teriat uiſum: alterat guſtū:excitat odoratū:imutat tactū. Nullus n. iſtoꝝ quattuor ſenſuū diſcernit iſtū ſp̄ualē cibū. Solus fidelis auditus iudicat uerū dū audit aſſentit & credit. Hoc ē corpus meū. Fides enim ex auditu Roma.x. Auditui ergo meo dabis gaudiū & letidam bone ih̄u:dū audio me poſſe fieri te ip̄m. Hoc .n. tu intēdis i p̄ma cōuerſione: nō.n. erat tibi cure panē i te cōuertere:niſi ut ꝑ hoc itelligeret xp̄ianuſ ſe & debere & poſſe ꝑ tuā infinitā uirtutē in te per gratiā total̄r trāſire. Ip̄a.n. accn̄ia ꝑ diuinā uirtutē accipiūt talē modū eēndi & opādi ꝙ ex illis accn̄tibus & circa illa accn̄tia pn̄t oia fieri: q̄ p̄mo poterāt:qn̄ erāt in ſubſtātia pāis & uini: durātibus tam̄ illis accn̄tibus tādiu exiſtit ueꝝ corpus xp̄i:q̄ diu n̄ ē facta tal̄ mutatio:ex q̄ ſeq̄ret̄ corruptio ſubſtātie pāis & uini:uel uariatio ſignificati īdiuidui: hoc dico qr īdiuiduū ſigificatū ꝑ hoc ꝓnom̄ hoc cōuerti demōſtrat̄:& ideo qn̄ deſineret eē hoc ſicut uinū ꝑ mixturā alterius liquoris ſiue:eiuſdē:ita ꝙ uariaret totā ſupficiē:ꝙ nō eſſet poſtea hec ſupficies:ſed alia de nouo facta ex mixtura:tūc deſineret ibi eſſe ſanguis:& hoc ſi eēt tota cōmixta. Attēde aūt ꝙ corpus xp̄i i ſacro nō compat̄ ſecūdū ꝓpas dimēſiōes ad ſpēs ſacrales:nec ad corpa q̄ circūſtāt. Ideo q̄tū ad talē modū eſſendi nō dr̄ ꝓpe agere & pati. Poſuit.n. ſe ibi bn̄dictus ih̄s mō ipaſſibili:licet poſuit ſe ibi paſſibilem:ſicut in cena paſſibilis erat. Et ideo illa que notāt paſſionem ab extrinſeco inferri in actu non conceduntur. Sicut non conceditur ꝙ ibi ieſus capiatur:ligetur:percutiatur:uulneretur:& alia huiuſmodi. Illa uero que important actiones & paſſiones ut ſtans & intra corpus chriſti exiſtentes conceduntur:quia uera ſunt. Vnde ſi fuiſſet cōſumatum ſacramentum in paraſceue:uere dici potuiſſet ꝙ ubi fuiſſet corpus chriſti captum: ligatū:

UVA. BHSC. IyR_070

percuſſum:uulneratum:& mortuum. uere etiam
potuiſſet dici ꝙ ibi moriebatur: quia mors eſt itra
per diuiſionem principiorum. Et breuiter omnia
que fiunt in chriſti corpore ubicunqꝫ eſt locatum:
uere ſunt in eo ſub ſacramento: quia xp̄s & idem
corpus eius eſt utrobiqꝫ:licet ibi non fiant prout ē
ibi:quia omnis actio & paſſio in corpotibus eſt ra
tione contactus. Non eſt autem ſub ſacramento
tangibilis niſi mediantibus ſpeciebus. In his er
go abſconditis mirabilius fideliter & firmiter cre-
ditis captiuatur intellectus fidelis contra debilita-
tem ſui naturalis luminis credens ſupernaturale lu
men fidei:aſſentiens uerbo chriſti. Hoc eſt ſacram̄
tum abſconditum a ſeculis in deo:qui omnia crea
uit. Sicut dicitur Ephe.iii.quaſi dicat Eadem po-
tentia qua de nihilo creauit hoc totum:in totū ab
ſcondēte conuertit:& ſacramentaliter conſecrauit.
Hoc abſcondit deus a ſapientibus & prudētibus:
& reuelat paruulis ieſu chriſti:qui cum Apoſtolo
dicere poſſunt. Nos autem ſpiritum chriſti habe-
mus:& in hoc mirabiliter ipſe ſapiens ieſus ſtultā
fecit & fatuam oſtendit ſapientiam huius mundi:
qui dei potentie ponunt terminos ſecundum ar-
tationem cecitatis ſue. Non tamen eſt contra uerā
ſapientiam & illuminatam etiam rectitudinis na-
ture:ſed ſupra enim ualde conueniens eſt dicere ꝙ
deus de ſua creatura poſſit facere quicquid uult: &
eam ſicut plene dominus uoluerit immutare:& ef
fectus ſecundarum cauſaum ſine ipſis ſecundis cau
ſis & facere & conſeruare:& ea que poteſt animus
diſtinguere: ut diſtncta etiam ipſe poſſit diſtingue
re & ſeparaꝛ:& unum immutare & conuertere alio
non mutato:& conſeruare illi eidem eſſe quod pri
us habuit per ſeipſum:& quencunqꝫ effectum uo-
luerit tradere illi quod conſeruat in eſſe primo. Si-
cut ſi uere facit in ſacramento: dum accidens facit
eſſe ſine ſubiecto. Sicut primo erat in ſubiecto: dū
eidem accidenti confert actiones & paſſiones:quaſ
prius habebat ſubiectum: ut poſſit ex eo generari
quicquid poterat ex ſubiecto poſſe corrumpi & pa
ti eo modo quo poterat ipſum ſubiectum. Et ideo
licet multi multa dicant circa ea que generantur ex
illis ſpeciebus circa quod ſubſtantia pāis redit qđ
non credo:immo puto ꝙ ſit hereticum ꝙ illa ſub-
ſtantia que conuerſa eſt in corpus redeat: ut ſit ma
teria uermis:uel cibus muris:uel etiam ꝙ de nouo
creetur materia ſub illis ſpeciebus: ſub qua fiat talꝭ
generatio:licet hoc poſſet ſuſtineri. Videtur tamen
mihi magis honorabile diuino operi:ꝙ dicatur ꝙ
nullum aliud miraculum ibi fiat:niſi illa que ī trāſ
ſubſtanciatione fiunt. Vt tunc per illud miraculum
quod habet in ſe rationem multorum miraculorū
detur tale eſſe accidentibus:& talis uirtus aſſiſtente
ſemper diuina potentia:ut ex illis fieri poſſit: ſicut
dictum eſt quicquid poterat ante conuerſionē de
toto compoſito ex ſubiecto & accidente:quāto.n.
diuinum opus eſt efficatius ad plura:tanto uidetur
honorabilius eſſe factum. Et ideo uideꝛ ꝙ magis
honoretur iſtud ſacramentum quando in uno pri
mo miraculo continētur tot mirabilia:q̄ ſi dicatur
ꝙ poſt illud miraculum fiant alia & alia miracula:
licet nihil depereat ueritati ſacramenti:dū uere dica
tur ꝙ ſubſtantia panis & uini ſit conuerſa in uerū
corpus:& ſanguinem xp̄i:quod tādiu ibi eſt q̄ diu
illa accidentia durant. Attende autem ꝙ dicere
xp̄m eſſe in altari ſacramentaliter eſt dicere ip̄m ibi
eſſe uere & cum hoc ſignificatiue. Non enim ē ue-
rius in celo q̄ ibi. Et ideo hoc quod eſt ſacraľr non
dicit diminutionem ueritatis exiſtētie:ſed dicit no
uum modū eſſendi:quod ibi eſt:non per modum
corporis cōmenſuratiue & configuratiue ſp̄ebus:
ſed ibi eſt eo modo quem ipſe ſolus nouit: & quē
per deiformitatem glorie comp̄henſoribus mani
feſtat. Hoc ergo quod eſt ſacramētaľr ultra hoc ꝙ
dicit modū eſſendi nobis inexp̄ſſibilem dicit chri-
ſtum ibi eſſe ſignificatiue. Significat enim perfectā
conuerſionem noſtri in ſe:& perfectam unionem
mēbrorum eccleſie:& perfectum ſacrificium recon
ciliationis diuine:& perfectam ſacietatem charita-
tis noſtre:& pfectam corroborationem noſtre in-
firmitatis:ꝓpter quod eſt ibi ſub talibus ſpeciebus
& per talem modum ꝙ iſta ſignificet. Vnde eſt ibi
per cōuerſionem panis & uini ut ſignificet p̄dictā
conuerſionē nr̄i in ſe Panis fit ex multis granis:
uinum ex multis racemis:ut per hoc ſignificet uni
onem predictam mēbrorum cū capite: & inter ſe.
Panis etiā fit ex grāo trito cribrato & cocto. Vinū
eſt ex acinis de uite generatis:& per calorem ſolis
maturatis:& in torculari fortiter preſſis. Que oīa ſi
gnificant dolores & anguſtias illius qui eſt granū
frumenti:ꝙ benedicta terra uirgo maria dedit:& ē
botrus uue:quem glorioſa uirgo benedicta tanq̄
uitis pulcherrima protulit:qui per calorē charitatiſ
eterni pr̄is ſic maceratus ē amoris nr̄i dulcedie: ut
uolūtarie ſe expoſuerit triture & p̄ſſure ſupplicii du
re crucis:q̄ ē molendinū & clibanus & torcular. Et
qr p mortē ſuā fecit ſe ſacrificiū recōciliatōis:q̄ qui
dē eſt facta uituli ſanguīe & hūore ſui corpis effu-
ſo ꝓ nobis. Idcirco in hoc ſacro ſanguis p ſe conſe
cratus in calice:& corpus in hoſtia:ut uere & ſenſi-
bili ſepatōe ſp̄ęꝝ ſit memoriale deuotiſſimū mor
tis xp̄i:quo ſub ſp̄ebus cōſpicimus ſanguinē ut ef
fuſum:ꝓpter qđ etiā ī forma ſanguis pōiť uerbū
effuſionis cū dr̄. Qui ꝓ nobis & ꝓ multis effūde
tur:ac p hoc etiā ē plenū & pfectū ſacrificiū diuine
recōciliatōis:in quo fit remiſſio peccōꝝ. Charitas
etiā nr̄a plene ſatiať: dū ſe tantū ſentit amatam &
xp̄o carā:ꝙ ut ip̄a poſſet ſp̄ūaľr deo uiuere. & ī ip̄o
frui perfecte xp̄s in morte uoluit ſuā corporalē ui-
tam in paſſione totā exponeꝛ:& ꝓ amore nr̄o con
ſumere:ut ſic charitas nr̄a uere cognoſceret ſe ama
tam a xp̄o in tāto exceſſu ꝙ plus nō pōt creatura
amari: qđ ipſe oñdit dicens. Maiorem hac dilectō
nem nemo hēt ut aīam ſuā ponat quis pro amicis
ſuis. Que qdē expōitio ſignificať in hoc ſacramē-
to:dum ſanguis ſeggregatī conſecratur a corpe.

UVA. BHSC. IyR_070

Et quia ĩ hoc amor noſter debet ſatiari & perfecte
refici: & cognoſcere ꝙ plus nō poteſt amari: Ideo
etiam ſumitur ſub ſpecie delicatiſſimi cibi & po-
tus.ſ.panis & uini: in quibus eſt plena refectio cor
poralis. Quia uero ĩ xp̄o regeneramur per baptiſ-
mū: & res genita que adhuc eſt debilis indiget nu
triri: ut ad debitum reducatur augmentum: ideo
etiam datur in ſpecie cibi & potus: ut noſtra infir-
mitas roboretur per panem qui cor hominis con
firmat: & noſtra peregrinatio letificetur per uinū ĩ
ebriantis amoris quod letificat cor hominis. Et qr
iſtud benedictum ſacramentum habet tot ſignifi-
care & efficere: ideo diuerſa ſecundum hoc ſortitur
uocabula. Ná ut eſt cōmemoratiuum dñice paſſio
nis que fuit uerum ſacrificium iſtud ſacramentum
ſacrificiū nominatˀ. Quia uero in iſto ſacrificio cō-
tinetur uere xp̄s qui ſolus fuit hoſtia placatiōis di
uine. Ideo q̄tum ad hoc dicitur hoſtia. Et ſi mille
milia hoſtie in mane offerrentur altaribus & in oī
bus temporibus ſemper eſt uera & una ſola hoſtia
ihuſ xp̄s qui ſignificat & efficit eccleſiaſticam unio
nem: per quam membra eccleſie coniunguntur in
unum xp̄m: ideo nominatˀ cōmunio: qr per ipſam
cōmunicamus chriſto: & quia participamus eius
carnē & diuinitatem: & qr participamur & unimur
adinuicem per ipſam. Secundum uero ꝙ ſacra-
mentum iſtud eſt prefiguratiuum fruitionis dei q̄
erit in patria: & fortificatiuum debilitatiſ noſtre dū
ſumus in uia: ut illuc peruenire poſſumus: dicitur
uiaticū. Et quia iſtud eſt optimū: & nobis gratuite
datum. Ideo ſecundum hoc anthinomatice dicitur
euchariſtia: tamen eſt proprium nomen eius: quia
in hoc ſolo continetur uere xp̄s: qui eſt plenus gra
tia: & a quo ĩ nobis oīs gratia deriuatur. Dicitˀ etiā
in greco methalipſis.i.aſſumptio: quia ut Dama-
ſus dicit per hoc filii diuinitatem aſſumimus. Et qr
omnia hec abſconſe continentur in eo que ſunt ſa
cratiſſima & ſecretiſſima. Ideo etiam anthonoma-
tice dicitur ſacramentum. Conuenientiſſime au
tem iſtud ſacramentum xp̄s inſtituit in cena a diſci
pulis receſſurus & non ante: dum cum eis erat pre
ſentia corporali: quando enim propriam ſpeciem
diſcipulis ſubtrahebat: tunc ſe ſub ſacramento reli-
quit diſcipulis cum ſua dilecta eccleſia ſemper ſub
hac ſpecie moraturus: quod maximi fuit amoris in
dicium. Cum enim non eſſet conueniēs ꝙ in car-
ne paſſibili diutius moraretur in terris modū hunc
adiuenit mirabilem: quo ſponſam ſuam nō dimit
teret ſine carnis ſue preſentia peregrinam. Et quia
ſemper ipſe inuiſibiliter intra nos eſt iuxta illud Lu
ce. Regnum dei intra nos eſt. Idcirco modū inuēit
ſub ſpecie cibi & potus quo ad noſtra intima ĩtroi
ret: & nos de ſe ſatiaret: & amplexaretur dulciter &
ſtatueret firmiter in ſue ſemita uoluntatis: ut ſemp
eū coleremus preſentem qui regnabat in celis. Vn
de Euſebius dicit ꝙ quia corpus aſſumptum abla-
turus erat ab oculis illaturus ſyderibuſ: neceſſe erat
ut die cene ſacramentum corporis & ſanguinis ſui
conſecraret nobis: ut coleretur iugiter per myſteriū
quod ſemel offerebatur in precium. Secundo
etiam fuit conueniēs ut tunc inſtitueret memoria
le ſue paſſionis: ut omni tempore apud homines
eſſet rep̄ntatiuum dominice paſſionis: quia ſine fi-
de paſſionis xp̄i nunq̄ potuit eſſe ſalus: ſecundum
illud Roma.iii. Quem poſuit deus propitiatorem
per fidem in ſanguine eius. Et ut iſta memoria ex
continua celebratione ſacramenti iugiter creſceret:
debuit inſtitui in xp̄i receſſu: quod ipſum corā ocu
lis noſtre mentis repreſentaret. Et quia precipuum
ſacramentum huius erat figura paſſionis future. iō
conſumata ueritate & illo celebrato & excluſo me-
rito dicit Apoſtolus.i.Cor.v. Paſca noſtrum imo
latus eſt xp̄s. Tertio etiam debuit inſtitui in cēa
in receſſu iſtud ſacramentum: quia nunq̄ erat tan-
tus amor de noſtra delendus memoria: quia que ĩ
receſſu & ultimo dicuntur a dilectiſſimis nobis ma
gis memorie cōmendantur: quia tunc maxime in
flammatur amicorum affectus. Propter quod dicit
Alexander papa. Nihil in ſacrificiis eſſe maius pōt:
q̄ corpus & ſanguis xp̄i: nec ulla oblatio hac poti-
or eſt. Ideo ut maiori ueneratione haberetur domi
nus in ultimo diſceſu ſuo a diſcipulis hoc ſacramē
tum inſtituit. Aug. etiam in libro reſponſionū ad
Ianuarium dicit ſic. Saluator ut uehementius com
mendaret myſterii illiuſ altitudinem: ultimum hoc
uoluit infigere cordibus hominū & memorie di-
ſcipulorum: a quibus ad paſſiōem diſceſſurus erat.
Sic ergo patet ꝙ iſtud benedictum ſacramentum ē
memoria operationis mirabilis. Eſt etiam me-
moria paſſionis dolorabilis: quod licet iā ex dictis
pateat: tamen adhuc triformiter manifeſto: atten-
das tamen motiuum quo inſtituitur: formatiuum
quo conficitur: modum quo ſuſcipitur. Ex his
enim tribus diligēter exaiatis rep̄ntatur amare me
moria paſſionis dilecti. Motiuum enim quo inſti-
tutum fuit Apoſto. dicit p̄me Cor.xi. cum dicit.
Quotienſcunq; manducaueritis panem hūc: & ca
licem bibetis: mortem domini annūciabitis dōec
ueniat. Et ipſe ihs per ſemet ip̄m dicit Hoc facite ĩ
meam cōmemorationem. Ad hoc ergo iſtud
ſacramentum conficitur: ut ex eius exercitatione cō
tinue intuentes xp̄i ſanguinem ut effuſum ſit me-
moria noſtra repleatur xp̄o paſſo: ut ſemper fixus
ſit in corde noſtro: qui pro nobis ſemel fuit fixus
in ligno. Et ideo etiam ſacramentum inſtituit: ut
quaſi daret nobis plenam poſſeſſionem ſue paſſio
nis & mortis: ut quottidie lauaremur cum ſuo ſan
guine: & reficeremur ſuo corpore: quaſi non ſuffe-
cerit ei quo ad oſtenſionem amoris: ꝙ ſemel rea-
liter ſanguinem effudit in ligno niſi quottidie ti-
bi effundatur ſub ſacramento. Vnde iſta eſca fuit in
figura. Sapientie.xvi. per ortigometram q̄ eſt auis
uiuens de ſeminibus uenenatis. Sic & xp̄s qui di-
cit. Meus cibus eſt ut faciam uoluntatem eius qui
miſit me: & uolūtas patris fuit ut biberet calicē paſ
ſionis: quaſi fuerit uolūtas eius ut xp̄uſ uiueret de

UVA. BHSC. IyR_070

uenenatis cibis.Bibit enim i diſcipulo tradente:&
comedit uenenũ cupiditatis in accuſantibus:bibit
in teſtibus uenenũ falſitatis.Bibit in crucifigẽtibus
uenenũ impietatis. O quot ſemina uenenata trãſi
erunt intra ſtomachũ iſtius benedicte auis:ſi conſi
deres q̃ & qualia paſſa fuit:que tibi omnia ad mẽo
riam reducuntur in huius ſacramenti celebratione.
Si autem conſideres formatiuũ quo cõficit̃:oĩa
ingerunt ad paſſionẽ.Ad qđ facit ꝙ numerus di-
ctionũ i forma poſitarũ eſt ſecũdũ numerum pla-
garum:licet forſitam enim non ſit de ſubſtãtia for
me:ſed copulatio ad locutiones predictaſ:ſic & ip̃e
modus formandi hoſtiã:quo inter ferra ignita ſtri
gitur & decoquit̃:ingerit paſſionis ieſu memoriã.
Ferrũ enim ignitũ fuit impia crudelitas iracundie
iudeorũ i xp̃o :ferrũ multo plus ignitũ fuit ĩmo-
bilitas flãme & charitatis xp̃i qua deſiderio deſide
rauit ſeip̃m offerre i p̃ciũ noſtre ſalutis. Primi fer
ri figura remanſit in xp̃i corpore dũ uulneratus cla
uis & foſſus ſpinis:turpatus ſputis :,ligatus uincu
lis:uelatus oculis:totus plenus iiuriis:nõ apparuit
ei ſpẽs neq; decor: formeris hoc ferro & figureris
qui accedis ad ſacramentũ non ut iſta inferas xp̃o
cũ crudelitate iudeorũ:ſed ut iſta libenter perferas
cũ xp̃o & ꝓ xp̃o ad exemplũ ſanctorũ martyrum:
& ut crucifixi effigiẽ tranſformes in teipſũ de eius
paſſione iugiter meditando. Secũdi ferri.ſ.amo
ris ieſu i te ſculpatur figura ut eius amore tã arden
ter ferueas: quo tibi parum uideatur ad ſĩitudinẽ
ſui ꝓ honore dei omnia ſuſtinere mala:& tũc eris
ip̃e hoſtia formata & cauterizatus ſĩitudine paſſio
nis.Infinita ſunt huius memorabilia paſſionis.Si
tu anima deuota ſciueris ruminare i omnibus que
circa huius ſacramẽti celebrationẽ agunt̃:ſi etiã cõ
ſideres modũ quo ſuſcipit̃:uidebis paſſionis ama-
ritudinẽ memorari.Nam hoſtia frangit̃ p manus
ſacerdotis:dentibus territur & in ſtomaco trãſmi-
titur: p quod ſignificatur corporis xp̃i fractio & at
tritio i flagellis & in ſpinis:& clauis:& cõſumata
i morte & occultatio i ſepulchro:facias tu quicũq;
ſumis ꝙ anime tue uẽter ſit dignum dei ſepulchꝝ
petrinum firmitate propoſitum nouum reformati
one tui ſit ſindon munda puriſſime cõſcientie:ſint
aromata ſancte uite:ſit firmiſſima ligatura cõtinue
circũſpectiõis tui & obſeruantie ſtatus tui.Iſtis er
go mõis dicẽte tibi illud.Teren.iii.Recordare pau
pertatis & tranſgreſſionis mee abſinthii & fellis:re
ſpondeas dillecto morienti pro te.Memoria meõr
ero:& tabeſcet in me anima mea.Quomodo autẽ
tertium in hoc ſacramẽto fuerit mirabilis expoſui
ꝓ nobis licet pateat ex predictis:tamẽ hic ſinglʼa
riter nota:ꝙ ſtupendum amoris ſignum fuit:ꝙ ſic
ſe in ſacramento expoſuit pro te:& ſic quaſi noua
morte uoluit ſeipſum ꝓ te exponere mãibus cuiuſ
cũq; ſacerdotis quantũcũq; ſcelerati dũtaxat catho
lici.Et quia pro nullius malitia uel pro aliqua iniu
ria que ſibi ibi fiat poteſt eius preſentia uiolari qn
ſẽper ibi ſit:rite factis q̃ debẽt fieri circa conſecrati
onem & durantibus ſp̃ebus. O quantum eſt in
effuſione amoris ſui ſi ſciueris ponderare:& ut tibi
aliqualiter oſtendam quanta unione xp̃o coniũge
ris:uolo hic aliquantulum dilatare ſermonem.Ad
hoc enim facta eſt tanta expoſitio xp̃i in ſacramẽto
ut nõ impediatur ſacramẽti effectus:qui eſt cõuer
ſio tui in ipſũ:unde nota ꝙ in iſta benedicta paren
tela xp̃i & coniunctione tui ad ip̃m:non tãtũ effice
ris filius:frater:uel conſobrinius: ſed efficieris ipſe
xp̃us per gratiam tranſformationis.Et ut hanc idẽ
titatem tuam ad xp̃m poſſis cognoſcere:ſcias ꝙ tri
bus modis cognoſcimus aliquid nobis attinere.ſ.
Generatione
Nutritione
Familiari allocutione.
Generatione ſcis te eſſe hominẽ:qr ab hoĩbus ge
neraris:ſed non idẽtitate indiuidui:ſed ſpeciei:quia
non idem pater qui filius numero:ſed ſp̃ẽ qr uterq;
homo.Ad qđ autem ſemen ſaltẽ pro maiori parte
eſt de ſupfluo nutrimenti qđ eſt ſupfluũ ĩdiuiduo
ſpeciei neceſſariũ:at non tale ſemen quo tu xp̃iane
generaris de xp̃o.Non eni exſupfluo: ſed ſue uite
neceſſario:de tota enim uita ſua te genuit:qui te in
morte ſua baptizari conſtituit.Cuius ſignũ fuit illa
crudelis lancea que latus & cor xp̃i aperuit:ex quo
ſanguis regenerationis & aqua baptizationis pro
fluit & profluxit:unde & i eius morte ſubmergeris
& in baptiſmo:& quaſi nouus xp̃us reſurgens de
ſubmerſione emergeris.Quod ſignificans apoſto
lus dicit.Roma.vi. Conſepulti ſumus chriſto p ba
ptiſmũ eius in morte ut in nouitate uie ãbulemus.
Et quia efficimur nouus chriſtus per gratiam i ba-
ptiſmo:ut oſtenderet ueram ſui exiſtentiam in no
bis.& noſtri inſe noluit nos ſpiritualit̃ genitos de
alio enutrire:q̃ de ſe ipſo ut uere oſtenderet nos in
ipſum tranſportatos quia ex eiſdem ſumus ex qui-
bus nutrimur. Ex quibus patet ſecũdus modus
attinentie qui eſt ex nutritione:unde ipſe dicit caro
mea uere eſt cibus &c.Nõ quidem conuertendus
in naturam cibati que eſt infecta peccatrix & mi-
ſera:ſed cõuerſurus cibatuſ in naturã ſui que eſt ſpi
ritualis & ſanctiſſima: glorioſa & diuina. O q̃ ſa-
pidus eſt hic cibus qui hominem facit deũ: & nos
a noſtra uita que uere mors eſt funditus occidit:&
in dei uitam prouehit.Quia inquit ſaluator:Ioan-
nis.vi.Qui manducat me uiuit propter me.Et ite
rum.Qui manducat meam carnem &c.in eo uere
ſic cibati dicere poſſumus cum apoſtolo ad.Galʼ.ii.
uiuo ego:iam non ego: uiuit uero in me chriſtus:
ut merito dixerim ꝙ in hoc benedicto ſacramento
eſt ſupramirabilis expoſitio chriſti:cũ tali modo ſe
nobis tradidit in cibum:uere poteſt nobis dicere.
Quid ultra debui tibi facere & non feci:qđ tui cor
dis poſſit duriciam emollire. Tertius etiam mo
dus quo attinentiam alicuius recognoſcimus ſcili-
cet per familiaria uerba:quo mater uocat nos filiũ:
& frater fratrem:& ſic de ceteris ſtupendo modo.
Si conſideremus chriſti uerba nos ducit in ipſum

t

UVA. BHSC. IyR_070

Ipſe enim dicit ſe frumentum & nos farinam. Se uitē:& nos palmites. O qualis eſt iſta parentela: ñ enim facit gradum:ſed unionem. Tota enim paſta poſt fermentationem eſt de natura ferm̄eti. Et qd palmes reſpectu uitis:niſi uitis parua reſpectu magne & pars reſpectu totius. Sic & intelligas te non chriſti filium ab ipſo ſeparatum:ſed eius membrū in ipſo fixum:& totaliter in eius gratiam per ipſius charitatem conuerſum. Et ut enfatice & inexplicabiliter unionem ſui ad nos ipſe exprimeret:alloqtur patrem. Ioannis.xvii. Tu in me: & ego in eis aſſimulans modum quo in nobis eſt: modo quo in ipſo patre eſt. Etiam dilectionem ſui ad nos aſſimulat dilectioni paterne ad ſe cum dicit. Sicut dilexit me pater:& ego dilexi uos:hanc autem dilectionē dei ad nos & unionem noſtram ad chriſtum Aug. eleganter exprimit ſuper. ps.lxxxv. Inclina domine aurem tuam &c.dicens. Nullum maius donum pſtare potuit deus hominibus:q̄ ꝙ uerbum ſuum p quod condidit omnia faceret illis caput:& illos ei tanq̄ membra coaptaret ut eſſet filius dei & filius hominis: unus deus cū patre:& unus homo cum hominibus:ut & quando loquimur ad deum dep̄cantes:non inde filium ſeparemus:& quando precatur corpus non a ſe ſeparet caput ſuū. Sitq; unus ſaluator corporis ſui dominus noſter ieſus chriſtus filius dei qui & oret pro nobis:& oret in nobis: & oretur a nobis. Orat pro nobis ut ſacerdos. Orat ī in nobis ut caput noſtrum. Oratur a nobis ut deus noſter. Agnoſcamus ergo in illo uoces noſtras & uoces eius in nobis. Et infra ſequitur. Oratur in forma dei. Orat in forma ſerui. Ibi creator hic creatus:creaturam mutandam:non mutatus aſſumēs: & ſecum nos faciēs unum hominem caput & corpus. Oramus ergo illum in illo:& dicimus cū illo & dicit nobiſcum. Inclina domine aurem tuam & exaudi me. Non ego dico:immo in corpore agnoſcat utrunq;:& dicat chriſtus. Ego dico: non dicis aliquid ſine illo:& non dicit aliquid ſine te:hec Auguſti. Licet autem omnes chriſtiani transformētur in chriſtum per efficatiam charitatis:miniſtri tamen huius ſacramenti tenēt perſonam chriſti per cōionem ſue excellentiſſime dignitatis:& efficaciā inſtrumentalis poteſtatis in conſecratione ſacramenti. Vnde cum altiſſimis affectibus mentis debent ſacerdotes parari: & ad conſecrationem tanti ſacram̄eti accedere. Sic ergo uides mirabilem memoriam miraculoſe operationis:amariſſime recordationis:amoroſe expoſitiōis. Hec ſunt illa mirabilia de quibus ſola catholica poteſt eccleſia gloriari & dicere cum Daniele.iii. Signa & mirabilia fecit apud me deus excelſus. Vere enim iſta ſunt mirabilia que extollere non ſufficit etiam angelica natura:que apud ſolam eccleſiam fiunt:quia extra eā ueri ſacrificii non eſt locus.

## De ſuauitate & dulcendine huius ſacramenti.

Ictū fuit ī principio ꝙ iſtud ſacramentū erat tertio dulcedine ſiue dilectione digniſſimū ratione ſui dulcoris: propter proprietatem cibi nutrientis:quia dicitur eſca: uere iſte eſt cibus dulciſſimus:licet enim ibi ſit amaritudo ut dictum eſt ſupra per memoriam paſſionis:eſt tamen ibi ſūma dulcedo propter ſummam expientiam diuini amoris. Nihil enim dulcius:q̄ ſentire ſic ineſtimabiliter a deo ſe amari. Quia uere iſtud ſacramentū datur ut cibus nutriens:ideo debet in nobis efficere illa ſpiritualiter:que corporaliter efficit cibus corporalis:qui quidem.

Mutat palatum delectabiliter
Repat deperditum utiliter
Roborat defectum firmiter.
Perducit debitum effectum efficaciter. Et quia iſtud ſacramentum non ſolum eſt cibus:ſed medicina & armatura:ideo expulit morbum & protegit contra hoſtis inſultum. Et per hoc potes uidere ꝙ inducit ſpiritualis dilectionis feruorem:quotidianorum defectuum expurgationem: gratie ī nobis exiſtentis confortationem & augmentationem:in uia dei firmam ſtabilitionem. Expellit & purgat morbum concupiſcentie. Munit & roborat contra inſultum tentationis ſiue per aſpera: ſiue per aduerſa:& per ipſum ſacramentum multum remittitur de pena nobis debita pro peccatis. Quod autem inducat ſpiritualis dilectionis feruorē:patet ex hoc quia chriſtus ibi perſonaliter continetur: unde ad eius p̄ntiam niſi ſit defectus ex parte noſtri multū debet feruor charitatis excitari:& quia gratia & ueritas per ieſum xp̄m facta eſt:ideo in hominem ueniens ſacram̄etaliter ipſe chriſtus uitam gratie operatur. Iuxta illud Io.vi. Qui manducat me uiuit propter me:unde Cyrillus dicit:uiuificatiuum dei uerbum uniens ſeipſum proprie carni fecit ipſam uiuificatiuam. Docebatur enim cum noſtris quodam modo uniri corporibus per ſacram eius carnem:& precioſum eius ſanguinem:que accepimus in benedictione uiuificatiua:& in pane & in uino ex quibus multum feruor debet excitari charitatis: unde & in multis deuotis perſōis ſumptio huius cibi extaſim operatur. Quod etiam conferat gratiam roboret & augmentet hoc patet ſi conſideretur ꝙ ibi paſſio chriſti repreſentatur expreſſe ut dictum eſt. Et ideo effectum quem chriſti paſſio fecit in mundo hoc ſacramentum facit in digne ſumente:unde ſuper illud quod Ioan.xix. Continuo exiuit ſāguis & aqua:dicit Criſo. Quia hinc ſuſcipiunt principium ſacra myſteria cum acceſſeris ad tremendum calicem ut ab ipſa bibiturus chriſti caſta ita accedas: ut ipſe dominus dicit Matthe.xxvi. Hic eſt ſanguis meus qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Et ideo ſicut chriſti paſſio uiſa debuit attendere & transformare & augere charitatē amātis:ſic & huius celebratio ſacramenti:unde damaſus comparat hoc ſacramentum carboni quem uidit Eſa.vi. Carbo enim lignum ſimplex non ē ſed

UVA. BHSC. IyR_070

unitum igni. Ita & panis conſecrationis non eſt ſimplex panis: ſed unitus diuinitati. Et ideo in hoc ſacramento quantum eſt ex ſui uirtute habitus gratie & uirtutes cõferuntur: fruſtra enim daretur in cibum a xp̄o qui nihil fruſtra facit enim effectũ ſpiritualem faceret in anima: quẽ cibus corporalis facit i corpore. Vides autẽ ꝙ cibus corporalis ſuſtentat: auget: reparat: & delectat: que omnia facit iſtud benedictũ ſacramentum: unde Ambroſius in libro: de ſacramẽtis dicit. Iſte panis ẽ uite eterne qui anime noſtre ſubſtãtiam fulcit. Et Criſoſtomus ſuper Ioãnẽ: preſtat ſe nobis deſiderantibus & palpare: & comedere: & amplectere: unde Auguſtinus ſuper Ioãnem exclamat. O ſacramentũ pietatis: o ſignũ unitatis: o uinculum charitatis: qr oĩa iſta xp̄us efficit i nobis: propter oẽs iſtos effectus dicit xp̄us Ioãnis. vi. Caro mea uere ẽ cibus &c: ut oſtendat iſta ueraciter efficere: propter qḋ ſingulariter in hoc ſacramento ſecundũ illud ſecũde. Corin. v. charitas xp̄i urget nos: & inde eſt ꝙ urgetur aĩa ſpiritualiter delectari refici & inebriari dulcedine bonitatis xp̄i: ſecundũ illud Cãticoꝝ. v. Comedite amici mei: bibite & iebriamini chariſimi. Quia ergo xp̄us & eius paſſio eſt cauſa gratie & ſp̄ualis refectio: cauſa feruoris & roboris: manifeſtũ eſt ꝙ hoc ſacramentum & ſpiritualem feruorem & firmitatẽ gratie & eius augmentum cauſat in nobis. Cauſat etiam apertionem ianue. & conſecutionem glorie quia per ſuam paſſionem xp̄us aperuit nobis aditũ uite eterne. Similiter & unio repreſentata per ſpecies panis & uini & ſpiritualis refectio in ipſo contenta facit nos tranſire hic per gratiam contemplationis & glorie guſtum: & poſt mortem in plenũ ĩtroitũ Vnde Auguſtinus ſup illo uerbo. Caro mea uere ẽ cibus. Cũ enim cibo & potu id appetant homines ut non exuriant neq; ſitiant: hoc ueraciter non preſtat niſi iſte cibus & potus qui eos a quibus ſumitur imortales & incorruptibiles facit i ſocietate ſanctorũ ubi pax plena eſt atq; perfecta. Quod autem roboret in nobis uirtutem perſiſtendi in uia dei & perueniendi ad gloriam: fuit prophetatũ ſeu manifeſtatũ i figura helie. iii: Re. xviiii. ubi dr̄: ꝙ helias comedit & bibit ſub ũbra iunipi: & ãbulauit i fortitudie cibi illius uſq; ad montẽ dei oreb. Habet aũt uirtutem remittendi uenialia ſi conſideretur ipſum ſacramentum & res ſacramenti. Nam hoc ſacramentum ſumitur ut cibus ut dictum eſt. Nutrimẽtum autem eſt ad reſtaurandum deperditũ quod conſumitur ex ui caloris naturalis. Spiritualiter autem in nobis quottidie aliquid perditur ex calore concupiſcẽtie: ex quo per multa uenialia feruor in nobis diminuitur charitatis: contra q̄ ẽ huiuſmodi reſtauratio ſacramenti. Vnde Ambroſius dicit in libro de ſacramentis ꝙ iſte panis quottidianus ſumitur in remedium quottidiane infirmitatis. Res autem huius ſacramenti eſt charitas: nõ ſolum quãtũ ad habitum: ſed etiam quantum ad actum qui excitatur in hoc ſacramento: per quã excitationem uenialia delẽtur: & purificatur & clarificatur aĩa: unde licet nõ poſimus ſemper uiuere ſine ueniali: tamen ſepe contingit ꝙ ipſa ſumptione anima glorificat̃ & purificatur ab omni reatu ueniali: & ab omni ſcoria cuiuſcũq; peccati: perfecte cõfiguratur claritati ſolari ipſius ieſu: in quẽ per ſumptionem ſacramẽti ſepe totaliter abſorbentur. Iſtum autẽ effectũ quo ad tãtã pulchritudinem multũ impediret mẽtis diſtractio: maxime ſi homo accederet cũ affectu ueniali ter peccandi. Quomodo autẽ debeat mẽs recolligi: infra exponetur in expoſitione canonis miſſe. Non eſt autem proprius effectus iſtius ſacramenti remittere peccata mortalia in ſumente: qr nõ debet accedere cũ conſcientia mortalis peccati. Qui enim nõ uiuit ſpiritualiter non poteſt ſpirituale nutrimẽtum ſuſcipere: nec poteſt uniri xp̄o ut mẽbrũ qui ẽ a xp̄o preciſus per mortale peccatum. Poteſt autem hoc ſacramentum remiſſionem peccati mortalis operari dupliciter: uno modo nõ perceptũ actu ſed uoto: ſicut cũ quis ex conſcientia peccati abſtinet ſe ex reuerentia: & amore ſacramenti appetit ſumere: & ex appetitu meretur aliqualiter de cõgruo ſibi contritionẽ infundi: ut ſic a peccato liberatus pure poſſit accedere. Alio modo etiam pceptũ ab eo qui eſt in peccato mortali ſic occulto cuius conſcientiam & affectũ nõ habet: forte enim p̄mo nõ fuit ſufficienter contritus: ſed deuote & reuerenter accedens ſepe conſequitur per hoc ſacramẽtũ gratiam charitatis que contritionẽ perficit: & peccatum expullit. pena autem peccati debita p hoc ſacramẽtum remittitur: quia hoc ſacramentum nõ ſolũ eſt ſacramẽtũ per ſũptionem: ſed etiam eſt ſacrificium per oblationem: & ideo habet effectũ remiſſionis peccati & pene debite: & in eo qui ſumit: & i eis ꝓ quibus offertur. Hoc autem ſacramentũ habet ex ui ſacramenti directe effectum illum ad quẽ eſt inſtitutum. Sicut nutrire: augere: xp̄o unire: & in xp̄m trãſformare. Sed qr hec unio ſit per charitatẽ: ex cuius feruore & augumento anima cõſequitur remiſſionem: non ſolum culpe: ſed & pene. Licet autẽ i iſto ſacramẽto contineatur totus xp̄us: & memoretur eius paſſio que eſt ſufficientiſſima cauſa remiſſionis peccati & omnis pene: non hoc operatur ſecundum plenitudinem ſue efficacie: ſed ſecundũ diſpoſitionem in ſumente repertam: & ideo nõ ſepe tota pena remittitur: ſed quantum ĩquint ardor charitatis ipſum recipientis. In q̄tum uero iſtud ſacramentum eſt ſacrificium noſtre oblationis habet proprie uim ſatiſfactiuam: & ideo inter omnia ſatiſfactibilia iſtud eſt ſũmũ pro remiſſione tam pene q̄ culpe. In qua etiam non ſemper operatur: ſecũdum plenitudinem ſue efficatie: ſed ſimul compenſando xp̄i preſentiam & ĩmolationem ad deuotũ offerentis affectũ: qḋ xp̄us notauit luce. xxi. de uidua que obtulit duo minuta q̄ plus omibus obtulit conſiderato ſuo affectu. Debes autẽ ſcire ꝙ ex



UVA. BHSC. IyR_070

hac ratione qua eſt ſacrificium non ſolum prodeſt
ſumenti:ſed etiam omnibus quibus offert̄. Quia
uero ſacerdos eſt perſona publica:& quaſi os toti-
us eccleſie que eſt unum corpus per uinculum cha
ritatis:ideo ſumptio ſacramenti a ſacerdote:nō ſo-
lum oblatio dicitur totum corpus eccleſie uegeta-
te:unde & ſacerdos debet niti ſtatum ſuum cogno
ſcere & charitatem ſuam ad omnes electos plena-
rie dilatare. Contra autem tentatiōes futuras ua
let ſumptio huius ſacramenti tripliciter. Primo
quidem quia r frigerat eſtum concupiſcentie:& ro
borat habitum gratie:ex quibus tāq̄ ex cibo & me
dicina mors īterior pellitur:propter quod dicit au-
guſti. ſuper Ioannem. Securus accede: panis eſt nō
uenenum. Alio modo premunit ab offenſa futu
ra:& eſt armatura contra ſpirituales nequitias. In-
quantum enim ſignum eſt & memoriale paſſio-
nis chriſti:per quam uicti ſunt demones fortiſſime
timent mentem deuotam ſumptione huius ſacra-
menti munitam:unde Criſo. ſuper ioānem. Vt leo
nes flammas ſpirantes:ſic ab illa mente diſcedimuſ
terribiles effecti diabolo. Sed qui indigne ſumunt
chriſtum crucifigunt cum iudeis & iuda proditore
& ideo plenius iſti a diabolo poſſidentur. Penſa
tis ergo iſtis effectibus potes uidere ꝙ īte tio xp̄i
fuit hoc ſacramentum inſtituere ut celebretur quo
tidie:& ideo quilibet chriſtianus debet ipſum ſepe
& deuote ſumere. Nam tempore apoſtolorū quo
tidie ab omnibus fidelibus ſumebatur:propter qđ
patet abuſio ſacerdotum diu a celebratione ceſſan
tium. Et ipſa enim ſumptione ordinis ſacerdotalis
facti ſunt ipſi os eccleſie:per cuius oblationem ſa-
cramentalem ſalutare nutrimentum ad membra ce
tera deriuetur:unde impie priuant & ſeipōs & alioſ
effectibus memoratis. Debēt ergo ubi malum eſt
medicinam apponere:non bonum a ſeipſis expel
lere. Malum autem eſt in malitia ſue uite quam de
bent corrigere:& non ſeipſos & alios tanto bono
priuare. Ipſi enim poſiti ſunt ut ſint mediatores in-
ter deum & populum:& ut ſibi iſtud offerant ſacri
ficium:in quo ſolo plene colitur:& ideo debent ni
ti quotidie deo reddere debitum:& populo beneſi
cium. Licet autem ſacerdos curatus plus teneat̄
humano ſtatuto:& etiam quo ad hoc diuino ſuo
pticulari populo:tamen plus obligatur in conſpe-
ctu dei ipſum dignum colere:& toti corpori eccle-
ſie influere. Ille qui a deo eſt ſanctifica us & totus ſi
bi dedicatus per religionis bonum & multiplicia
beneficia diuinarum gratiarum & refectionum mē
talium:unde iſtum lex celi debet compellere uelle
ſepe ut deum honoret ſacrificio:& populo ſubue-
niat beneficio. Quod ſaluator notat in illa parabo
la de talentis diſpenſatis ſeruis:unde dicit grego. ī
omelia. Tanto ergo eſſe humilior atq; ad ſeruien-
dum deo promptior quiſq; debet ex munere: quā
to obligatiorem ſe conſpicit in reddenda ratione.
Nec ſubrepat te fatua multorum locutio dicentiū.
Ego non accepi magnos redditus temporalium:
nec dignitatem cure populorum:& ideo non tene
or celebrare. Licet enim plus teneantur quo ad ali-
quid:tu tamen multo plus teneriſ ſimpliciter ad ho
norandum deum & diligendum populum ſi ma-
iora recepiſti cariſmata gratiarum reſpectu quorum
temporalia nihil ſunt. Quod ſi tuam infirmitatem
cauſeris & timorem irreuerentie:ſcias ꝙ iſte timor
& reſilitio in propriam paruitatem eſt optima pre-
paratio ad celebrandum:dummodo non graueris
mortalibus:& tuam uitā proponas in melius emē
dare. Et licet non ſemper conſequaris emendatio-
nem plenam:tamen multum tibi ſuffragat̄ ad hoc
deuota celebratio ſacramenti & continua deteſta-
tio & uilificatio tui in cōſpectu dei. Multū etiam iu
uabit tuam preparaturam: ſi tu dilates charitatem
ad compaſſionē electorum & quaſi alloquaris do-
minum:pro me non ſum dignus accedere:nec au-
derem:ſed in uirtute charitatis ſancte eccleſie ſpon
ſe tue:cuiuſ me dignum feciſti miniſtrum accedo
tibi offerre ſacrificium quod per os tuum benedi-
ctum eſt quotidianum. Et ad hoc hortatur Ambr.
.d. in quadam oratione. Graue eſt ꝙ ad menſam tu
am mundo corde:& manibus innocentibus non
uenimus:ſed grauius ſi de peccatis metuimus & ſa
crificium non reddamus:unde Aug. in lib. de uer-
bis domini. Quotidie ſume quod quotidie tibi ꝓ
ſit. Et Ambro. in lib. de ſacramentis. Si quotiens ef
funditur ſanguinis chriſti: in remiſſionem peccato
rum effunditur: debeo ſemper accipere qui ſem
per pecco ſēper debeo habere medicinam. Illud
autem quod dicit Auguſti. in libr. de eccleſiaſticis
dogmatibus. Quotidie euchariſtiam ſumere: nec
laudo nec uitupero:proprie referendum eſt ad lai-
cos non ad ſacerdotes:quorum eſt īmolare & offer
re iſtud ſacrificium in cōi eccleſie charitate. Sicut il-
lorum qui in conſecratione ordinis chriſti ſponſe
inſtituuntur miniſti. Superiora autem fuit dicta cō
tra negligentiam ſacerdotum:qui cum debeant ex
charitatis ardore habere alas aquile ad uolandum
ad guſtum huius ſapidiſſime eſce: ſicut dr̄ Iob. ix.
Quaſi aquila uolans ad eſcā:facti ſunt ſimiles illis
impiis qui fuerunt horū ſacerdotum negligentiū
figura. Sicut dr̄ Numeroꝝ. xi. Anima noſtra arida
eſt:nihil aliud reſpiciūt oculi nr̄i niſi man. Man. eſt
ſufficientiſſimus cibus omnis ſaporis appetibilis:
habet enim omne delectamentum & omnem ſa-
porem ſuauitatis:unde Sapīe. xvi. ubi hec habent
dr̄. Angeloꝝ eſca nutriuiſti populum tuum:ꝑ qua
eſca impii murmuratores ubi ſupra deſiderauerunt
carnes & perierunt in ſepulchris cōcupīe. Sic ſic ni
miꝝ ipii ſacerdotes ꝓmpti ad deſiderādū q̄ ſſe car-
nis faſtidio ꝓprie negligentie retrahūt̄ ab hac ſua-
uiſſima cena:& ſepe eis diuino iudicio datur reddi
tuum affluentia:in quibus tāq̄ in rebus cupitis ſe-
pelitur tota affectio mentis ſue:ut circa terrena di-
ſtracti & temporalibus ſaciati non ſentiant que ſūt

UVA. BHSC. IyR_070

dei.Hi moriuntur & non in ſapía:qbus merito ſua cócupiſcétia fit ſepulchrũ:ac ecótra famelici de bono ieſu ſentiũt eius ſuauitaté mirabilé i bñficio ſacraméti:qđ qntũ ad ſuauitaté refectóis: & quo ad multas alias códitões in man.merito figurať. Et hoc ſi conſideretur gñatóis modus:qr inuiſibiliter de celo deſcendebat:qr i nocte.Sic & iſtud ſacrificium fide creditur:non humano experimento pbatur.Deſcenſionis locus:qr ſolũ circa caſtra filiorũ iſrael apparebat i deſerto:& eis defecit cũ intrauerunt promiſſionis terram.Sic & illud benedictũ ſacramentum non niſi intra eccleſiam & in eius fide conficitur.Recollectionis tempus:qr non niſi ſex diebus poterant inueniri.Nam ſabbato egreſſi nõ inuenerunt.Sic & hoc benedictũ ſacramentũ non niſi ſex diebus huius peregrinationis habet nos reficere.Sabbato enim eterne requiei iuenitur bonus ieſus non ſacramentis uelatus:ſed decore regio manifeſtus.Menſurationis terminus:qr gomor p ſingula capita:nec qui plus collegit plus habuit.Nec q minus:minus inuenit.Sic & iſtud bñdictũ ſacramentum non continet maiorem ieſum in maiori hoſtia:q̃ in minori:nec in pluribus q̃ in una.Preparationis ritus:qr igné optime ſuſtinebat: & ad modicũ radium ſolis tabeſcebat.Sic & iſtud benedictũ ſacrificium optime ſuſtinet igné feruentis amoris: & rationes ab amoris fornace procedentes optime concludunt ſacraméti irrefragabilé ueritaté. Sol enim humane curioſitatis & fantaſtice rationis q̃ ſecundum experimenta phie paganice procedit:& ad perſcrutationem ſacramenti facit eũ liqueſcere p perfidiam:& deludit ſemetipſum ut ſibi euaneſcat ſacramentum non fidei electorum. Reſeruatiois uſus:qr reſeruatum ſcatebat uermibus.Sicut & reſeruatum ſacramétum ad queſtum temporaliũ ſcatet uermibus ſimonie.Soporationis guſtus: quia unicuiq; ſapiebat ſecundum ſui deſiderium & appetitum.Sic & iſtud benedictũ ſacramétũ diuerſimode ſapit ſumentibus ſecundũ uarias diſpoſitiones q̃s in eis format deſideriũ charitatis: hoc eſt ergo illud benedictũ mána:quo in quadragenario.penitentie reficiuntur electi per deſertũ preſentis uite quod cũ magno deſiderio debet appeti & ſumi:qr in eo uere recipitur deus homo qui ſeipſum dat eſcam omni menti fideli in carne peregrinanti:non ciuibus huius mundi.

Qualiter quis debeat pparari ad ſuſceptionem ſacramenti

Ictum fuit in principio huius tractatus q̧ iſtud ſacramétum erat quarto timoratiõe potiſſimũ tatione ſui nitoris qui requirit i recipientibus puritatem:qr iſta eſca nõ qualiũcũq; dicitur:ſed timentium deũ: qui p timorem a malo declinant. Et ideo licet multũ confortauerim ſupe tius deuota xpi mébra: ut ſecure ad ſũptionem ſacramenti accedant: hoc intelligere debes de illis quos mortalia peccata nõ grauãt:unde & digne accedens debet in conſideratione ſua iſta ſeptem attendere: & nota

Primũ eſt examinatio conſcientie
Secundũ extirpatio imũdicie in cogitatione
Tertium excuſſio negligentie
Quartum excluſio irreuerentie
Quintum premeditatio diſcretionis:ut hunc cibũ diſcernat ab aliis
Seſtum preocupatio orationis
Septimum prediſpoſitio deuotionis

Et propter hec omnia dicitur.i. Cor.xi.probet autem ſe iquit homo non ſophiſtice falſo & ficte per duplicitatem ad cooperiendum humaná uerecondiam:qr iſtud eſt igneum coopertorium quo ardet anima in eternũ:non temptatiue diſcernédo: uel dubitando p infidelitatem: non p̃ſumptuoſe contépnendo p temeritatem: ſed demõſtratiue ueraciter per cordis totalitatem:per métis humilitaté: p ſinceritaté:& p cordialis amoris flámeam charitatem:& p probabilitaté:& propriá infirmitatem.Et hoc ſatis ſufficit accedéti.Alter autem accipit ad iudicium irreuerétie dei:contumelie ſacraméti: uindicte & ſentétie ſui:unde & reus erit corpis & ſanguinis domini:ubi & gloſa.Ac ſi deũ occideret pũietur. He cõſiderationes quas debent timétes deũ habere q uolũt digne ad ſacramétũ accedere: figurantur Zacha.iii.ubi dicitur.Super lapidé unũ ſepté occuli ſũt lapis unus una fides fundamétalis & ſtabilis & unio charitatis.Septé occuli ſepté conſiderationes p̃paráteſ ad reuerétiam ſacraméti. Multis auté figuris.Ná figurať hoc ſacramétũ quantũ ad diuerſas ſui conditiones

Quia eſt ignitiuum dilectioniſ figuratur per agnũ aſſatum.Exodi xii.
Quia eſt impinguatiuum deuotionis figuratur p uitulum ſaginatum:luce.xv.
Quia é roboratiuũ actionis figurať p fauũ ſápſonis qui exiuit de ore leonis:Iudicũ.xiiii.
Quia é contétiuũ plene refectionis figurať p ſacrificiũ melchiſedeh q otulit pané & uinũ gen.xiiii
Quia eſt memoratiuũ & repreſentatiuũ paſſionis figuratur per panes propoſitionis:Exo.xxv.
Quia eſt plene dulcoratiuũ métis figuratur per cibum máne ut expoſitũ eſt ſupra

Et qr omnia iſta ſi ſubtiliter examinétur poſſũt rep̃ſentari:& ïueniri i figura agni paſcalis:ideo aliis dimiſſis eá aliqualiter p ſequamur. Quãtũ enim ad id qđ creditur in iſto ſacraméto qui eſt xp̃us ieſus & quantũ ad id p quod més xp̃o afficiť:qđ eſt imolatio xpi in cruce:& quátũ ad id p quod ſumés digne diſponiť in hac figura exp̃ſſius contineť.Ieſus é uere agnus dei q tollit peccata mũdi. Attéde autem.iiii.que deſcribũť.Exo.xii.que in ſũptione iſtius benedicti agni debent ſp̃ũaliter obſeruari: q̃ ſũt:máducádi tempus:Ritus:Cultus:& fructus. Tempus enim erat méſis p̃mus:dies decimus:lũa quartadecima:hora ueſpertina .Et in his omnibus aliquid ſp̃ũale ïtelligimus:méſe p̃mo pfectá reformationé penitétie:die decimo pfectá obſeruationé



UVA. BHSC. IyR_070

legis diuine luna.xiiii.perfectam actionem opõnit uirtuoſe:hora ueſpertina perfectam conſumationẽ perſeuerantie.Sola enim perſeuerátia ſecundũ ber. inter ceteras uirtutes triumphat.Et ideo licet ĩ aliis temporibus ſit quedá agni preparatio:in ſola hora ueſptina eſt ſumptio:quia ſemper debet ſumi ĩ nũ q̃ mortaliter peccandi ꝓpoſito:ut ſemper tali menti occidat ſol oĩs glorie tẽporalis:ut quaſi ĩ ueſpera mortis exiſteret.Sic & ob amorẽ ieſu oĩs uite claritas obſcuret̃ eidẽ.Manducãdi ritus erat:ꝙ nihil ſũeret̃ crudũ:nihil lixũ:nihil frixũ:totũ aſſũ:totum intinctũ. Crudum ſumit qui non cogitat quod recipit:& mentẽ diligenter non diſcutit.Lixũ ſumit qui mẽte diſtracta & terreno affectu hũida & inſipiditate tota aquea ad ſacrm diſſolutus accedit.Frixũ ſumit qui de ſacramento preſumptuoſe inquit. Et ſic potes uidere ꝙ crudũ ſumit deſidioſa indiſcuſſio.Lixũ accidioſa indeuotio:frixum preſumptuoſa perſcrutatio:ſed aſſũ & incenſũ ſumit opoſa dilectio.Intinctũ lacrhymoſa deuotio & ſtudioſa grãrũ actio. Mãducandi cultus erat hic:debebat enĩ eſſe calciatus pedibus : accictus renibus:tenẽs baculũ in manibus & lactucis agreſtibus.In his aliquid morale itellige.In pedum calciatione cõculcationẽ cõcupiſc & obſeruatõnẽ diſcipline.In renũ accĩctõe abiectionẽ ĩmundicie:& aſſumptõnẽ mũdicie: qđ fit in reſtrictura cogitationis uage & fantaſie ĩmunde.In baculi ſuſtentatione tolerantiam pacientie & peregrinationem patrie.In lactucarum comeſtiõe deteſtationem culpe & meditationem xp̄i paſſionis acerbe:& ex hoc executionem auſtere penitentie.Si uis ergo digne ad mẽſã agni accedere oppor tet te conculcare concupiſcentiam:& conſeruare diſciplinam:aſſumere continentiam:aduerſa tolerare cum pacientia:& peregrinum te reputare in uia & agreſtam memoriam paſſionis deguſtare cũ mente deuota.Et idcirco ante iſtum cibũ fortitudinis debet precedere dieta:ut comedas panẽ lachrymarũ cũ ꝓpheta ex recordatiõe crimĩs.Cũ helia panẽ ſubcineritiũ ex recordatiõe finis.Cũ turba euãgelica panẽ ordeaceũ ex mortificatiõe carnis.In qua dieta tibi adminiſtrat pſalmiſta uinũ cõpunctionis in contritione. Samaritanus uinum compunctionis & curationis in cõfeſſione.Aſſuerus uinum conſolationis in remiſſione.Sed ne hec dieta nimis grauaret infirmũ:apponit uir euangelicus duos piſces quoꝶ unus eſt leticia de euaſione tormentoꝶ.Alter fiducia de adeptione premioꝶ.Sic ergo dietatus accedit ad menſam agni:ubi ꝓpõitur panis celicus origĩe: angelicus dulcedine: uiuificus btitudine.Ad quã affert gedeon edũ lixatum aqua contritionis.Moyſes agnum aſſatũ igne dilectionis: paterfamilias uitulũ ſaginatũ adipe deuotionis. Sampſon mellis fauũ dulcedine contẽplatiõiſ.Spõſa uinum cõditũ ex charitate inebriationis.Et ipſa eadẽ preparat lectũ pacificũ:quẽ ſexaginta fortes ambiunt quiete ſoporatiõis.Et tũc dicet aĩa.Bonũ ẽ nos hic eſſe. Manducandi modus & mãducantis fructus eſt:ꝙ ſanguine illius agni poſtes & ſuplimare ſignabant:& ex hoc duplicẽ fructum accipiebãt.ſ. cõſternatõnẽ hoſtium exterius:& defenſionẽ & cõſeruationem interius.Et ſic in eo qui digne ſumit hoc ſacramentũ:ſanguine huius agni & efficacia ſacramenti hoſtes conſeruantur:dum tentationes ſupantur:omnia defenſantur dum uirtutes uirtute ſacramenti roborant̃:ſuplimare ſignatur:dum imago mentis deo aſſimulatur uterq; poſtis intingitur in quo oſtium uoluitur dũ diuina & angelica cuſtodia in qua uita noſtra defenditur uigoratur dũ uirtute ſacramenti & deus eſt nobis magis propitius & angelus circa nos magis ſollicitus.Et ſic ſpoliatis egyptiis:liberati a ſeruitute egredimur xp̄i crucis ſequentes tropheum quod nobis diuidit mare rubrũ:& in terrã uiuentium ĩtroducit.

### Expoſitio eorum que fiunt in canone.

D intelligendũ autem quõ mens debeat ordinate ꝓcedere ad celebrationẽ huius ſacramenti debes uidere ea que ĩ canone miſſe fiunt.Que quidẽ celebratõ miſſe ĩmolatio noĩatur: tũ quia expſſe ſicut dictũ eſt ſupra eſt ibi imago & memoria immolatiõis facte in cruce: tũ quia effectus ipſius ĩmolationis qui eſt noſtra redemptõ & peccatoꝶ remiſſio:& in xp̄m crucifixum transformatio recipitur abũdanter:unde etiã in quadã oro ne dñica ſecreta dr̃.Quotiens huius hoſtie ĩmolatio celebratur opus noſtre redemptionis exercetur Et quia xp̄s ſemel oblatus eſt:ſicut dicit Ap̄l'us ad hebre.ix.Ita tñ ſemel in die cuilibet ſacerdoti ſufficit miſſã celebrare:unde de cõſecratiõe diſtinctiõe prima ex decreto Alexãdri pape habet̃:ꝙ ſufficit ſacerdoti unã miſſã celebrare: quia xp̄s ſemel paſſus eſt:& totũ modũ redemit.Et ualde felix eſt q unã digne celebrare poteſt:quoniam & ualde abſurdũ eſt ꝙ ſacerdos duabus miniſtret eccleſiis:ubi bis in die celebret:uel ꝙ in eadem eccleſia ꝑ temporalibus oblationibus uel quacũq; alia cauſa celebret niſi ſemel:excepta die priuilegiata natiuitatis dominice.In qua ex certis ratiõibus triplex miſſa poteſt & debet celebrari a quolibet:uel audiri.Sicut autem non debet plurieſ celebrari ĩ die.Sic nec debet omitti niſi ex ardua cã quin uel celebretur quotidie : uel miſſa audiatur deuote:unde & iſte panis:luce.xi.a ſaluatore quotidianus uocatur quia quotidie eſt ſumendus uel ſuaui guſtu uł deuoto auditu:unde & tunc per os ſacerdotis ſumi ſp̄ũaliter dicitur ab illo qui deuote aſſiſtit.Attende autem ꝙ circa hoc ſacramentum quedam fiunt ad repreſentationem que circa dominicam paſſionem ſunt acta : cuius iſtud ſacramẽtum eſt memoria ut dictum eſt ſupra. Alia fiunt ad reuerentiam & mundiciam huius ſacramenti. In quo chriſtus ueraciter & corporaliter continetur.Et hoc non ſolum ſicut in figura. Quedam etiam fiunt ad repreſentandum mundi

UVA. BHSC. IyR_070

ciam & gratiam que requiritur in ſumente: unde & conſecrationes adhibent̄ his rebus que ueniunt in uſū huius ſacraméti: tū ad repreſentādū ſanctita tem ipſius ieſu qui eſt ſanctus ſanctoꝝ: tū etiam ad repreſentādū effectū ſcitatis qui i ſumēte ex xp̄i paſſione cāuat̄ ſecūdū illud ad hebreos ultimo. Ieſus ut ſanctificaret per ſuum ſanguinē populū. Et ideo regulariter hoc ſacramētū non debet celebrari niſi in eccl'ia p epiſcopū conſecrata: que quidē dicit̄ do mus dei ſecundū apoſtolū. i. thy. iii. uel niſi in ora torio de ſp̄ali priuilegio domini pape: uel licētia epi ſcopi. Et licet indulgeatur ꝙ eccleſia non ſit conſe crata: nūq̄ tamē conceditur quin ſup altare lapideū conſecratum p epiſcopū celebret̄. Quia licet ſepe in ſuſcipiētibus deſit ſanctitas q̄ ſignatur p cōſecra tionē eccleſie: nūq̄ tamen deficit ſanctitas in ſacra mento: ut in xp̄o ieſu: cuius xp̄i ieſu ſanctitas p alta re ſignificatur. Conceditur in itinere poſitis ſi ec cleſia defuerit ſub diuo uel ſub tentorio miſſa cele brari: & hoc ſi habeatur altare portatile. i. lapis con ſecratus: & omnia alia que requirūtur ad ſacrū my ſterium celebrandum. Sicut dicitur de conſecratio tione diſtinctione. i. ca. Concedimus. Conſecra tur & calix per epiſcopū qui debet eſſe aureuſ uel ar genteus: uel de ſtagno ad minus. De ligno autē uel de uitro nullo modo conceditur: nec de cupro ſiue ere: quia uomitū prouocat: qđ eſt contra reue rētiam ſacraméti. Corporale etiā bn̄dicit̄: & ueſtes ſacerdotales benedicūt̄: non qr res inaniate ſint ſu ſceptiue gratie: ſed qr ad coſecrationem talium ad monetur modus rationalis quantū ſe debeat diſpo nere: ac per gratiam conſecrata accedat ad ſacramen tum: quando nec ipſe res inanimate quantūcunq; precioſe & munde non debent aſſumi ad uſum ſa cramenti; niſi ſint per epiſcopum qui uicē xp̄i ſpiri tualiter tenet ad hoc: per ſanctitatē bn̄dictionis aſſū pte. Vbi & attende: q̄ abominabile eſt & horrēdū ꝙ ueſtes mulierum & lectorū ſepe multiplici ſpur citia maculate per auariciam quorūcūq; religioſoꝝ uel ſacerdotum ſacris altaribus applicentur. Tanta autem eſt efficatia gratie xp̄i ꝙ ſepe ad humilitatē noſtram his rebus inanimatis q̄ ſunt p benedictio nem conſecrate fit remiſſio peccatorū. Sicut patet de aſperſione aque benedicte & olphatione incēſi: unde & nō nulli uolunt & non indocte: ꝙ per ingre ſſum eccleſie conſecrate homo conſequatur remiſſi onem peccatorum uenialium. Sicut & ſuperius di cta patet inducentes illud p̄s. Benedixiſti domine terram tuam: ideſt eccleſiam: remiſiſti iniquitatem plebis tue: unde i ſecundo machabeoꝝ dicit̄. iii. ca. Vere quedam dei uirtus eſt i loco. Nam ipſe qui i celis habet habitationem: uiuificator & adiutor eſt loci illius: propter qđ etiam regulariter ſacerdos eſt amonendus: ꝙ q̄to reuerentiorem locū poteſt eli gat ad celebrandum: niſi cōmunis cōpaſſio popu li aliter ſuadeat: legitima licentia prius obtenta. Tā ta autem eſt ſanctitas eccleſie conſecrate: ꝙ ligna & lapides eius in humanum uſum nō debent aſſu mi in opera laicorum. Sicut habetur ex Niceno cō cilio eadem diſtinctione. Et ibidem legitur ꝙ palla altaris: cathedra: candalabrum: & uelū: ſi fuerint ue tuſtate conſumpta incendio dentur: cineres quoq; eorum in baptiſmario deferantur: aut i pariete: aut in foſſis pauimentorum iactētur: ne introeūtiū pe dibus inquinentur. Vbi attēdat humana malitia ꝙ ſi cineres talium rerum non debent cōculcari pedi bus hominum: quomodo anima deo deuota & cō iuncta per ſumptionem ſacramenti: conculcat̄ ſter coribus demonum: & imundiciis meretricū. Vides ne miſera anima quomodo omnia circa hoc ſacra mentum tibi intonant ſanctitatem. Nam corpale ē mundū: palla mūda: altare: eccleſia: uaſa omnia ſūt conſecrata & tu filia mortis es in diaboli meretricū proſtituta: pro qua ſola ſacranda chriſtus i ſacramē to ſe tanta uoluit ſanctitate icludere: & ſuā tibi co mittiuā per talem modū gratie dignanter tribue re. Vere imperium eſt ſacrilegium ſanctitatis ſacra mentum ſine ſanctitatis reuerentia ſumere. Quod ut aliqualiter pateat ad expoſitionem eorum que aguntur in miſſa aliqua tibi conſideranda ſubiūgo

## De ueſtimentis ſacerdotalibus

Via enim ſacerdos debet eē ſeperatus a co muni hominum cōuerſatōne: ſecundū il lud mala. primo: ubi angeluſ domini uoca tur: ideo tam ipſe q̄ omnes eius miniſtri inſigniū tur clericali tonſura: qua fit abraſio capillorū in mo dum corone: que recte denudationis capitis ſigni ficat claritatem contemplationis: & puritatem intē tionis. Et quia hoc fit per capillorum abraſionem qui capite oriuntur nihil in ſe habentes uitale: ſigt ꝙ non ſolum nociue cogitationes ſed etiam uane & ocioſe que nobis ex noſtra miſeriā oriunt̄ debēt nouacula ſollicite circunſpectionis noſtre diligen ter abſcindi. Quia etiam capilli ſunt quedā corpo ris ſuperflua: ideo ſignificant ꝙ amor ſuperfluus tē poralium: & cura ipſorum debet ſollicitius reſecari. Et quia ex tali raſura coronatur caput: ſignificat ꝙ noſtrum ſacerdotium eſt regale & honorificum in ſimilitudinem chriſti regis & ſacerdotis. Significat etiam ꝙ pro magno honore & munere debet ani ma ſibi reputare adeo ꝙ ſic caput mentis ſue radat pro chriſto modo p̄dicto. Veſtitur autem paramē tis ſacramentalibus & nō ueſtibus cōmunibus: ut ſciat ꝙ in ipſo non communis: ſed celeſtis requiritur uita. Vnde & fortitudo pacientie in omni tentati one ſubſternitur in amicto quod caput & hume ros munit. Pulchritudo mundicie & ſāctimonie ad iungitur in alba: que in toto corpore & i omnibus ſēſibus eſſe debet. Que mūdicia nequaq̄ aptabitur menti nec corpori niſi fortiter cingatur & ſubciga



UVA. BHSC. IyR_070

tur diligenti cuſtodia ſenſus ſui:& totius appetitus animalis & exterioris hominis. Adiungitur manipulus quaſi ſcutum fidei quod opponat tentationibus inimici. Superadditur ſtola quaſi iugum dñi leue & ſuaue:quod in longum perſeuerantie uſq; ad finem uite debet protendi. Superadditur planeta latitudo charitatis que operit multitudinem peccatorum:& que omnium aliarum forma eſt uirtutũ: ut p hoc detur intelligi ꝙ in charitate dilatata debet ſacerdos accedere ad ſacra myſteria celebrãda. Et ꝙ debet habere ſanctorum prim memoriam que preceſſerunt in uite xp̃i exemplaritate cuius memoria ipſius calciatur affectus. Ideo in ſignum huius premiſſis omnibus debent calciamenta eſſe ĩ pedibus ſacerdotis de pellibus animalium mortuorum. Cũ autem hoc ſacramentum ſit memoriale paſſionis xp̃i:ut dictum eſt :ĩ quo xp̃s eſt ſacerdos & hoſtia: a quo nobis eſt omnis uirtutis influentia deriuata Idcirco per hec paramenta ſignantur xp̃i ludibria: ut ſacerdos ad altare accedens ſciat ſe crucifigendũ cum xp̃o:ut & ipſe tranſformatus in ipſum merito ſit hoſtia & oblator:unde & amictus ſignificat uelum quo in deriſionem xp̃s fuit uelatus. Alba ſignificat ueſtimentum album in quo ſibi illuſit herodes. Cingulum manipulus:ſtola diuerſa uincula q̃bus pluries fuit ligatus:planeta in qua communiter eſt aliquid purpureum uel ſericum & rubeum ſignificat chlamydem coccineam & ueſtimentum purpureum:in quo xp̃s fuit irriſus. Sic & flagellatura poteſt figurari in manipulo qui habet formam ſcutice. Non enim eſt inconueniens per idem plura ſignificari. Quia uero ep̃s excellenter tenet figuram & perſonam xp̃i:ideo preter hec pamenta habet ſandalia rubea:& cyrothecas cum anulo in q̃bus ſignificãtur pedum uulnera & manuum & rubricationes ſanguinis emanantis:habet & mitram in capite:In qua ſignificatur corona ſpinea uulnerans caput xp̃i:habet & baculum in quo arundo exprimitur:qua fuit xp̃i corpus percuſſum:ut ſic recognoſcãt ſacerdotes & ep̃i:ꝙ chriſti opprobriis adornantur. Quia uero ſicut tibi dictum eſt ſupra: cum de ſancte trinitatis myſterio ageretur:due ſunt alte radices ad omnia que ſunt fidei.ſ.ſentire de deo altiſſime & piiſſime.ideo in iſtis duabus radicibus ſacerdos prediſponitur anteq̃ ad altare accedat. De deo enim ſentit altiſſime charitas humiliata per recognitionem ſui:quod ſacerdos ſe ſẽtit habere dũ incipit a confeſſione ſue iniquitatis & indignitatis. Et timor proſternit niſi ſpes erigat: idcirco ſequit̃ charitas eleuata per fiduciam que de deo ſentit piiſſime dum ipſum non dubitat benignum remiſſorem offenſe:propter quod dicit in plena fiducia remiſſionis. Aufer a nobis cunctas iniquitates n̄ras. Et ſic poſtulans ſanctorum patrocinium qui in altari requieſcunt & qui regnant cum xp̃o dicit. Oramus te dñe p merita ſanctoꝝ. Oſculatur altare in ſignum pacis & confederatõis ſui cum xp̃o: ut iam unum cum xp̃o effectus tranquillus & quietus incipiat celebrare ſecluſis ab altari & ab eius mente oĩbus tumultibus diſtractiuis. Quia uero iſtud eſt ſacramentum totius diuini cultus & ritus fidei cõtetiuum:ideo circa iſtud ſacramentũ fit ꝑcipiũ cõiter totius eccleſie:unde ſacerdos:ſicut caput ẽ actor principalis:clerici ſunt miniſtri:& circunſtant omnes populi. Tria uero ſunt attendenda in ſacra miſſa.

Verba que proferũtur que debẽt proferri cum multa diligentia.

Geſtus & actus qui fiunt maxime a ſacerdote: qui debent attendi cum multa reuerentia.

Defectus qui contingunt ex noſtra infirmitate & miſeria:qui debent ſuppleri cum digna penitentia.

## De his uerbis que proferuntur in miſſa.

Itea primum attende ꝙ miſſa poteſt diuidi in preparationem:oblationem:conſecrationem:ſumptionem:& gratiarũ actionem Preparatõ durat uſq; ad offertorium. Oblatio uſq; ad prefationem. Conſecratio uſq; ad pater noſter: Sũptio uſq; ad poſt cõionem. Grãꝝ actio uſq; ad finem. Quia uero ſcriptum ẽ Eccle.xviii. Ante orõnem prepara aĩam tuã ideo premittitur preparatio quedam ad digne que ſequuntur agenda: Cuius ꝑparationis due ſunt partes ſecundum ꝙ duo principalia ſunt in nobis. Affectus.ſ.& intellectus. Primo igitur ꝑparatur affectus:& hoc quadrupliciter primo p laudis iubilũ:qa ſcriptũ eſt.p̃s.xlix. Sacrificiũ laudis honorificabit me:& illic iter quo oſtendam illi ſalutare dei. Hoc fit in introitu : quia ut in pluribus ſumitur de pſalmo.uel ſaltem cũ p̃s. cantatur. Quia ut dicit diony.iii.li.ãgelice hierarchie. p̃s.cõprehendũt p modũ.p̃s.& iubili quicq̃d in ſacra ſcriptura hiſtorice cõtinet̃. Secũdo p ſue miſerie gemitũ dũ miſericordia petitur:dicẽdo kyrieleiſon ter:pro perſona pr̃is. Ter xp̃el̃. pro perſona filii. Ter kyriel̃. p pſona ſp̃us ſci cõtra triplicem miſeriam.ſ.ignorãtie:culpe:& pene. Etiam ad ſignificandum ꝙ oẽs pſone trinitatis ſũt in ſe iuicẽ p eſſentie unitatẽ ſimplicitatẽ:& idiuiſibilitatẽ. Tertio fit per celeſtis glorie concentum:ad quam tendimus propter preſentem miſeriam:dicendo. Gloria in excelſis deo:que cantatur ſolum in feſtis : in quibus commemoretur gloria celeſtis. Intermittitur autẽ in officiis luctuoſis que ad commemorationẽ noſtre miſerie intorquentur. Quarto fit preparatio p orationis ſuſpirium:quam ſacerdos facit pro toto populo:ut digni habeantur tantis myſteriis que non debent eſſe multiplicate. Nam regulariter

UVA. BHSC. IyR_070

in feſtis duplicibus ſolum una dicitur prima colle cta. In aliis feſtis uel feriis cōmuniter tantū tres. In miſſis priuatis non debet numerus quinarius: uel ſeptenarius ſuperari. Secundo preparatur intel lectus per inſtructionem fidelis populi: quod ma xime eſt conueniēs: quia hoc ſacramentum eſt my ſterium fidei: unde & quia in hoc ſacramēto etiā ē collectio totius populi: propter quod cōmunio ſi ue grece ſynaxis nominatur. Fit autē hec īſtructio diſpoſitiue quidem per doctrinam prophetarum & apoſtolorum: que in eccleſia legitur per lectores & ſubdiaconos. Poſt quam lectionem a choro cā tatur graduale & alleluia: quod ſignificat ſpiritualē exultationem: uel tractus in officiis luctuoſis: qui ſignificat ſpiritualem gemitum. Alterum enim ho rum uel ambo conſequi debet in populo ex predi cta doctrina. Perfecte autē populus inſtruitur p do ctrinam in euangelio contentam: que a ſūmis mi niſtris legit̄. ſ. a diaconibus. Et quia chriſtus ī euan gelio loquitur tanq̄ diuina ueritas cui credimus ſe cundum illud Ioānis. viii. Si ueritatem dico uobis &c. idcirco ne more illorum īcredulorum inuenia mur rebelles. Finito euangelio cantat̄ ſymbolum fidei: in quo populus oſtēdit ſe per fidem doctrīe chriſti fore ſubiectum. Cantatur aūt hoc ſymbolū in feſtis illis de quibus fit mētio aliqua ī hoc ſym bolo. ſicut ī feſtis chriſti: Ac per hoc ī omnibus do minicis & beate uirginis & apoſtolorum: q̄ hāc fidē fundauerunt: & angelorum qui eam ſuggerunt: & fi deles cuſtodiūt: & ſancte crucis in qua noſtre fidei myſterium eſt completum. In aliquibus autem ec cleſiis cantatur in feſtis martyrum qui fuerunt hu ius ſancte fidei defenſores. Sed quia principalia fū damenta ſunt in apoſtolorum martyrio conſecuta idcirco rationabiliter ſancta mater eccleſia romana nullorum uirorum feſtiuitatibus: p̄ter apoſtolos & euā geliſtas: attribuit ſymbolū fidei decātandū. Fa cta prefatiōe ſeq̄tur ſecunda pars miſſe: que quidē uocatur oblatio: ubi duo agūtur. Primo laus popu li ī cantu offertorii: per quod ſiḡtur letitia offerēti um: & orō ſacerdotis petētis orōnem populi eſſe deo acceptā. Vnde primi Paralipo. ultimo. Dixit Dauid. Ego ī ſimplicitate cordis mei letus obtu li uniuerſa hec. & populū tuū qui hic reptus ē ui di cū ingēti gaudio tibi offerre donaria. Dn̄e deus Abraham & Yſaac & iſrael patrum noſtrorum cuſtodi ī eternum hanc uolūtatem cordis eorum &c. At tendat autem ſacerdos ea que dicta ſunt ſupra: ſcili cet ꝙ offerendo ſe coniungat chriſti charitati & ī tentioni in offerendo quaſi ſentiens ſe chriſtum: & in illo affectu in quo obtulit: ſciens ꝙ altare eſt ibi pro cruce: paramenta etiam pro preparatoriis paſſionis ut dictum eſt ſupra. Poſt oblationē ſequitur conſecratio: que quia ſupernaturali uirtu te agitur: ideo excitatur populi deuotio: ut ſur ſum feratur in deum prefatione. Et quia per cō ſecrationem uere ibi chriſtus in ſacramento eſt de us homo: cuius ſedes proprie eſt in celo: iuxta p̄s .x. Dominus in celo ſedes eius: ideo mouemur ſurſum habere corda & ad angelorum cōſortium eleuari. Vnde & reſpondet chorus. Habemus ad dominum: ne mendax uideatur. Finita prefa tione cantat ter Sanctus: quaſi uocibus angelicis ſociatus. In quo cantu laudatur chriſti deitas cum angelis & totius trinitatis quantum ad multipli cem commendationem trinitatis & unitatis: & re pletiue omnium maieſtatis. Laudatur etiam eius humanitas cum pueris iudaicis qui in die palma rum clamauerunt: Oſanna in excelſis: Benedictus qui uenit in nomine domini. Deīde ſacerdos con ſecrationem ſecrete peragit: in qua ſic procedit.

Primo quidem commemorat pro quibus hoc ſacrificum offertur. Et poſtea generalit̄ pro omni eccleſia: & pro his qui in ſublimitate ſunt conſtitu ti: pro quibuſdam poſtea ſpecialiter qui ſpecialiter offerunt: uel pro quibus offertur. Secūdo com memorat ſanctos quorum patrocinia implorat: & quorum meritis ſe coniungit: ut digne ſacrificium peragatur: cum dicitur: Communicātes & memo riam uenerātes. Et quia ſūmum quod poteſt habe ri in digna oblatiōe & conſecratione eſt coniungi chriſti hominis merito. Ideo in diuerſis chriſti ſo lēnitatibus actus illos ſacros commemorat quos in illis diebus chriſtus feciſſe refertur ut eis coniū ctus dignus huius ſacrificii hēat̄ miſter. Tertio petitionem condudit ꝙ oblatio pro quibus offer tur fiat ſalutaris: cum dicit. Hanc igitur oblationē: &c. Deinde quarto ad ipſam cōſecrationem ac cedit: in qua primo petit conſecrationis effectum cum dicit. Quam oblationem tu deus &c. Secū do conſecrationem peragit per uerba ſaluatoris: cum dicit. Qui pridie q̄ pateretur &c. Tertio ex cuſat preſumptionem per obedientiam ad chriſti mandatum cum dicit. Vnde & memores Quar to petit hoc ſacrificium peractum eſſe deo acce ptum: cum dicit. Supra quē propitiatio. Quin to petit huius ſacrificii & ſacramenti effectum. Et primo quidem petit intentiones & opera ſa crificantium diuino conſpectui preſentari: tanq̄ accepta grata & digna: & ſummo altari creatri cis eſſentie preſentari: cum dicit. Supplices te ro gamus omnipotens deus iube &c. Secundo pe tit iſtum effectum ſacramenti quo ad mortuos qui ſumere non poſſunt: cum dicit. Memento eti am domine. Tertio petit iſtum effectum ſacra menti quo ad ipſos offerentes: & quo ad totum populum: ut in uirtute ſacrificii iungantur meri tis ſanctorum cum dicit. Nobis quoq; peccato ribus: & ſic conſumatur conſecratio ſecreta.

Deinde agitur de ſumptione & receptione ſa cramēti. Et primo quidē fit ſpālis preparatio p ora tionē totius ppl̄i q̄ ē orō dn̄ica. In qua & pāis quo

UVA. BHSC. IyR_070

tidianus petit̃ ſecundū ſaluatoris preceptū:pp qđ
excuſat ſe & populum:ne ad preſumptionem repu
tetur quod tantum ſumunt ſacramentum.Prepara
tur etiam per ſpiritualem orationem qua ſacerdos
pro populo petit liberari ab oī malo:cū dicit ſecre-
to:libera nos queſumus domine. Preparatur eti-
am populus ad ſumptionem per pacem que datur
cum dicitur Agnus dei.Eſt enim hoc ſacramētum
unitatis & pacis.In miſſis autem defunctorum in
quibus hoc ſacrificium offertur:non pro pace ſed
pro requie mortuoꝶ pax intermittitur. Deinde
perceptio & ſumptio ſequitur ſacramenti prius hu
miliato ſacerdote per orōnes preambulas & coniū
ctas xp̄i paſſioni & morti p affectiones tranſforma
tiuas que in ipſo ſacerdote debent formari: tam ex
uerbis que dicunt̃ in ipſis orationibus in quibus
fit mentio de pace relicta p teſtamento diſcipulis
de morte uiuificatiua & effuſo ſanguine p noſtris
peccatis:q̃ etiam ex aſpectu ſacramēti in quo ſenſi-
biliter repñtatur xp̄i paſſio & mors:dum aſpicit ſā
guinem ut effuſum & a corpore ſeparatum per ſe
ſanguinem in calice & chriſti corpus ut mortuū ex
alio latere:licet ſecundū rei ueritatē totus chriſtus
uiuus & īmortalis ſit ſub utraqꝫ ſpē.Sacerdote autē
refecto per ſacramentū poſtmodū aliis cōicandis
diſpenſat:quia ut dicit diony.iii.li.angelice hierar-
chie.Qui aliis diuina tradit primo debet ipſe parti
ceps fieri. Vltimo aūt tota miſſe celebratio ī gra
tiaꝶ actione finitur:populo exultāte pro ſumptio
ne myſterii:quod ſigt cantus poſt cōem: & ſacer-
dote p orationem gratias referente. Sicut & cena
celebrata:chriſtus cum diſcipulis dixit himnū: uñ
& diaconus ppl'm licentians dicit.Ite miſſa ē.ſ.ho
ſtia filii dei a deo patre miſſus eſt:in nobis in ſācto
quod ſumpſimus ſacramēto. Et ipſa eadem hoſtia
uobis a deo data:miſſa eſt deo in ſancto ſacrificio
quod conſumauimus & ſibi miſimus per ipſum
ſacerdotem:tanq̃ p dignum āgelum deferentem:
pp quod & tota celebratio huius ſacrificii miſſa dr̃.
In officiis autem luctuoſis nō dr̃. Ite miſſa eſt: ſed
tm̄ Benedicamus dño:ut p hoc oſtendat̃ ꝙ diuer-
ſimode format̃ affectus:dū ſublimia xp̄i magnalia
& ſāctorum gloriam celebrat.Et dū ſub ſua ul' alio
rum miſeria in gemitu lamentationis ſuſpirat: pp
quod uidere potes rationem:quia omnia leta in ta
libus officiis omittuntur. Licet autem hoc ſacra-
mētū paucis uerbiſ cōficiat̃: quia pauca ſunt uerba
forme:tñ omnia iſta alia ſunt addita ī canone miſſe
ad preparationem populi & reuerentiam ſacrificii.
Et ipſe canon miſſe qui pertinet ad conſecrationē:
traditus eſt nobis ſolēniter ab apoſtolis qui ſic tra
diderunt ſicut formam habuerunt a xp̄o: & ſic ad
memoriam eorum fuit reductum ſpū ſancto inſpi
rante:unde licet alia contineātur ibi que a nullo ex
primuntur euangeliſta:nō ideo debet aliquid omit
ti:quia non eſt minus auctenticum quod ab ipſo
petro apoſtolorum principe eſt eccleſie traditum:
q̃ id quod eſt ab euangeliſtis tranſſcriptum: cum
ex eius auctoritate euangelia ſint recepta. Circa
autem illa que dicuntur debes attendere:ꝙ quedā
dicuntur a choro que pertinent ad totum populū:
quorum quedam chorus inchoat:& illa ꝓſequitur
.ſ.que ſignificant id quod communiter toti popu
lo inſpiratur.Quedam uero populus proſequitur
ſacerdote inchoāte:qui eſt princeps miſterii & dux
ſacri officii.In ſignum ꝙ talia peruenerunt ad po-
pulum ex ſola reuelatione diuina.Et quia firma ad
heſio fidei:& gloria maieſtatis dei ſunt in nobis ſo
lo deo interius reuelante & faciente: ideo ſacerdos
inchoat ſymbolum fidei & gloria in excelſis:quaſi
dicat ſacerdos. Iſta nec ſciremus nec cognoſcere-
mus ex nobis:ſed ipſe deus reuelat nobis:cuius ui
cem fungor iſta inchoando.Quedam uero dicun
tur per miniſtros tantū:ſicut doctrina noui & uete
ris teſtamēti:in ſignum ꝙ per miniſtros adeo miſ
ſos eſt hec doctrina populo nunciata.Quedam ue
ro ſolus ſacerdos proſequitur:que ſcilicet ad propri
um ſacerdotis officium pertinent. Sicut orationes:
ſacrificium:oblatio:& conſecratio.Et ideo illa que
dicenda ſunt circa hoc:occulte a ſacerdote dicūtur:
tum ut oſtendatur ꝙ populus non attingat: tum
ut oſtendatur ꝙ circa chriſti paſſionem que in
hoc figuratur diſcipuli non niſi occulte confiteban
tur.In omnibus autem que ſacerdos dicit:ſiue pu-
blice ſiue priuate:primo excitat populum ipſum
ſalutando & benedicendo:cum dicit Dominus uo
biſcum:& in fine expectat eius aſſenſum ut reſpō
deat.Amen.Et ideo in his que ſecrete dicuntur:pu
blice premittit.Dominus uobiſcum & oremus.Si
cut poſt euangelium.Et ſubiungit in fine alte: Per
omnia ſecula ſeculorum.Et ideo ſacerdos ſemper
loquitur in plurali orando:quia ipſe tota eſt eccle-
ſia.In his uero que dicit poſt Agnus dei que ſpe-
ctant ad preparationem ſui ad recipiendum ſacra-
mentum loquitur in ſingulari & hoc chriſto pre-
ſenti:unde nec ibi preſalutat populum: nec expe-
ctat eius reſponſum. Attende autem ꝙ ſacerdoſ
demonſtratur tenere perſonam chriſti qui ſe offe-
rebat pro nobis ſacrificium deo patri:& ipſum pro
nobis orat.Ideo in toto canone communiter ſacer
dos alloquitur deum patrem obſecrans per illud
ſacrificium ſibi & populo fore placatum. Tunc ue-
ro poſt agnus dei ſacerdos conuertitur ad alloquē
dum chriſtum preſentem ut per hoc oſtendat ipſū
eſſe non ſolum ſacrificium quod offertur: ſed de-
us cui offertur:unde & ip̄e ſacerdos ipſum colit cul
tu latrie ſub ſacramento:cum eum alloquitur di-
cens.Domine ieſu xp̄e filii dei uiui. Attēde autē
ꝙ in ſecreta quando ſacerdos orat ut nobis fiat cor
pus & ſanguis dilectiſſimi filii tui nō ītēdit orare p
pter dubitationē ut fiat ſacramentū cōpletum pp
ꝓlationē forme uerborū a ſacerdote cum intentio-

UVA. BHSC. IyR_070

ne conficiendi ſuper debitam materiam. Sed orat
ut talis confectio fiat nobis fructuoſa:quia bene
poſſet ſacramentum rite compleri cum dãno offe
rentis & populi: unde ſignanter dicit. Fiat no
bis corpus & ſanguis: unde & premiſit Quam
oblationem facere digneris benedictam.i. ſecun-
dum Aug.p quã benedicimur:p gratiã aſcriptã.i.
p quã in celo aſcribimur.Ratã.i.per quã in xp̃i ui-
ſceribus eẽ cenſeamur.Rationabilẽ.i.per quã a be
ſtiali ſenſu exuamur.Acceptabilẽ.i.q nobis ip̃is di
ſplicemus:p hãc acceptabiles unico filio ſimus.
Nõ eẽt ãt icõueniẽs ẽt ſi i hoc & multis aliis peta
mus:quod idubitãt fieri certi ſumuſ:ſicut & xp̃ſ lo
an.vii.petit ſuã clarificationẽ:quã tñ fieri nõ dubi
tabat.Et nos docuit xp̃s in orõne dñica pricipales
petitiões peti:q̃s ipoſſibile ẽ impediri:ſicut ſãctifi
cari nomẽ dei & uolũtatẽ eius fieri. Licet autẽ
iſtud ſacramẽtũ preferat ex ſeipſo oĩbus antiquorum
ſacrificiis tãq̃ ueritas figure & corpus ũbre:tamen
ſacrificia antiquorum patrum fuerũt deo acceptiſſima
ex eorum deuotiõe.Inter quos pricipatũ tenere uidẽ
tur tres q cõnumerãt i canone. Abel rõne oblõis
primarie & patiẽtiſſime occiſiõis:quã ſuſtinuit ab
ĩpio fratre i figura xp̃i occiſi ab ip̃a gẽte.Abrahã ra
tiõe primatus fidei:qr ſibi primo i ſcriptura d xp̃o
icarnato facta ẽ repromiſſio & multiplici alio p̃ui
legio fidei ſue:q etiã in ſuis ſacrificiis acceptiſſimuſ
deo fuit & maxĩe in imolatiõe filii:i quo typũ te-
nuit dei p̃ris.Melchiſedech cuius ſacerdotium ſũ-
mum dicitur:ut dictum eſt ſupra. Et ideo ne mi
niſter huius ſacrificii:quia uere chriſtũ conſecrat:
ſeipſum preſumptione erigeret ſuper eos quibus
hec gratia non eſt data:humiliatur ut pateat ſuam
deuotionem a deo acceptari ad ſimilitudinem de
uotionis illorum patrum non q intendat petere
q immolatio corporis chriſti fiat eo modo acce-
pta quo ex parte ſacrificii erat ſibi accepta immo-
latio animalis. Quando autẽ ſacerdos dicit.Iube
hoc fieri &c.Non debet eſſe intentio ſacerdotis q
petat ſpecies ſacramentales ferri in celum:nec cor-
pus chriſti uerum quod ibi eſſe non deſinit:ſed pe
tit hoc pro corpore miſtico in illis ſpeciebus ſigni
ficato:ut ſcilicet orationes & affectus populi & ſa-
cerdotis angelus aſſiſtens diuinis myſteriis deo re
preſentet. Licet enim poſſet appropriate dici de
angelo qui eſt cuſtos ſacerdotis offerentis:non ta
mẽ opportet ſic ad unum angelum orationem re
ſtringi:ſed nomine angeli poteſt intelligi celeſtis
exercitus qui eſt charitatiue unus qui circa miniſte
rium deuote aſſiſtit. Sicut enim dicit Ambroſius
In hora immolationis aperiuntur celi:deſcendunt
angeli qui ibi aſſiſtunt tam ad memoriam preſen-
tis domini:q̃ etiam ad adiutorium efficax recolle-
ctionis cordis:tam ſacerdotis q̃ populi ad reueren
tiam ſacramenti:& ad impediendum malitiam im
pugnantis aduerſarii. Poſſet etiam dici iſte an
gelus qui tam ſacerdotis mentem q̃ eccleſiaſticam
unionem petitur in ſublime deferri eſſe ieſus chri
ſtus qui eſt angelus magni conſilii:cuius eſt ſpeci
aliter officium totum corpus eſſe ſibi per ſumpti-
onem ſacramenti ſpecialiter coniunctum in ſubli
me deferri. Sublime autem altare dei dicitur uel
ipſa eccleſia triumphans: in cuius medio transfer
ri petimus: uel ipſa superſumma trinitatis eſſen-
tia: cuius participationem petimus. De quo alta
ri dicitur Exodi uigeſimo. Non aſcendes per gra
dus ad altare meum:quia in trinitate.Sed tote tres
perſone coeterne ſibi ſunt & coequales.Et iſta ſuf
ficiant de primo:ſcilicet de his que dicuntur.

### De actis qui fiunt in miſſa

Irca uero geſtus & actus qui fiunt a ſacer-
dote: ſicut manuum extenſio: ſignatio:
& alia huiuſmodi. Sciendum eſt q que-
dam fiunt in hoc ſacramento pertinentia ad repre
ſentationem paſſionis chriſti: quedam ad ſignifi-
cationem corporis miſtici: quedam ad deuotio-
nem & reuerentiam huius ſacramenti.Ad memo
riam ſacramenti ſpectat modus ſtandi ipſius ſacer-
dotis: qui communiter ſtat manibus mediocriter
extenſis & eleuatis in typum chriſti crucifixionis.
Iungunt aliquando manus ad deſignãdum deuo
tam recollectionem mentis & cordis:qua & oran
do ipſe totus debet ferri in deum: & quam etiam
ipſe chriſtus ſe obtulit in ſacrificium deo patri.
Ipſa etiam crucis ſignatio ſingulariter in hoc my
ſterio iteratur ad exprimendam paſſionem & cru-
cem in qua iſtud ſacrificium fuit immolatum.
Vnde & breuiter tibi reddam rationem unam de
omnibus crucibus que fiunt in celebratione hu-
ius ſacramenti. Debes autem ſcire q conſecratio
huius ſacramenti: & acceptatio ſacrificii & deuo-
tio offerentis: & fructus eius in omnibus eccleſie
membris procedit ex uirtute chriſti in cruce paſſi:
& immolati pro nobis a quo habemus iſtud ſacri
ficium ut oblatonem & donum: & ut ſacramen-
tum.& omnibus modis quibus dictum eſt ſupra.
Et ideo ubicunq fit mentio de aliquo horum:ſa-
cerdos crucis ſignatione utitur:ut per hoc chriſti
paſſio ſibi amplius imprimatur:i quam debet trãſ-
formari offerẽdo: ut hec ſibi ſciat & eccleſie i cruce
fore collata Ne aũt preteriſſe uideamur tot cru-
ces que fiũt:attende q in ipſis crucibus xp̃i paſſio
ſicut gradatim fuit facta:ita & in his quibuſdã gra
dibus configurat. Quorum primus fuit traditio fa
cta a iuda iudeis:quod ſignificãt proprie cruces ſu
per illa uerba.Hec dona:hec mũera:hec ſancta ſacri
fi. illib.Ex illo enim maleficio quo traditus eſt no
bis a patre i donũ:munus & ſacrificiũ benigne do
tatus. Secũdo i iſta traditiõe fuit pactio:traditio
uenditio & emptio:ac precii ſũptio:ex quibus xp̃s
uidet factus eẽ iudeorum ad occidendũ i morte cu-
ius pactiõis maleficiũ deus uertit in nobis bonũ
finẽ firme traditiõis & poſſeſſiõis iſtiuſ bñdicte ho
ſtie nos ad benedicẽdũ diuina natura ſpirituali &

UVA. BHSC. IyR_070

corporali:quaſi triplici denario nobis dato. Quod
ſignificat precium uenditionis triginta denarioꝝ.
Ad quod deſignandum fit iterum triplex ſignatio
ſuper illa uerba. Benedictam:aſcriptam:ratam.
Ad deſignandam autem malitiam proditoris
qui nec humilitate obſequii quo ſibi pedes lauit:
nec beneficio amoris oſtenſi quo ſibi corpus ſuū
tradidit: potuit reuocari. Fit iterū duplex ſignatio
ſuper illa uerba:ut nobis corpus & ſanguis fiat dile
ctiſſimi non quo ad ſimilitudinem illius impii.
Tertio fuit ipſa paſſio xp̄i figurata in ipſa conſe
cratōe ſacri in cena. Ad qđ deſignādū fiūt due cru
cis:una ī cōſecratiōe corpis:alia ī cōſecratōe ſāguiſ
ubi utrobiꝗ dicit̄. Bn̄dixit. Quarto fuit xp̄i paſ
ſio pacta per quinꝗ plagas in cruce receptas. Ad
quod rep̄ntandum fit quintuplex crucis ſignatio
ſuper illa uerba:hoſtiam purā:hoſtiā ſcām:hoſtiā ī
maculatā:panem ſanctū uite eterne:& calicem ſalu
tis perpetue. Quinto rep̄ntatur dura extēſio cor
poris & effuſio ſanguinis:& fructus paſſionis p tri
nam crucis ſignationem:que fit ſuper illis uerbis.
Corpus & ſanguinem ſumpſimus. Sexto rep̄n
tatur triplex ōro quam fecit in cruce:unam ꝓ pſe
cutoribus cū dixit:paṫ ignoſce illis. Secūdā ꝓ libe
ratiōe a morte:tam ſua:q̄ oīum electoꝝ:cum dixit
Deus meus ut quid dereliquiſti me. Tertiam pro
adoptione glorie ꝓ omnibus electis ſuis:quos ꝓ
prium ſpiritū noīauit:cum dixit. Pater in manus tu
as comēdo ſpm̄ meum. Et ad hoc ſignificandum
fit trina crucis ſignatio ſuper illa uerba. Sanctificaſ:
uiuificas:bn̄dicis. Septimo rep̄ntantur tres hore
quibus pepēdit in cruce.ſ.a ſexta uſꝗ ad nonam.
Et ad hoc ſignificandum fit iteꝝ trina crucis ſigna
tio: ad illa uerba.ſ. Per ipſum cum ipſo: & in ipſo.
Octauo ad rep̄ntandum mortem in qua due p
tes gratie humanitatis ſunt ab inuicē ſepate.ſ.cor
pus & aīa:non a diuinitate. Et ad hoc ſignificandū
fiunt due cruces ſubſequentes extra calicem:cū dr̄.
Eſt tibi deo p̄ri &c. quia in charitate mortis xp̄i eſt
oīs gloria dei quā habet ab humana natura. No
no ne credat̄ remanſiſſe xp̄m in morte:fit rep̄ntatō
reſurrectiōis xp̄i tertia die p tres cruces que fiūt ad
illa uerba:pax dn̄i ſit ſemp uobiſcū. Vnde & ſignū
pacis fcē in eius morte:mortis uulnera ſeruauit in
gl̄ioſa carne. Quod autē ſacerdos quīquies ſe uer
tit ad ppl̄m ſiḡt ꝙ quinquies ſe manifeſtauit ī die
paſcatis glorioſe reſurgēſ. Salutat āt ppl̄m ſacerdoſ
ſe reuoluēs ad ip̄m:in ſignū ſalutaris bn̄dictionis
quā xp̄s attulit reſurgēs a mortuis:cū dixit pax uo
bis. Et quia ep̄s ut dictū ē principalius xp̄i rep̄ntat
pſonā:iō ſolēniter celebrās ī feſtis ī p̄m a ſalutatōe
q̄ ſe uertit ad ppl̄m dicit pax uobis. Ablutio uero
digitoꝝ:& thurificatio incēſi nō ponūt̄ hic ſicut ce
rimoniales obſeruantie iudeoꝝ. Sed quia iſta lr̄alr̄
ſpectant ad reuerētiā ſacramēti:p̄mo quidē de ablu
tione:qa xp̄s ſp̄aliter ſub ſpēbus tractat̄: non niſi
mundis & lotis manibus debet tractari. Secundo
pp ſiḡtionē:quia ut diony. dicit.iii.c. eccl̄iaſtice hie
rarchie. Extremitatū ablutio ſignificat emēdatōnē
etiā a minimis pccīs:& ab ipſis fantaſmatibus cor
dis. Ipſa uero thurificatio ptinet ad ſacīm dupl̄r:p̄
mo lr̄alr̄:ut p bonū odorē depellat̄ ſiqđ praui feto
ris in loco fuerit quod poſſit ꝓuocare horrorē. Se
cūdo ſp̄ualiter ad rep̄ntandū effectū gr̄e: quia ſcm̄
ſacrificiū ē deo p̄ri odoriferꝝ. Sicut de ſacrificio noe
dr̄ gen̄. viii. Odoratus eſt dn̄s odorē ſuauitatis. Et
xxvii. capi. Ecce odor filii mei ſicut odor agri pleni
cui bn̄dixit dn̄s:un̄ ipſa thurificatio ſignificat odo
rē nō tm̄ ſacrificii:ſed etiā ſolēnitatē illius diei ī cu
ius honore ſacrificiū celebrat̄. Que qdē figurata fu
it in thymiamate ueteris teſtī. Et qr oīs gr̄e odor p̄
mo ē ab ipſo ieſu:& in ipſo ieſu:& ab eo deriuatus
ad fideles officio miniſtroꝝ:ſecūdū illud. ii. Cor. ii.
Odorē notitie ſue ſpgit p nos in oī loco. Idcirco
fit thurificatio altaris:p quod xp̄s ſignificat̄:deīde
thurificant̄ p ordinē oēs. Et quia in magnis ſolēni
tatibus debemus deo ſingulariter offerre icēſū cor
dis deuoti quaſi p hoc ſignificātes nos ſentire ī il
lis feſtis quaſi ī qbuſdā odoribus ſuauitatē patrie.
Ideo in p̄ncipalibus horis:matutīo miſſa:& ueſpis
fit incēſatio ſuauis odoris quaſi matutinū ſacrificiū
& ueſptinū. Inclinatōes aūt quas facit ſacerdos ī
miſſa:ſignificāt hūilitatē obedīe & reuerētiā ex qua
paſſus ē xp̄s:& quam debet ſacerdos in ſacramēto
ſētire. Digitos aūt iūgit poſt cōſecrationē.ſ. pol
licē cū indice:quibus corpus cōſecratū tetigit ut nō
diſpgat̄ ſi qđ forſitā digitis adheſit. Quod ptinet
ad reuerētiā ſacri. Cū enī in qualibet pticula ſit to
tus xp̄s multū debet eſſe ſollicitus ſacerdos ne ī tā
gendo:uel frāgendo:uel ſumēdo:uel aliis diſpenſā
do aliqua pticula depeat uel remaneat ſup corpali:
uel patena:uel calice:uel quod pnicioſius eſt alibi
cadat:unde ſacerdos qui talia nō pōt diſcernere:de
bet a celebratiōe arceri. Fractio uero hoſtie ſigni
ficat tria. Primo qdē ipſam diuiſionē & fractionem
corporis xp̄i factam in paſſiōe p uulnera. Secūdo
diſtinctiōnē corporis miſtici ſecūdū diuerſos ſta
tus & officia. Tertio diſtributionē gratiarum ꝓce
dentiū ex paſſione & ſacramēti efficacia. Significat
aūt ſicut dicit. Sergius papa de cōſe. di. ii. c. trifor
me eſt corpus domini. Pars ī calice miſſa corpus
xp̄i quod iam reſurrexit:demonſtrat.ſ. ipſum xp̄m
& btām uirginem. Et ſi qui alii ſunt ſancti in glo
ria cum corporibus glorioſis. Pars comeſta & ſicca
& dentibus trita ſignat corpus chriſti peregrinū ui
uens & ambulans ſuper terram:quia.ſ. uiuentes in
terra:ſicci ſunt adhuc ab ubertate domus dei:& paſ
ſionibus conterunt̄. Pars in altari uſꝗ in finem re
ſeruata ſignificat corpus chriſti quo ad illos quoꝗ
corpora remanent in ſepulchris:uſꝗ ad reſurrectō
nem finalem:quorum tamen anime ſunt in purga
torio:uel in celo:hic tamen ritus non ſeruatur mō
.ſ.ꝙ una pars ſeruetur in fine miſſe:nihil tamen de
perit ſignificationi quia utraꝗ pars ſicca ſumitur
& teritur & ſignificat quod tam uiuentes: quam il
li qui ſunt in purgatorio. Vel ad minus quorum

UVA. BHSC. IyR_070

teruntur. Significationem prepoſitam quidā me
trice ſcribit dicēdo Hoſtia diuiditur ī partes: tin
cta beatos plene ſicca notat uiuos:reſeruata ſepul-
tos. Aliquibus tamen uidetur ꝙ pars in calice
miſſa ſignificat eos qui uiuunt in mūdo:qui ſunt
calici paſſionis immiſſi. Pars autem extra cali-
cem reſeruata ſignificat plene beatos quantum ad
animam & corpus. Pars comeſta ſignificat terti
os. Per calicem enim duo poſſunt ſignificari.
Vno modo ipſa paſſio:iuxta illud Luce uigeſimo-
ſecundo. Pater ſi uis tranſfer hunc calicem a me.
Alio modo beata fruitio:ſecundū illud ṗs.xxii.
Calix meus inebrians q̄ preclarus eſt. Et ideo poſ
ſunt in talibus diuerſe ſignificationes aptari. Et
attende ꝙ pars in calice miſſa:nullo modo poteſt
populo dari in ſupplemento communionis: quia
panem intinctum non porrexit chriſtus niſi iu-
de proditori:licet illa buccella intincta non fuerit
corpus chriſti. Quod autem poſt ſumptionem
ſanguinis ſacerdos ſumit uinum non conſecratū:
& lauat manus: ſpectat ad reuerentiam ſacramen-
ti:ut.ſ.humor ille ſpecierum ſāguinis abluatur ab
ore:& manus lauētur:ne quid adhereat de reliquiiſ
ſacramenti.

De defectibus qui poſſunt euenire
in celebratione miſſe.

Irca tertium autē ideſt circa defectus qui
poſſunt occurrere ex infirmitate & negli-
gentia in miniſterio huius ſacramenti:de
bes notare ꝙ dupliciter talibus defectibus poteſt
occurri. Vno modo ſollicite attēdendo facere oīa
debito modo & ſine defectu ſecundum ritum ab
eccleſia inſtitutum. Vnde maximum periculum ē
negligentem eſſe circa tanti myſterii celebrationē
ſiue ex parte ſacerdotis ſiue miniſteriorum. Vnde
aliqui uolūt dicere(quod ſatiſ eſt durum)ꝙ omnis
negligentia omiſſioniſ circa celebrationem huius
ſacri myſterii propter ſui ſummam reuerentiam ē
mortale peccatum. Licet autem durum ſit de om
ni omiſſione hoc dicere: tamen ſi quis omitteret
ea que ſunt de integritate ſacramenti:non eſt dubi
um ꝙ eſſet mortale. Et etiam ſi quis de induſtria
omitteret ritum ab eccleſia inſtitutum : maxime
circa principalia. Sicut eſt celebrare ſine paramen-
tis debitis & uaſis & ſine principalibus officiis ca
nonice inſtitutis::epiſtola & euangelio & ſimiliū:
& non admiſcendo aquam uino ante conſecratio-
nem bene credo ꝙ in talibus ex induſtria obmiſſi
peccatum incurratur mortale :quia hoc ſine contē
ptu non fieret:pro qualibet autem leui omiſſiōe
ex humana infirmitate que ſepe non poteſt omni
um recordari:& multum intenta uni : obliuiſcitur
alterius:non credo animam debere ad mortem dā
nari : licet multum omnis negligentia hic debeat
reprehendi. Iſte ergo eſt optimus modus occur-
rendi defectibus:ſcilicet precauere ne ueniāt Ali
us etiam modus eſt poſtq̄ defectus accidit:prout ē
poſſibile ſalubriter emendare. Defectus autem
poteſt accidere multipliciter. Primo ex parte mini
ſtri:puta ſi infirmetur:uel moriatur ante completi
onem ſacramenti. Vbi nota ꝙ ſi ante conſecra
tionem corporis chriſti aliquod impedimentum
occurrit miniſtro : non opportet ꝙ per alium ſup
pleatur: quia adhuc nihil factum eſt. Si uero
poſt inceptam cōſecrationem: puta cōſecrato cor
pore:ante conſecrationem ſangīs uel ēt poſt con
ſecrationem utriuſqȝ:debet miſſe celebritas per ali
um ſacerdotem ſuppleri. Omnes enim unum ſu
mus in chriſto. Et ideo omnes ſacerdotes in tali ca
ſu tenent perſonam unius miniſtri:& ideo ne ſa-
cramentum ſit uel ſacrificium incompletum ꝑ ali-
um compleri opportet. Abſqȝ autem tali cau-
ſa ſi quis ex negligentia dimitteret myſteria incō-
pleta:non ſolum mortaliter peccat:ſed etiam ſen-
tentiam excommunicationis incurrit. Sicut habe-
tur ſeptima queſtione prima capitulo Nihil : & eſt
ſtatutum concilii toletani. Alio modo poteſt
eſſe defectus ex parte miniſtrantium : ut ſi offera-
tur calix cum uino ſine aqua. Et ideo ſi ſacerdos
ante conſecrationem ſanguinis : etiam poſt con-
ſecrationem corporis percipiat aquam non eſſe
in calice : debet ſtatim apponere & conſecrare: &
in miſſa procedere : quia appoſitio aque ut di-
ctum eſt non eſt de neceſſitate ſacramenti: debet
tamen puniri ille ex cuius negligentia contingit.
Nullo autem modo debet aqua uino conſecrato
miſceri : quia ſequeretur corruptio ſacramenti pro
aliqua parte ut dictum eſt ſupra. Si uero percipi-
at poſt uerba conſecrationis ꝙ uinum non fuit
poſitum in calice :ſi hoc percipiat ante ſumptio-
nem corporis: debet deponi aqua ſi ibi fuerit : &
accipi uinum cum aqua modo conſueto : & de-
bet ſacerdos reſumere uerba canonis : incipiendo
a conſecratione ſanguinis ibi. Simili modo po-
ſtea q̄ &c. & totum compleatur:ſicut ſi antea non
percepiſſet ultra iſtum punctum in miſſa. Si ue
ro perceperit poſt ſumptionem corporis: puta ſi
uolendo ſumere ſanguinem aquam ſenſerit: de-
bet aliam hoſtiam nō conſecratam accipere: & ui
num cum aqua in calice ponere : & conſecrare to-
tum de nouo ſacramentum in duplici ſpecie: & ri-
te ſacrificia conſumare. Si enim inciperet a con
ſecratione ſanguinis : & nō haberet hoſtiam con-
ſecratam : uerba non competerent ſacramento: &
debet poſtea totum ſumere modo conſueto:quia
perfecta non poſſunt dici ſacrificia niſi perfecto or
dine compleantur: ſicut dicitur in predicto capitu
lo concilii toletani. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ prius
ſumpſit aquam que erat in calice:quia preceptum
de perfectione ſacramenti maioris eſt ponderis:
q̄ preceptum ꝙ hoc ſacramentum ſumatur a ieiu
niis. Vnde in tali caſu debet tale ſecundū preceptū

UVA. BHSC. IyR_070

omitti propter primum. Similiter ſi poſtq̄ ſa-
cerdos proceſſit in celebratõne miſſe:recolat ſe ali-
quid ſumpſiſſe in illa die debet conteri & ualde
dolere:ſed tamen inchoata myſteria rite complere.
Si autem ſacerdos non recolat ſe dixiſſe aliqua
eorum que dicere debuit non debet ex hoc mente
turbari.Non enim qui multa dicit: recolit omniũ
que dixit:niſi forte in dicendo aliquid apprehẽde-
rit ſub ratione iam dicti.Sic enim aliquid efficitur
memoriale & fit obiectum memorie inquantum
accipitur ſub ratione preteriti:a cuius tñ memoria
impeditur ex multa attentione eorũ que dicit ut ſi
quis attente cogitet illud quod dicit non tñ cogi-
tet ſe dicere illud:non multum recolit poſtea ſe di
xiſſe.Et ideo non poteſt eſſe ſcrupuloſus ſacerdos
in examinando ſeipſum & luctando ĩtra ſe.d.forte
dixiſti:forte ñ dixiſti ſed ſp̄ ſuppõere dẽt ſe dixiſſe:
niſi oĩno certus eẽt plene ſe ñ dixiſſe quod raro cõ
tingit. Ex ipſo enim uſu proferendo uerbo cano-
nis debet ſupponere ſe ea debite dixiſſe ſiue protu
liſſe. Si uero conſtet ei aliqua probabiliter omiſiſ
ſe:que non ſunt de neceſſitate ſacramenti:non eſti-
mo ꝙ debeat reſumere ĩmutando ordinem ſacrifi-
cii:ſed debet ulterius procedere:ac ſi nihil eſſet. Si
uero certificetur plene ſe omiſiſſe aliquid eorum q̄
ſunt de neceſſitate ſacramenti.ſ.formam conſecra-
tionis:cum forma ſit de integritate.Sicut & mate-
ria:idem uidetur faciendum quod dictum eſt in de
fectu materie:ut ſcilicet reſumatur a forma conſe-
crationis:& per ordinem reiterentur dicta:ne mu-
tetur ordo ſacrificii:ita tamen ꝙ forma ſuper eadem
materia nullatenus iteretur. Vbi autem ẽ dubitatõ
quod ſolet accidere conſcientiis ſcrupuloſis & obli
uioſis:debet argui ꝙ ſit dictum illud quod eſt de
neceſſitate maxime ex ordine loquendi uerborum:
ut dictum eſt ſupra.Et quia non eſt ueriſimile ꝙ il
lud ſolum omiſerit:& ad alia uenerit: & ideo talis
debet a ſe huiuſmodi cõſcientiam repellere:qr ſepe
eſt tentatio ab hoſte talis lucta ut impediatur deuo
tio ſacramenti.Et ſicut dictum eſt ſupra. Sepe ma-
gna dicentis attentio memoriam impedit nec eſt
per hoc minus dictum. Similiter:quando multe
hoſtie conſecrantur:& una ſola accipitur in manu a
ſacerdote:non propter hoc alie minus conſecrant':
eſto ꝙ tunc actu non cogitauerit de eiſdem:licet.n.
ualde decens ſit ꝙ intentio feratur tunc ſuper ma-
teriam conſecrandam:non eſt autem omnino ne-
ceſſarium propter labilitatem noſtre attentiois ſed
ſufficit habitualis attentio & intentio continuata:
& non interrupta per actum contrarium illi actui:
quo primo poſuit hoſtias & eas obtulit cum inten
tione conſecrandi. Si autem contingat uel pro-
pter frigus uel propter negligentiam ſacerdotis:ꝙ
tota hoſtia cadat in calicem ante fractionem:uel in
fractione:uł quõlibet aliter:non propter hoc omit
tat procedere:& omnia dicere que dicere debet: qa
fractio hoſtie:& ꝙ una pars mittatur in calicẽ:ma-
gis reſpiciũt corpus myſticum ut dictum eſt ſupra
ſicut & admixtio aque ſigt populum.Et ideo ho-
rum pretermiſſio non facit imperfectionem ſacrifi
cii:ut propterea ſit neceſſe aliquid iterare circa cele-
brationem ſacramenti.Eſt tamen dure negligentia
punienda. Si autem quod doloroſum eſt relaxa
tione contingat ꝙ per negligentiam ſacerdotis ef-
fundatur ſanguis:uel ꝙ ſtillet alibi. Sic eſt procedẽ
dum ut habetur de conſecratione:di.ſecunda:ex de
creto piiꝰ pape.Si per negligentiam ſtillauit de ſan-
guine in tabula que terre adheret:lingua lambatur
& tabula radatur.Si uero non fuerit tabula:ſed ter-
ra conſulo ꝙ lambatur quantum poteſt:& igne cõ
buratur ſiue raſura tabule:ſiue terre & cinis intra al-
tare condatur:& ſacerdos.xl.diebus peniteat.Si aũt
ſuper altare ſtillauerit miniſter ſorbeat:& tribus die
bus peniteat.Si ſuper lintheum altaris: & ad aliud
lintheum ſtilla peruenerit:quattuor diebus penite
at.Si uſqꝫ ad tertium:nouem diebus peniteat:& lin
theamina que ſtilla tetigit:tribus uicibus lauet mi
niſter in illa parte ubi ſanguis ſtillauit:calice ſubtus
poſito:& aqua ablutionis ſumatur: & iuxta altare
recondatur:melius tamen eſſet ſi ſumeretur in po-
tu a miniſtro:niſi propter abominationem dimit-
tat. Quidam autem ulterius partem illam linthea-
minis ĩcidũt & comburunt & cinerem in altari:uł
in ſacrario reponunt. Subditur autem ibidem ex
penitentiali bede preſbyteri.Si quis per ebrietatem
uel uoracitatem euchariſtiam euomerit quadragin
ta diebus peniteat ſi laicus eſt. Clerici: uel mona-
chi diacones ſeu preſbyteri octuaginta diebus
peniteant: Si autem infirmitatis cauſa euo-
merit: ſeptem diebus peniteat. Et in eadem
diſtinctione ex concilio arelatenenſi. Qui non
bene cuſtodierit ſacrificium & mus uel aliquod
aliud animal in eccleſia exiſtens id comederit:
quadraginta diebus peniteat. Aut pars eius ceci-
derit:& non inuẽta fuerit:trigĩta diebus peuiteat.
Et eadem penitẽtia uidetur dignus ſacerdos uel ſa
criſta per cuius negligẽtiã hoſtie cõſecrate que re-
ſeruãtur in eccleſia putreſiũt:& tanto maiori quan
to hic ſepe culpabilior negligẽtia reperitur: Pre
dictis autẽ diebus debet penitens ieiunare:& a cõ
munione ceſſare:penſatis tamẽ conditiõibus ne-
gocii & perſone:poteſt addi & minui ad peniten-
tiam ſupradictam.Hoc tamẽ eſt regulariter obſer-
uandum:ꝙ ubicunqꝫ ſpecies integre inueniuntur:
maxime ſi appareat forma panis:ſunt reuererẽter ob
ſeruãde:uel etiã ſumende:ſi ſine abominatione fie
ri poteſt:quia manẽtibus ſpeciebus manet ibi cor
pus chriſti ut dictũ eſt ſupra.Ea uero ĩ quibus inue
niuntur comburẽda ſunt:ſi comode fieri poteſt:ci
nere ĩ ſacrario recõdito:ſicut de raſſura tabule dictũ
eſt. Licet autem hoc ſacramẽtum nec bonitatẽ
nec malitiam recipiat a miniſtro: & ideo quãtum
ad hoc equalis bonitatis ſit miſſa boni ſacerdotis
& mali:licet etiam orationis fructus que dicitur, p

UVA. BHSC. IyR_070

os ſacerdotis inquātum eſt miniſter cōmunis ec-
cleſie nō fraudet fructu charitatis cōis:fructus ta-
men qui debet haberi in miſſa ob deuotionem of
ferentis miniſtri:& grato miniſterio ipſius quo ad
alios deficit:quo ad ipſum offerētem in ſuā perni
tiem miniſteria agit:ſed in ſumendo iudicium ſibi
mādicat & bibit.Et idcirco qlibet fidelis licet poſ
ſit ſumere ſacramenta a ſacerdote:ꝗdiu ab eccleſia
tolleratur:quia tamē hodie multū deficit correctio
& non tollerāda impia tollerant. Cōſulo cuicūꝫ
fideli:ꝙ nulli ſacerdoti det occōnem celebrādi dē
quo ſibi plene cōſtat ꝙ ſit i ſtatu mortalis peccati:
quod ſi omnino notoriū eſt ipſum fugiat:ſi occul
tum eſt talē modum teneat ꝙ alius nō reuelet.Nō
tamē debet aliquis temerarius eē i iudicādo quod
neſcit:nec debet alium eſtimare reū:niſi quādo ex
certitudine uitare nō poteſt.Magne.n.ingratitudi
nis eſt ad xp̄m ieſum qui tāta charitate condidit ſa
cramētum materiam prebere ꝙ in ſacramēto con
tumelioſe tractet:magneꝫ deteſtatiōis ē: ſimoni
ace celebrare uel emere cui materiā dat abuſus quo-
rundā nō ſolū ſacerdotum ſeculariū:ſed etiam reli
gioſoꝝ:qui ut poſſint extorquere multitudinē pe
cunie a populo:iueniunt numerū miſſarum quaſi
ſub circulo anni ꝑfectā deuotionē ſacramenti face
re dicere miſſas unius āni.ſ.tot quot ſunt dies an-
ni:accipiētes tres uel quattuor denarios pro miſſa:
uel ſub ſpecie maioris deuotiōis & ꝑfectionis que
ad millenariū ſpectat:facere mille miſſas dicere:uel
ſub deceptiōe ꝑfectionis ſūme:ut poſſint maiorē
pecuniā extorqre reduplicant millenariū in ſeip̄m
& ſic hortāt diuites ut miſſaꝝ faciāt dici millena-
riū.i.mille milia miſſarum:puto ꝙ mille milia de
monum mentes inhabitāt talium ſacerdotū. Hy-
pocrite etiā ſacerdotes publice erubeſcētes pecuni
am extorqre numerum miſſarum pro penitentia
imponūt:& per hanc uiam ſepe ſimoniace capiūt
ſub titulo pietatis. Circa hoc ſacramentum ſunt
multi errores. Primus ē dicētium non eſſe ueꝝ
corpus xp̄i in hoc ſacramēto:niſi ſignificatiue. Cu
ius erroris dicitur fuiſſe aliquando bengarius:cō-
tra quem dicitur Ioānis ſexto.Caro mea uere eſt ci
bus &c. Secundus error eſt accordinatarum of-
ferentiū in ſacramento panem & caſeum. Terti
us eſt acquiriorum offerētium ſolum aquā in ſacri
ficiis.Cōtra iſtos duos eſt ieſus huius ſacramenti
inſtitutor:qui panem & uinum diſcipulis dedit.
Quartus eſt error catafrigarū & pepuciatorum:q
de infantis ſanguīe quē de toto ſuo corpore mi-
nutis punctionū uulneribus extorquēt:panem cū
farina faciunt quem pro euchariſtia conficere di-
cunt:quod magis eſt ſimile ſacrificiis demonum:
ꝗ fidelium:ſecundum illud p̄s.Effuderunt ſangui
nem innocentem. Quintus error eſt penpici
anorum qui tantum dant mulieribus principa-
tum:ut apud omnes ſacerdotes honorentur
Sextus error eſt pauperū de lugduno dicentiū
quencunque iuſtū poſſe hoc ſacramentum confi
cere. Contra quos eſt ꝙ dominus ſolis illis di-
ſcipulis hanc contulit poteſtatem quos preſbyte-
ros ordinauit. Septimus eſt error quorundam
qui dicuntur adamani: quaſi imitantes nuditatem
Ade. Nudi nanꝫ mares femineꝫ conueniunt.
Nudi lectores audiunt:nudi orant: nudi ut dici-
tur ſacramenta celebrant.Contra quos dicitur pri-
me Corinth.xiiii.Omnia honeſte & ſecundum or
dinem fiant in uobis.

## Ieſus Iudam corripiens Cap.vi.

IN hac ſacratiſſima cena Ieſus multa chari-
tate ut ex ſupradictis patuit iudam a con
cepta nequitia ſtuduit reuocare: non ſo-
lum obſequendo ſed etiam increpando: ſub uer-
bis tamen generalibus ita ꝙ crimen occultum in-
debite non prodebat. Vnde & loquens: Vnus ex
uobis me traditurus eſt: & dicens. Non de omni
bus uobis dico: & non eſtis mundi omnes: & ſi-
milia ingerebat menti proditoris: quia eius co-
gnoſcebat impiam uoluntatem: ut tamen chari
tatiua oſtenderetur correpto: nec ipſum aliis
prodebat ut poſſent intelligere tunc: nec omitte-
bat charitatis ſigna. Sed ut dictum eſt ſupra am-
plius augumentabat.Vnde licet Hylarius dicat ſu
per Mattheum:ꝙ corpus ſuum non tradidit iude.
Non tamen in hac parte eſt eius ſequenda ſenten
tia: quia ratio per quam probat non concludit.
Probat enim ex hoc ꝙ chriſtus dicit diſcipulis:cū
corporis & ſanguinis tradidit myſteria. Bibam
illud uobiſcum nouum in regno patris mei:ideſt
poſtꝗ reſurrexero comedam & bibam uobiſcum
in gaudio reſurrectionis.Sed iudas non bibit cum
eis:quia ante creditur fuiſſe ſuſpenſus ꝗ reſurrexe-
rit chriſtus: ergo tunc non accepit cum diſcipulis
corpus & ſanguinem. Non concludit inꝗ: qr
xp̄s loqtur diſcipulorū collegio: qd̄ qdē collegiū
manet ueꝝ etiam iuda excluſo.Nec ipſum xp̄s ex-
cluſit:immo quantum fuit ex parte xp̄i: bibiturus
erat cum ipſo in reſurrectionis gaudio:niſi ipſe per
ſuam malitiam apoſtataſſet.Conueniens autē fuit
magiſterio xp̄i ut occultum peccatorē abſꝫ accuſa
tione & euidenti ꝓbatione ab alioꝝ cōione nō ſe-
paret:ut per hoc informaretur eccl̄ia occultos non
ꝓdere peccatores.Ipſe autem iudas exaſperatus ex
hoc uideretur a xp̄o occaſionem aſſumere receden
di.Propterea Diony.in libro angelice Hierarchie.
Et Aug.ſup Io.Et Criſo.dicunt ipſum ſacra myſte
ria cum aliis diſcipulis ſuſcepiſſe.Buccella autē in-
tincta quam ſibi dedit:de qua dicitur Ioā.xiii. Nō
fuit corpus xp̄i:ut Aug.expreſſe dicit: quia iam cū
aliis ſumpſerat ſed ex p̄te xp̄i fuit ſignum dilectio
nis & familiaritatis ipſi iude.Ioanni uero licet tūc
forte plene non intellexerit fuit ſignum proditio-
nis:& ꝙ ficte & infecte ceteris diſcipulis iungeba-
tur:unde & iſta duo ſigt intinctio.Aliqua enim in
tinguntur & inficiuntur:& per hoc ſignificatur ſi-

UVA. BHSC. IyR_070

ctio & infectio amicitie iude ad xp̄m. Sed panis in tingitur ut ſapidius comedatur: & ideo ex p̄te xp̄i fuit ſignum amoris ſapidi & remiſſionis dulciſſime & cordialis perpetrate iniurie & reuocationis plene per ſigna familiaris amicitie. Sed maledicta aīma illa que tantam amoris dulcedinem in felleā ꝑditionem conuertit: unde ſequitur ꝙ poſt bucellam introiuit in eum ſathanas: quia tunc plenius eum poſſedit: quando ex tam familiari ſigno reuocatus fuit: propterea ſequitur. Exiuit autem iudas continuo: & tunc dixit ei. Quod facis fac citius: nō intendens ſuam malitiam ad ſcelus impellere ſed quod facturus eſſet ſe oſtenderet cognoſcere: & fructum paſſionis qui ex eius opere ſequutus eſt non ex intentione: oſtendit ſe ardenter deſiderare.

## Ieſus dilecto ſtratus. Cap. vii.

Sicut autem perditum & ꝑfidum iudam per ceptio ſacramenti in maiorem poteſtatem diaboli tradidit: quia indigne acceſſit. Sic dilectum ioannem deuote ſuſcipientem ad tantam familiaritatem adduxit ut pectus ieſu diuinitate repletum acceperit ad quietem. O felix ſōnus & extaticus ſancte contemplationis accubitus: qui tūc in hoc dilecto ineſtimabilia dei beneficia ſuper electorum ſuorum animas diffundenda in fine temporum figurauit. In hoc enim benedicto ſomno figuratur eccleſia contemplatiua: que in fine temporum debet ad tam ſuauem guſtum adduci contemplationis: ut uere requieſcat in pectore chriſti: quia ſibi debet ſpecialius reuelari archanum unionis perſonalis in chriſto: & iſtius unionis diffuſio in corpus ſuum myſticum: & tranſformatio mentium in dilectum: propter quam tranſformationem hi ſingulariter omnibus temporalibus abdicatis: que tunc erunt materia diuiſionis & ſeparationis a chriſto: reprobatis illis ſacrilegis qui de chriſto ieſu & eius cultu ſimoniace negociantur: ad temporalium queſtum in hereditatem domini aſſumuntur: & ad ſublimitatem perfectōnis & quietem adducti ab omni diſtractionis turbine ſopiuntur. Qui deſcribuntur in propheta cum dicit. p̄s. cxxvi. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum &c. Hi enim dilecti tempore tentationum impii antechriſti tam myſtici q̄ aperti ab omni diſtractiuo temporalium amore ſeiuncti in hoc aduerbio demonſtratiuo. Ecce inquit hereditas domini: quia hi dilecti nihil querentes de mundo; ſed totaliter reſpicientes in chriſti pectore configurati nunc ſimilitudini mortis eius in charitatis ardore que tunc quando hic dilectus dormiuit ſuper pectus ieſu: in ipſo ſingulariter bulliebat: nihil aliud querunt niſi cum dilecto mori in feruore amoris & tolerantia paſſionis: & ī ipſo frui in perfecta quietudine adimpletionis ſuoluntatis diuine. Et ideo ſingulariter dicuntur hereditas domini: tum quia ſingulariter deum poſſident omnia alia contempnendo: tum quia ab ipſo plenarie poſſidentur per immolationem uolūtatis ſue. Et ideo ſingulariter tanq̄ domini hereditas demonſtrantur quia tempore inundantis tempeſtatis predicte ipſi uidentur reliquie dominice portionis: qui proprie dicuntur filii merces: quia ex ſingulari chriſti merito dantur ipſi dei filio pro mercede. In quo etiam innuitur ꝙ hi ſingulariſſime diffidentes de propriis meritis & propria utilitate inabyſſati de ſolo chriſti merito gloriantur: & de hoc ſunt contenti: & nihil aliud uolunt niſi illud quod benedictus ieſus dum uiueret eis meruit in ſeipſo maxime per ſupplicia paſſionis. Et idcirco ſunt totaliter in chriſto paſſiones & dolores & penurias tranſformati per altiſſime paupertatis amorem: hi ſunt uiri ſeraphici legitimi filii franciſci: qui dicuntur fructus uētris: quia in uentre carnalis eccleſie abſconſi: & non appetentes in exteriori pompa eorum que carnis ſunt tan q̄ ſingularis fructus huius ſpōſe ab eiuſ ſpōſo ieſu in ſucceſſores legitimos aſſumuntur. De his uerificatur quod ſequitur. Sicut ſagitte in manu potentis: ita filii excuſſorum. i. filii excuſſi: qui in māu potentis ieſu tanq̄ electe ſagitte ad inimicos eius uulnerandos: occidendos: & conuertendos expedientiſſime conuertuntur & diriguntur. Et ideo beatus uir qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis: quia iſtiſ ſingulariter reuelatur manna abſconditum. Iſtis datur liber apertus ut predicent populis tribubus & linguis: quia eis datur intelligentia ſcripturarum. Iſtis datur calamus menſure: ut metiantur templū & ciuitatem. i. diuinum cultum inſtituant & reforment eccleſiam impiorum uitiis deformatam. Iſtis datur poteſtas alligandi ſathanam. Iſtis datur firmitas columnaris. Iſtis datur fundamentaliter: ut in eis noue eccleſie cōtēplatiue ſtructura fūdetur. Iſti ſignantur per ioannē in hoc ſomno non ſolū ſed in multis que in apocalypſi ipſe deſcribit & in leta tolerantia paſſionum. Sicut enim iſte dilectus in feruentis olei dolium miſſus: non aduſtus: ſed unctus exiit: ſicut uenenum benedicto ioanni mortē non intulit: ſed uenenatos ſuo ſuffragio ſuſcitauit ut ioannis martyrium defuerit ad penā: & non defuerit ad coronam. Sic & hi dilecti ſingulariter martyrizantur in dolio feruētis olei. i. in īmēſitate bullientis amoris cordis ieſu paſſionati ꝓ nobis: in quo tanq̄ tyrones celeſtis regni ſic cōſecrātur: & ad pugnādū pro xp̄o uiriliter animant ut omnia martyria reputēt unctiōes. Hi bibunt cōtinue uenenū mortiferū carnaliū & falſoꝝ chriſtianoꝝ cū quibus uiuūt: eoꝝ ſupportātes & gementes defectū: ad hoc ſolūmodo cōuerſantes cum eis non ut moriātur in illoꝝ defectibus: ſed ut ipſos ſuſtinere ab illa flenda morte: q̄ ex uenenata falſificatione uite chriſti eos gemētes conſpiciunt incurriſſe. Sed nūc ħ claudant ſermones: qa de his nimis grandis ē ſermo & interꝑtabilis ad dicendum. Multum enim fuit myſticuſ ille dilectiſſimi diſcipuli ſuper pectus domini ſōnus in memoria tāti turbinis

UVA. BHSC. IyR_070

tunc expreſſi cū annunciaret ſaluator pſeſentiā ſue mortis. In medio.n.perſecutionis & turbinis huius uite abſorbentur hi dilecti a fruitione amati ieſu:in quo ſe ſentiūt de omnibus dei operibus tranquillatos:cognoſcentes in omnibus honorē diuinū:& melius electoꝝ nō obſtāte impiorū ſiue demonū ſiue hominū malignitate cōpleri:ſicut etiā fuit de ſūmo ſcelere.ſ.xp̄i uenditionis & occaſiōis inique.De qua tūc loq̄bat᷑ xp̄s. Vbi & nota:ꝙ quia iſtud beneficiū ē gratuitū donū:nō hominis meritum.Ideo hic diſcipulus dicit᷑ a ieſu diligi paſſiue:nō actiue quia talibus dilectis fortiſſime imittetur recognitio tantoꝝ donoꝝ que ſuper eos ſingulariter pre aliis effundent᷑:ut reputēt ſe parū diligere:& a ſe nihil boni eē:ſed tm̄ a diligentis ieſu gratuita bonitate. Attende autē ꝙ quia hic ſtatus ē ſūma perfectio mētis.Ideo ħ ſurrexit ipia deceptio hoſtis qui mētes ſimpliciū decipit:ac ſi tā de paſſione xp̄i:q̄ de afflictione ꝓximi debeāt ſub ſpecie qetudinis in uolūtate dei inſenſibiliter pertranſire:& quaſi in ſola dei fruitione gaudere: non curantes de dei iniuria:ſiue de proximi āguſtia dicētes.Deus omnia ordinat in melius electorū. Et qdē ſuper hoc uero:imo ueriſſimo ħ ipietatis non debet fundari:qa anima in carne paſſibili uiuēs nō debeat ſentire dei iniurias & xp̄i dolores in toto corde electoꝝ.Nec iſta ipietas & iſenſibilitas quā Augu.in.xiiii.li.de ciuitate dei ca.viii.p totū prolixe & aperte iprobat & uocat eam ſtuporē mentis & inſenſibilitatē oībus uitiis peiorē:oñdēs exēplo chriſti & ap̄li ꝙ affectiones mētis iſto modo ſunt ordinate ſub regula diuine uolūtatis:ut.ſ. adhibeātur ubi & quādo expedit:& opportet:& tūc ſūt uirtutis materia & ſtatui cōpetit uiatoris:hec inq̄ impietas nullo modo figurat᷑ i ſōno dilecti:qn potius ē incōpaſſio diaboli:licet ſepe nō tamē tanta malitia deludat incautos. Sed hec ē uera qetudo mētis q̄ auritur de pectore ieſu:ut.ſ.anima uice dei q̄tū pōt oēs eius iniurias doleat:& omnes exēplo xp̄i in ſeipſo recipiat:& ad deplorandū & lamentādum ac ſi ipſe quaſi eēt auctor omniū mirāda cōpaſſiōe in ſe retorquens defectus proximoꝝ:& ſic ſit contētus de dei ꝓuidētia:ut nō turbetur cōtra eius ordinem:nec pp culpā moueat᷑ cōtra proximū in rancorē.Sed nihilominus oīa mala que uidet uel ſentit fortiſſime in ſe recipiat cū dolore & cōpaſſione dei:iniurie & anguſtie proximi:& tāto plus quieſcet quāto plenius iſta ſentit:& hanc ſuā reputet qetem omnia hec ſuſtinere:ut quies augeat᷑ ex anguſtia:& anguſtia ex qete uolūtaria:& hoc eſt participiū ſoporis dilecti. Nec obſtat cauillatio quam dicunt maligni.Vis tu dolere de eo quod deus fecit:& de quo bonū elicit? Ad quod reſpōdeo ꝙ uolo dolere dū ſū in carne paſſibili:ſicut deus me dolere uoluit:& ſicut chriſtus me ſuo exēplo docuit: nec bonū qđ deus de malo elicit: ipedit qn debeat doleri de omni iiuria dei:ſed hoc ſolū ipedit ipatiētiam animi. Sic āt ubiq; i toto libꝛo uolo itelligi mētis qetudinē:& nr̄e uoluntatis anichilationem ſub deo:qa.ſ.uolumus qđ ſibi placet nos uelle dū ſumus in carne.

Ieſus ſermonē faciens
Ieſus euiſceratus   Cap.viii.

Vātū fauus ille poſt cenā in ſermōe quē fecit diſcipulis ſuis dulcoris habundantiam eructauerit:ſatis patet perlegenti euāgeliū cū oculis mētis.Et qa ibi euiſcerata ſūt intima charitatis ſue:nō debuit ille ſermo ab aliis ſcribi q̄ ab illo diſcipulo q melleos guſtus ſūpſerat recūbens in pectore ſui bullientis amoris:pp qđ ſubiūxi:Ieſus euiſceratus.Quia uero tunc plus q̄ humana mēs cuiuſlibet eleuata ſit ſufficiēs capere eterne charitatis ap̄lis patefecit archana:unde & ille bene dictus Ioānes per ſpiritum ſanctū memoriā retinēs uerborum ieſu:miro ſacramēto cōſcripſit. Licet āt hec ſcriptura ſit ſup oēs alias aqlini uolatus: tm̄ hi quibus datū ē noſſe myſteriū regni dei per beneficiū ipſius ieſu:licet ſemiplene ibi cōtēplātur beneficū ieſum apoſtolis predicētē receſſū per iminētiā paſſionis quā & eis multis replicat uerbis.Cōtemplantur etiam ipſum reuelantē ſue diuinitatis abyſſum:& totius trinitatis myſteriū & propria perſonarū & indiuiſibilem unionē eēntie: quia pſone ſingule mutuo ſe circūncidūt:& mutuo in ſeipſis exiſtunt.Contēplātur ēt ipſū contriſtatos apoſtolos de paſſionis iminētia cōſolātē:benigne predicādo ſue reſurrectionis gloriā:promittēdo poſt reſurrectionē apparitionē iocūdā:affirmādo ex ſua morte magni fructus exuberātiā tā i ipſis ap̄lis ſingulariter q̄ generaliter i omni᷑ eccleſia electoꝝ. Cōtēplātur ēt ipſū promittētē ſpūs ſancti aduētū in abūdantia ad cōſoládū apoſtolorum mētes:& fugandā triſtitiā:unde & paraclitū uocat ad illuminandū & docēdū oīa:& ad fugādā oēm nociuam ignorātiā.Docebit nos inqt omnē ueritatem:& multa ſimilia. Ad teſtificandū in chriſto ieſu humanitatis innocētiā:& dinitatis ſuppoſitū ſiue perſonam Et ad tale teſtimoniū in apoſtolis reformandū ut huius populis predicarent.Ille, inquit teſtimoniū perhibebit de me:& uos teſtimonium perhibebitis. Ad arguendum mundum de impietate ſacrilega illate ſibi mortis:& deformitate mundane cōuerſationis:& temeritate preſumptionis contra deum.Cum uenerit inquit ille ſpiritus ueritatis arguet mundum de peccato & iuſtitia & de iudicio. Ad pacificandum & tranquillandum corda diſcipulorum in omni diuino uolito non obſtante mundi turbine & perſecutionibus multimodis impiorum.Pacem inquit relinquo uobis:pacem meam do uobis.Quod quidem per ſpiritum ſanctum ē factum.In cuius receptione apoſtoli tranſformati in chriſti paſſiones perſecutiones mundi pro chriſto pacem ſuam & refectiuum cibum ſunt arbitrati. Ad imprimendum & manifeſtandum cordibus apoſtolorum ſummam intimitatem chriſti ad eos.Illo inquit die cognoſcetis: quia ego in patre



UVA. BHSC. IyR_070

meo:& uos in me:et ego in uobis. Ad efficiendum potentes apoſtolos imitari chriſti uitam i perfectióibus uirtuoſis per exépla uite data mundo:& ad manifeſtandum chriſti gloriam per opera miraculoſa facta in nomine ſuo. Qui credit inquit í me opera que ego facio:& ipſe faciet & maiora horum faciet:quia ego ad patrem uado. Maiora enim fecerunt quo ad conuerſioné multitudinis populorũ licet hec omnia chriſtus in eis miſericorditer fecerit:promittit & ſpiritum ſanctũ ad firmiter & imobiliter inhabitádũ in eis:& eos adiuuádo in oíbus neceſſitatibus ſuis. Apud inqt uos manebit & í uobis erit. Hos.n.effectus & multos alios in eis ſpiritus ſanctus effecit:ad cuius tamẽ aduentum oſtendit oíno neceſſariũ meritũ mortis ſue cum dicit. Si enim non abiero:per mortis ſubſtinentiam hoc uobis merendo:paraclitus non ueniet ad uos. Si aũt abiero:morté ſuſtinendo pro uobis: mittam eum ad uos .i.dignos uos faciã ut mittat́: & ideo mittam uobis:licet autẽ iſta approprientur ſpiritui ſãcto:tñ ſũt trinitatis effecus:& iõ tã pr̃ q̃ filius ſimĺ cũ ſpũ ſãcto aduẽiũt: pp quod dicit:pater diliget eum:& ad eum ueniemus ſupple omnes tres pſone:& manſioné apud eum faciemus: unde etiam eos conſolatur dicens. Non uos relinquã orphanos:uado & uenio ad uos:quod in penthecoſte ẽ factũ:quando & ipſe nouo modo ſe reuelauit.

Contemplantur etiam ipſum ieſum benedictũ benedictos ipſos apoſtolos uiſceraliter alloquẽté & coniunctionem ipſoꝝ cum ipſo & ſue humanitatis merita exprimẽté cum dicit. Ego ſum uitis:& uos palmites:& manete in dilectione mea:& ipſos ſingulariter adhortanté ad mutuam dilectionem tanq̃ ad ſuum ſingulare preceptum nouo modo datum:& ſui diſciplinatus euidens ſignũ dicens. Mandatũ nouum do uobis &c. Et hoc eſt preceptum meum &c.& in hoc cognoſcent omnes: qa eſtis mei diſcipuli. Afferit etiam eis euidens ſue dilectionis ſignum:obſeruantiam mandatorum. Si quis inquit diligit me ſermonem meum ſeruabit. Et illud. Si diligitis me mandata mea ſeruate. Cõteplantur etiam ipſum animãté apoſtolos ad tollerantiam paſſionum & uigoroſe ſperandum oẽm corporis cruciatum. Et primo exemplo ſui. Non ẽ inquit ſeruus maior domino ſuo. Neq; apoſtolus maior eo qui miſit illum. Sed hoc ſcitis inquit ꝙ nõ debetis in mundo uelle aliter tractari q̃ ego: & illa recipere q̃ ego recepi. Beati eritis ſi feceritis ea. Et quia appetitus ſimilitudinis chriſti eſt maximũ confortamẽtũ ad tollerantiam omnis aduerſi:ideo tantum eis replicat dicens. Memẽtote ſermõis quẽ ego dixi uobis. Non eſt ſeruus maior domino ſuo ideſt non eẽ debet nec uelle. Si me inquit perſecuti ſunt & uos perſequẽtur. Secundo confortat eos:qa iſta non inferentur ſibi propter malitiam criminis proprii:ſed propter honorem nominis chriſti: propter quod eſt ad portandum maximum ſolatium Hec inquit facient uobis propter nomen meũ: qa non nouerunt patrem neq; me. Tertio confortat eos dominus oſtendens ſe totum pondus prelii ipſorum & preaccepiſſe in ſeipſo:& cum eis & in eis toleraſſe:& de eo uictorialiter triũphaſſe: unde cum preſſuras predicit ipſos habituros in mundo: hortatur pacem in ſeipſo habere cum dicit:hec locutus ſum uobis:ut in me pacem habeatis. In mũdo preſuram habebitis:ſed confidite:Ego uici mũdum in me & in uobis & in omnibus electis:propter quod omnis diffidentia & puſillanimitatis timor abſcedat:quia iam in me de omnibus eſt uictoria conſumata. Et in hoc felici triũpho concludit ſermonem ad apoſtolos loquens. Quia uero hẽ omnia ſunt in apoſtolis per chriſti meritum: quod quidem radicem & perfectionem habet per interne chriſti charitatis incendium ad deum & ad proximum:& per ſui ſuppoſiti dignitatem quo uere eſt deus & dei filius:qui meretur omnibus in aſſumpta natura. Ideo in fine ſermonis eleuatis oculis in celum alloquitur deum patrem petens mira & ineffabilia pro ſeipſo homine:& ꝓ toto ſuo corpore:unde ſicut ſũmũ bonũ omnium electorum petit clarificationem ſui per gloriam reſurrectionis in ſuo corpore:& per firmitaté adheſionis omniũ mẽbrorum ad ſe caput digniſſimum firma fide cũ dicit. Clarifica filium tuũ. In his enim duobus eius clarificatio conſiſtit. Secundo oſtendit ex hoc ꝙ ex hoc ſequitur plena clarificatio trinitatis:ut filius inquit tuus clarificet te. Tertio petit clarificationem aſcenſionis. Clarifica inquit me apud temetipſum claritate quã habui prius q̃ mundus fieret. Et hoc fuit ipſum equalem oſtendendo ſibi:& ad ſuam dexteram collocando. Attende autẽ ꝙ xp̃s allegat rationes meritorias apud patrẽ:ut iſta ſecundum humanitatem obtineat.

Primo qa clarificauit gloriã trinitatis.

Secundo quia cõſumauit opus ſue uoluntatis:poſt ea petit pro ipſis diſcipulis allegans in eis ꝙ patris erant in eterna predeſtinatione. Tui inquit erant ꝙ ſibi chriſto dati erant a patre per téporalem uocationem:& mihi eos dediſti. Cõmendat eos

- A perſeuerantia finali:& ſermonem tuum ſeruauerunt.
- A perfectione fidei. Nunc cognoſcunt quia omnia dediſti mihi q̃ apud te ſunt
- Ab inſpiratione ſpũs ſancti:qa uerba q̃ dediſti mihi dedi eis ſupple intus ſpirando
- A cõſenſu & cõformitate liberi arbitrii:& ipſi acceperunt
- A plenitudine intelligentie dei ſimul & ſublimitate fidei:& cognouerunt quia a te exiui:& crediderũt qa tu me miſiſti.
- A plenitudine imitationis chriſti cum dicit: qa nõ ſunt de mundo & plena fuga mundi: & clarificatione nominis chriſti:cum dicit:quia non ſũt de mundo:ſicut & ego non ſum de mundo: & quia

UVA. BHSC. IyR_070

clarificatus ſum in eis. Non pro his tātū rogat: ſed pro omnibus electis. Allegat etiam ꝙ eos in mundum miſit in medium hoſtium ad tollerantiā paſſionum cum dicit. Sicut tu me miſiſti in mūdum. Allegat etiam ꝙ eos reliquit preſentia corporali: cum dicit. Et iam non ſum in mundo: & hi in mūdo ſunt: & ego ad te uenio: ubi aſſerit iam factum de ſe quod in proximo erat fiendum. ſ. paſſionem reſurrectionem: & aſcenſionem: & ideo eis magis erat neceſſaria paterna cuſtodia: & ſpiritus ſancti abundantia: unde dicit. Cum eēm cum eis ego ſeruabam eos. Petit ēt iſtis mira. ſ.

Perfectā unionem ad inuicem: & ad chriſtū

Perfectam cōuerſationē ab omni inquinamēto culpe ut ſerues eos inquit a malo

Perfectam ſanctificationem in ueritate gratie. Sanctifica inquit eos in ueritate.

Perfectam conſumationem in beatitudine glorie cum dicit. Volo ut ubi ego ſum & illi ſint mecum ut uideant claritatem meam quam dediſti mihi: & nō qualemcunq; gloriam: ſed guſtum participationis perſonalis unionis filii dei cui uniuntur ſicut legitima mēbra capiti: & ſicut unum corpus chriſti myſticum unitum plene ſuppoſito ſuo perſonali: propter quod dicit. Ego claritatem quam dediſti mihi: ut. ſ. ſim deus homo ī diuino ſuppoſito: dedi eis per participiū mee unionis: ut ſint unū ſicut & nos ſumus unum. Ego in eis & tu in me: ut ſint conſumati in unum & cognoſcat mūdus: quia tu me miſiſti & dilexiſti eos: ſicut me dilexiſti. Nec eſt intelligendum per hoc quod dicit. Ego in eis & tu in me: quin pater & ſpiritus ſanctus ſint ī nobis: & nos in eis: ſed hic mediatorem ſe oſtendit. Specialis enim relatio eſt filii dei ad humanam naturam ſibi perſonaliter unitam: ex cuius coniūctione eſt ſingulariter mediator. In quo ſenſu loquitur apoſtolus. Vox xp̄i: chriſtus autem dei. Attende autē ꝙ licet hanc orationem ſpecialiſſimā chriſtus ſecrete potuit facere in qua mirabilem dignitatem ſue perſone & mirabilem affectionem & cōiunctionem ad ſua mēbra oſtendit: uoluit tamen manifeſte coram apoſtolis eam facere: & quantū patet ex textu Ioan. in cenaculo ſyon: ubi & factus eſt ſermo ut notam faceret affectionem ſuā & ſublimiſſimam ſue ueritatis doctrinam: tam preſentibus diſcipulis: q̄ etiam futuris ſuis mēbris. Tanta eſt autem altitudo iſtorum uerborum & euiſceratio cordis ieſu in manifeſtatione cordis ſui ad nos & expoſitione ſui pro nobis: ꝙ non ſolum humani affectus: ſed lapidoſi montes & colles deberent in talium auditu pre amore liquari: ſed qui pōt capere capiat. Multum enim ſublimiter uolat hec aquila: que nos deos facit in deo: & chriſtos ī chriſto: & filios in filio: ut iā non ſumus homines: ſed dii. Iuxta p̄s. lxxxi. Ego dixi. Dii eſtis. Conſumantur etiam hec uerba in dilectionis dulcore: cū in fine ſubnectit: ut dilectio qua dilexiſti me in eis ſit & ego in ipſis. O cor uanum & diſperſum: recoligaris aliquando in teipſo imo in chriſto tuo qui ē tuipſe. Et quia nihil tibi decetero ſcias eſſe deſiderandum: niſi ut tu ī chriſto ieſu ſis deus homo deficiens a teipſo. Quis ergo poterit decetero uiuere niſi ieſu uita amabili & conuerſatione conſimili cōfigurato ſimilitudini crucis eius: quam ꝑ nobis corpore & mente portauit. Infelix anima mea non facias chriſtum mentiri qui dicit de te & aliis. Et mūdus eos odio habuit: quia non ſunt de hoc mūdo ſicut nec ego. Sicut tu pater in me: & ego in te: ut & ipſi in nobis unum ſint: & illud ego in eis: & tu in me. Nihil ergo extra xp̄m ſis: & iam eius beatitudine fruens: & cum ieſu glorificato & reſuſcitato tua conuerſatio erit in celis. Huius autem ſermōis melliflui quem ip̄e benedictus ieſus dedit expoſitionem pleniorem intendo facere ſpeciali tractatu.

Finito autem ſermone ieſus benedictus ſicut dicitur Ioan. xviii. Egreſſus ē cū diſcipulis ſuis trans torrentem cedron ubi erat hortus: in quē introiuit ipſe & diſcipuli eius. In quo horto illam aliam orationem & agoniam ſudoris ſanguinei feciſſe ipſū alii euangeliſte referunt: de qua in ſequenti capitulo agetur.

Ieſus futura preuidens.
Ieſus orans proſtratus Cap. ix.

Sicut dicit euangeliſta. Sciens omnia que uentura erant ſuper eum ſe oratiōis preinduit armatura: unde & ſequitur Ieſus orans proſtratus. Tunc enim perfecte ſe adorandū conferens totus pondus belli ſui & ſuorum in ſeipſo triūphaliter recollegit: dans nobis exemplum ꝙ oratio eſt plena uictoria aduerſorum: unde tunc & ſuum ſenſitiuū tanto uiſum eſt timore concuſſum: ut dicatur ꝙ apparuit ei angelus de celo confortans eum: & ꝙ factus in agonia prolixius orabat: & ꝙ factus eſt ſudor eius ſicut gutte ſanguinis decurrentis in terram. Licet autem mens chriſti fuerit in continuo apice ſummitatis omnium uirtutum: & nunq̄ mutabiles uirtutes uariantes mentem eius intrauerunt: & ſuum uiuere fuit continue orare in ſummo & continua agonia uictoriae regni mortis: conueniens tamen fuit ꝙ id quod latuit intra ſue perfectionis ſecretum ab utero matris ſue ipſe ſignis ſenſibilibus ſuis fidelibus reuelaret: qđ maxime imminente mortis tranſitu decens fuit: &



UVA. BHSC. IyR_070

ſicut ille ſudor ſanguineus eſt ſignum omnem hu manam ſuperans rationem. Ita agonia dolorum cordis ieſu que illo figurabatur ſudore cōprehē ſionem omnis ſuperat creature. Licet autem ple na ratio naturalis reddi non poſſit de tam ineſtima bili ſigno doloris in ſudore ſanguineo:tamen poſ ſumus dicere ꝙ aliq̄liter diſpoſitiue timor & amor bellantes in corde ieſu quo adſuum ſenſitiuum fue runt in cauſa:dum enim attenderet tam ineſtima bile preliū ſibi īminere ſicut aliqualiter infra dice tur. Timor cōcuſſit ſuum ſenſitiuū ex quo humor ſanguineus fuit ad interiora reductus:ſuper quem timorem reiiciendum fortiſſimus & ineſtimabilis amor tanq̄ mire īmenſitatis malleus repercutiens & ipſum excludens:omnes poros corporis ieſu & uenas relaxaſſe uidetur:ut ſic toto corpore flueret guttis ſanguinis decurrentis in terram. Quod etiam ſicut dicit Auguſtinus fuit ſignum ꝙ de to to ſuo corpore quod eſt eccleſia emanature erant martyrū paſſiones. O quali ardore erat incenſa for nax cordis ieſu:que ſic carnem ſuam totam in ſudo re pro nobis reliquabat. O quali fluuio decurrebat ſanguis igne feruenti. Dañ.vii. Fluuius igneus ra piduſq; egrediebatur a facie eius. Et attendas ꝙ ra tionabile fuit ꝙ ſic dolores ſue mentis oſtenderet ut in omnibus mēbris ſanguine ſudaret. Quia.n. anima eſt in qualibet parte corporis tota:& eſt ipſi us corporis uita:ideo ad oſtendendam immenſita tem ſui doloris:quo tota paſſa fuit: debuit dolorē ſuum ſignificare omnibus membris ſuis. Et hoc ſi gnum ſudoris partim fuit memoratiuum omniū dolorum quos ab inſtanti conceptionis ſue in cor pore occultauit: partim repreſentatiuum illorum quos in preſenti agonia ſuſtinuit:partim pronoſti cum & figuratiuum tā eorum que debebat in con tinenti ſuſtinere in corpore proprio q̄ ſucceſſu tem poris in corpore miſtico electorum in quibus & ipſe tunc patiebatur. Nam ſtatim uelut athleta bul liens amore & triūphans fortitudine:ſciēs omnia que uentura erant ſuper eum:impius occurrit:ſicut infra dicitur. Et adimpleuit que deerant doloris in carne ſua. Vt enim aduertas q̄ uerum ſignum fu it ſudor uniuerſalis ſanguinis in omnibus mēbriſ: ſcias ꝙ paſſus fuit in pedibus non ſolum confixio ne in cruce:ſed multa fatigatione itineris in ſue ui te decurſu

Cum multo labore peditando.
In tibiis corpus ſupportādo
In genibus procidendo & genuflectendo
In cruribus tunc corpus ſuſtinendo:& in omnibus iuncturis ſepe multo labore laſſato:utpote tener & delicatus tam duris laboribus ſubditus: clamādo predicando:orando:uigilando:ſuper dura ſtramen ta iacendo:imo ſepe in terra pernoctando:& in de ſerto.xl.diebus & noctibus culcitram non habuit ad quietem:& ſepe cum diſcipulis pauperibus & deſpectis fuit in multis locis uiliter & auſteriter re ceptus:& aliquando reiectus:unde lucas dicit ꝙ ſa marite non receperunt eum q̄a facies eius erat eun tis in hieruſalem.

Membra generationis que in nobis ſunt pudoris i ipſo fuerunt doloroſe uulnerata in circūciſione.
Inteſtina mēbra deſeruiētia nutrimēto fuerūt ſepe afflicta in dura fame
Mēbra uitalia & reſpirantia ſicut cor & concauū pe ctoris & ſimilia fuerunt dure afflicta in multorū ſuſpirorū & gemituum aſſumptione pro noſtra ſalute
Coſte & corporis latera dorſū & uniuerſaliter mē bra fuerunt dure afflicta in flagellatione ſua i qua ſuperficies carnis ſue delicate & tenere fuit do loroſe conuulſa : & dilacerata : & ſanguine re ſperſa.
Brachia fuerunt dure ligata & conſtricta: & quātū credo hinc inde:ante & poſt:contumelioſe retor ta:tam in horto q̄ in domo Anne:& cayphe: pyla ti & herodis: a quibus omnibus locis ligatus proceſſit
Humeri fuerunt dure afflicti crucis onere: & tunc credo collum afflictum chamo in eo poſito per quē ad maiorem contumeliā traheretur
Os fuit afflictum tā proditoris oſculo fetido:q̄ ace ti & fellis potu amaro
Nares fuerunt afflicti fetore horribili ſputorum il lorum abominabilium iudeorum.
Sed & facies turpata in quam abominande ſpue bant. Et non eſt inconueniens cogitare:ꝙ illa im munda ſputa ſuper labia dilectiſſimi ieſu ſpuerit ꝙ quantū abominationis ſibi fuerit cogita
Gene afflicte & tumefacte
Et tota facies tam alapis q̄ percuſſionibus duris.
Oculi fuerunt afflicti & confoſſi:quia uelati & q̄a i multiplici fletu ſepius reliquati:& quia facies illas diabolicas hoſtium ſpirantes in ipſum iracundie ignē ſepius uiderunt
Aures fuerūt replete opprobriis
Vertex capitis dure fuit afflictus ſpinis.
Tota facieſ mľtū fuit cōfuſa uerecundiis:maxīe q̄n ſic ſaturatus opprobriis fuit corā inimiciſ adductus ubi & eorum linguis fuit crucifixus. Omnium āt membrorum fuit dolor repetitus in duriſſima cru cis extenſione:ubi ratione modi duriſſime patieba tur in toto corpore. Quid ergo mirum ſi pondus tantarum paſſionum attendens:ſuſtinens:& expri mere uolens ſic uoluit in ſudore mēbrorum rela xare uenas. Sed magis credo internorum dolorum & anxietatū cordis ſui īmenſitatem hoc ſigno uo luiſſe exprimere :licet multe rationes ſint in hoc ſi

UVA. BHSC. IyR_070

Ieſus futura preuidens
Ieſus orans proſtratus

quo noluiſſe exprimere:licet multe rationes ſint in
hoc ſigno contente. Vt ãt modicum de his dolo
ribus differamus:cum reuerentia aliquid icipio bal
butire:quia quicquid humanis põt dici uerbis: eo
ipſo ꝙ dici potuit illos ineſtimabiles omniũ mẽti
cordis chriſti dolores non tam exprimit q̃ ſepelit
dum uidetur dicere quod non dicit.Tamẽ eorum
infinitas quo ad noſtram eſtimationem ex tribus
uidetur aliqualiter ſuboriri.ſ.

Ex multitudine & magnitudine doloroſarum ra-
tionum: que in ratione obiectiua continue illi ſe
aie offerebant

Ex uiuacitate potentiarum tam mentis ſue q̃ etiã
ſenſitiue ſue cõplexionis corporee:que doloroſas
illas rationes cum ſui plenitudine ſuſtinebat

Ex plenitudine ſui dominii ſue libertatis tẽdi po-
tentias predictas:& in plena & in continua conſi
deratione taliũ obiectorum a quibus nunq̃ uł mo
dicum dum uixit in carne paſſibili illas potentias
ſue mentis declinare permiſit.Nec intendas ꝙ ſim
ſic fatuus:ut iſta preſumam intelligere:& illud mo
dicũ quod in his capio nõ itendo exprimere niſi
modicum prelibando:ut detur deuotis aliqualiter
materia in infinito mari dolorũ cordis ieſu dilatatis
natare ſpatiis ſemetipſas in tranſformatiuis dolori
bus ſubmergendi.Primo rationes fuerunt ſibi mł
tipliciter innumerabiles :& ſic in aggrauatura mul
tiplices:qa abyſſus eſt intellectui ad iſta ſue conſi-
derationis applicare aſpectum. Primo enim fue
runt omnia peccata preterita:preſentia & futura: q̃
ipſe ſimul uidit plenius & clarius:& magis diſtin-
cte q̃ aliqua mens humana poſſit intelligere aliqd'
ſingulare:p̃mo faciebant ſibi quinq; rationes exceſ
ſiuas doloris in tanto exceſſu ꝙ nullus intellectus
minor ipſo in eternum poterit mẽſurare: & hoc fa
ciebat quodlibet peccatum per ſe ſumptum:ita ꝙ
quodlibet peccatum mortale eſt ſicut furca quiq;
dentium uno ictu faciens uulnerum aperturas:mo
do cogita & numera tu ſi potes quot ſũt oia ſimł
ſũpta:& primo

Quia peccatum ẽ dei iniuriatiuũ

Secundo quia diuine uindicte & iracundie prouo
catiuum

Tertio horribiliſſime macule intra imaginem aĩe
inflictiuum

Quarto totius regni gratie diſtractiuum

Quinto eterne pene & acerbitatis inferni acquiſi
tiuum.

Chriſtus autem ſecundum naturam paſſibilem ha
buit iſta deteſtari:& de iſtis dolere quan um requi
rebat regula perfecte iuſtitie que in ipſo erat.Ita ꝙ
de iſtis tantum dolebat quantũ iuſtus erat. Ita ꝙ
ſecundum naturam paſſibilẽ exceſſus doloris ex-
ceſſui rectitudinis reſpondebat.In chriſto fuerunt
quinq; cõditiones nobiles:ex qbus ortus fuit huius
doloris exceſſus:fuit enim

Dei filius

Pacis mediator

Animarum ſpõſus

Regni gratie reſtaurator

Saluandorum redẽptor.

Sicut ergo dei filius quantum amauit diuinitatis
gloriam tantum doluit dedecus peccati:& ipſius ĩ
deũ iniuriam.Modo uadẽ tu & mẽſura:quia pacis
mediator. Quantũ dilexit pacem inter deum &
creaturam:tantum doluit inimicitiam & irã ex pec
cato contractam ſiue cauſatam:quãtũ diligebat de
corem anime:tantum dolebat turpitudinẽ macule
Quãtũ diligebat totum regnũ gratie & glorie:tã
tum dolebat eius diſtractionẽ per grauitatem offẽ
ſe.Quãtũ amabat qetẽ rationalis nature in ſuo au
ctore:tãtum dolebat eius eternum cruciatum:& ſe-
parationem a deo in ignẽ gehẽne. Et iſti dolores
fuerunt in chriſto ex rectitudine ſue gratie:inquan
tum erat homo diligens perfectiſſime deũ & ꝓxi-
mum ſecundum exigentiã tante perfectionis qua
erat homo deus:& ſecundum hoc etiam deteſtans
omne malũ ſecundũ ꝙ deteſtabile erat & ſibi erat
poſſibile.Et ita uidetur ꝙ iſti dolores accipiãt iſtã
primam rationem exceſſus ex gratia unionis & ſin
gularis perſone in natura paſſibili.Eſto aũt ꝙ nul-
lum haberet redimere: & nullis uniretur ut caput
ad mẽbra:ſi tamẽ ẽ iſta poſſibile ſeparare.Stupen-
dum autẽ exceſſum dolores iſti accipiunt ex reſpe-
ctu gratie capitis quo factus ẽ redẽptor & emenda
tor omnis mali quod inflictũ fuerat per peccatum.
In iſto enim reſpectu accepit iſta oĩa lamẽtanda ut
ſua non cõmittendum:quia peccata nõ fecit:ſed
ad ſoluẽdũ & ſatiſfaciendũ.Et ideo iſte eſt ille ma-
gnus peccator & penitentiatus pro omnibus & ĩ
omnibus cuius penitentia gaudiũ ẽ in celo plus q̃
ſuper omnibus ordinibus angelorum qui digna
penitudine non egerunt.Et quia naturalis ẽ filius
dei patris tantum aggrauauit iſtam iniu iam quan
tum ipſum dilexit:& inquantum iſtas iniurias ad
ſatiſfaciendum accepit:tantũ dolorem aſſumpſit,p
qualibet ſingulari iniuria omnis peccati:quantum
erat grauitas iniurie & requirebat emendam.Et ſi
unius iniurie tanta eſt grauitas:q̃ta eſt ſimul omni
um?Ad quãlibet enim ſuus dolor reſpectum ha-
buit ſingularem. Secure audeo dicere ꝙ ſufficiẽ-
tem dolorem non poſſet pura creatura capere: ſed
ineſtimabiliter capacitas illius anime ex unione ꝑ-
ſonali ad deum ampliata:& ĥ et alia capere potuit
in tanto exceſſu:ꝙ nulla creatura beata uel miſera
quantum credo cõprehendere potuit in eternum
Et ut poſſis capere quantum paternas iniurias do
luit:imaginare ſi filius imperatoris ſũmi uideret ui



UVA. BHSC. IyR_070

tiſſimū ribaldellum trahētē patrē ſuū imperatorem
per capillos & barbam: & per chloachas interficien
do iactaret: & calcibus os & faciem horrende percu
teret: quantum ille dilectus illius patris filius talia
decernendo amaritudinis deguſtaret? Et ultra hoc
ſi ſeipſum in illum ruſticum tranſformaret ut qua-
ſi ſibi ac ſi illa feciſſet imputaret ad penam. Nihil
enim eſt hoc cōparatione eius quod fuit in chriſto
reſpectu dolorum iniurie diuinitatis ſue: quia ue-
nit ut mediator per ineffabiles dolores fortiſſimos
& unitiuos utriuſqꝫ partis deum iratum & mentē
rebellem pacificando coniunxit. Et ut habeas groſ
ſum exēplū cogita quātū laborauerunt brachia for
tiſſimi pugilis ſoliditatē celorū inclinantis ad ima
& ponderoſitatē terre eleuantis ad alta. Ita ꝙ i mo
dico ſpacio in pacis oſculo conuenirent utraqꝫ. Sic
laborare eum fecimus in peccatis noſtris: quia fle-
xit rigorem diuine iuſtitie & eleuauit grauiſſimū
pondus noſtre culpe: quia uenit ut ſponſus perfe-
ctiſſime diligens ſponſarū decorē in doloribus &
anguſtiis totum ſe reliquauit: & totum ſe per cine
res malitiarum noſtraꝝ infudit ut faceret de ſe laua
crum: ut poſſet delere & lauare tantam turpitudinē
& maculam peccatorum. Et iſtam rationem dolo
ris quam habebat illa dulciſſima anima in horro-
re aſpectus macularum noſtrarū quis enarrare ſuf-
ficiat? Nēpe ipſe eſt zelotipiſſimus ſponſus: ꝗ quā-
tum amauerit animas tunc oſtendit quādo pro il
lis in mortem tradidit animam ſuam. Er ut ſimili
ter groſſum habeas exēplum. Si aliquis pulcherri-
mus ſponſus nobiliſſimus & cōpletiſſimus circuiſ
ſet mare & aridam pro una ſibi conquirēda ſpōſa:
quam de uiſceribus ſuis pauiſſet & nutriſſet: & ad
debitam formā ſtature perduxiſſet: & ex eiſdē ſuis
uiſceribus ueſtes & ornamenta ei donaſſet: & feciſ
ſet eam reginam nobiliſſimā & decoram: ſi illa in
oculis ſponſi uiliſſimū ribaldellum & nigerrimū
ethiopem acciperet & amaret & ſtercora eiuſ come
deret: & de ipſis totam faciem ſuā deturparet: & ſic
diceret ſponſo: modo deoſculare: quia me in alia
forma habere non poteris: nihil eēt dolor illius ho
minis ſponſi poſiti in exēplo doctoris ieſu chriſti
in maculis ſponſe: qa incōparabiliter plus pro illa
fecit: ꝗ deſcriptus ille ſuperius feciſſet & ita icōpa-
rabiliter peius cum diabolo fornicatur: & turpiorē
deo ſpōſo oſtendit faciem mentis ſue. Satis huic
exēplo alludit Eze. xvi. quia uenit ut imperator re
gni gratie contraxit ex illo reſpēctu ineffabiles &
inexpreſſibiles rationes doloris. Culpa enim totū
regnū gratie & glorie quantum eſt ex ſe anichilat:
& diſſipat. Hic attende quātū horrore habuit & do
lore. Ipſe enim ieſus ſecundum ſuum eē uidet' qua
ſi totaliter gratia. Non enim eſt conceptus natura
li opere: nec ſubſiſtit in diuino ſuppoſito niſi per
infinitam gratiam unionis: habuit ergo horrore
culpam ſicut deſtructiuam totaliter ſui eſſe & ſue
intentionis & eſſe aſſumptionis nature. Et quia re
paratio regni gratie non eſt niſi per dilectionē cul
pe: que non habet dolere niſi per dolores correſpō
dentes offenſe. Et ſic indignis ex culpa nullo mō
eſt donabilis gratia. Ideo ex illo reſpectu fortiſſime
habuit dolere: & per ineffabiles ſupplicationes &
imolatiōes ſui acquirere gratiam & gloriam ſic i-
dignis Quia ipſe uenit ut ſolutor oīum debitoꝝ
nroꝝ & libator a pēis iferni: iō ut nos de his libart
habuit pro quolibet peccato mortali dolorem di-
uine iuſtitie exſoluere: & correſpōdētē & ꝓpollen-
tē i meritū dine acceptatiōis cuilibet particulari pe
ne i inferno debite malitie ſinguloꝝ: hoc. n. reqre
bat diuine iuſtitie inflexibilis rectitudo & ipſius
redēptoris in ratione ſatiſfaciendi integerrima ple
nitudo ut nihil remaneret ipunitum a diuina iuſti
tia: nihil remaneret iſolitū a diuina miſericordia: ac
per hoc ſūme honoratur utrūqꝫ. Si āt ratiōes iſte
protendantur a mēte deuota: cognoſcet aperte ꝙ
omni menti create in ſe ſubſiſtenti ē impoſſibilis
cōprehenſio dolorum quos portauit pro nobis di
lectus ieſus & per conſequēs gratitudinis eorūdē

Adhuc āt omnes iſti dolores: tertio replicantur
ex reſpectu ad ingratitudinem redēptorum inquā
tum. ſ. ipſe conſiderabat illoꝝ ingratitudinē ꝗ poſt
cognitā & receptam tantam & doloroſam in xp̄o
ieſu redēptionem iterū uō uerētur iterare peccata.
rurſum crucifigentes ſibimetipſis ieſum & oſten-
tui habentes. Noua ratio doloris: & plurimū exceſ
ſiua: poſt tam doloroſam ſatiſfactionem cognitā
& receptā iterum infinite maieſtatis iterare iniuriā:
poſt tam laborioſam amicitiā & pacem reformatā
& receptam iterum paterne pietatis iracundiā pro
uocare poſt tam anguſtioſam & ſūptuoſam ablu-
tionē macule in qua ſponſus totum ſuum ſangui-
nem effundens: ſeipſum totum reliquauit in laua
crum: iterum faciem anime ſue dilectiſſime ſpon-
ſe iterati fetoris horrore turpare: poſt tantam diffi-
cultatē impetrate gratie & acquiſite glorie heredita
tis eterne: iterū eam uiliſſime repellere & pro feti-
diſſima delectatione quaſi nihilū diſſipare. Qui
to etiam poſt tam ineſtimabilem pene ſolutiōem
pro redimendis infernalibus penis debitis offenſi
onum mortalium peccatorum: iterum ultionē tan
te pene uelle incurrere: & reatum eterni incendii re
plicare. Que omnia iſta trina replicatione iſtius ter
tii mali quinarii totiens repetuntur: quotiens poſt
receptum baptiſmatis ſacramentum a quocūqꝫ fi-
deli iteratur peccatum. Et quanto plura recipit bo
na: ut puta religionis ingreſſum: uirtutis exercitiū
ſapientiale ſtudium: contēplationis exceſſum: exte
rioris fame & reuerentie ſtatum: prelationis faſtigi

UVA. BHSC. IyR_070

um:plures iterate tranſgreſſionis & ſue horribilis
culpe reconciliatiuum remediũ: tanto ſemper in
omni poſteriori lapſu aggrauat xp̄i dilecto ieſu ſuo
remiſſori maioris doloris aculeum:& ipſum in ſu-
is ſceleribus horribilius crucifigit:q̄ quãtũ augmẽ
tent dolorem in corde ieſu ipſe ſolus poterit ſicut
ſunt aliqualiter menſurare. Alia obiecta dolorꝫ fue
rũt plura:de qbus magis tranſeundo q̄ explicando
aliquid tango:uidelicet paupertates:fames:ſitis:ui
gilie:labores:deſpectus:uituperia:infamie:irroga-
te iniurie:ultro proditiones inſidie:tractatus & ma
ligna conſilia contra ipſum:ulterius captio:ligatio
uiliſſima tractura:perſecutiones: percuſſiones: fla-
gellationes:ſputa:ſpinarꝫ aculei:dura expetitio ad
crucis ſupplitium a iudeis facta impia ſententiatio
mortis in ipſũ:crucis onus:conclauatio:extenſio ĩ
patibulo crucis:agonia & tranſitus mortis. Et oĩa
alia inumera ſingularia q̄ ſuſtinuit ĩ corpore mor-
ris noſtre: in quibus omnibus tantũ ſibi cõpaſſus
fuit:& tantũ pro ſeipſo doluit:quantum ſemetipſũ
dilexit. Tantũ autẽ ſeipſũ dilexit quantũ ſe optimũ
ſine omni malo recognouit:& in diuino ſuppoſi-
to radicatum ſenſit ĩmobili unione:unde in illo re
ſpectu ſibiipſi condoluit:uice omnium mẽbrorũ
ſuorꝫ ſicut deo in aſſumpta natura pro humão ge
nere patienti:unde ſicut in aliis:ſic & in hoc omni
um electorum ſuorum ſuppleuit defectũ: ſibi ple
ne uice eorum regratiando:& ſibi pleniſſime con
donando:& nouo reſpectu expoſitionis ſui ſeipſũ
iterum totum reliquans in actione gratiarũ deo
& ſibiipſi de tanto beneficio electis collato: & ui-
ce omnium electorum ſibi pleniſſime condoluit:
& in ſeipſo nos fecit recognoſcẽtes oĩa ſupradicta
in quo nos reputamur plene grati beneficio redẽ-
ptionis:& crucifixi ſimilitudini mortis eius. Iterũ
exceſſiuum obiectum dolorum chriſti fuerunt an
guſtioſiſſima iacula:que reſpectu omnium predi-
ctorum de ſeipſo uidit continue materna uiſcera
pertranſire. Cum enim beata uirgo fuerit ſublima
ta in cognitione omnium predictorum & aliorũ:
& in charitate perfecta: quantum decebat ſtatum
excelẽtie materne tantum doluit de omnibus ſu-
pradictis quantum debuit talis mater:& oẽs dolo
res uirginis continue mẽtem filii ſagittabant: un-
de nouam crucem iſti ſemper dilecto ieſu tribuit
crux materna. Iterum aliud obiectum maiorum
dolorum chriſti fuerunt omnia martyria que unq̄
fuerunt facta aliquibus martyribus pro eius nomi-
ne. Et omnes labores:dolores:pene:quocũqꝫ mo-
do fiant que unq̄ fuerunt uelerunt in omnibus ele
ctiſque omnia pleniſſime in corde ſuo recepit mł
to plus q̄ unq̄ alius poterit recipere ex cordiali cõ-
paſſione anguſtias mortis ſue. Ita ꝙ nihil penale ẽ
receptum ab aliquo electo:quod nõ fuerit multo
ſublimius q̄ illi qui recepit cordi chriſti affixũ. Hec
autem omnia non ſolum generali reſpectu in cor-
de ſuo recepit:ſed ſingulariter ſingula multo diſti
ctius q̄ ille cui pro ſuo nomine fuerunt facta. Itẽ
una alia magna ratio doloris poteſt conſiderari ꝙ
ipſe bene uidebat ꝙ in omnibus ſuis doloribus
nulla pura creatura poſſet ſibi cõdolere neccogno-
ſcere beneficium ſic infinities infinitum:quod ipſe
ſic gratuite impendebat indignis. Ex parte po-
tẽtiarum mẽtis chriſti fuit dolor eius ĩmenſurabi-
lis nobis:& fuit multipliciter plus q̄ poſſumus in-
telligere augmentatus:quia intellectus eius plene
& exceſſiue cognouit predictorum omniũ grauita
tem. Affectus uero ſiue uoluntas perfectiſſime de-
teſtata eſt omnium predictorum malignitatẽ:ſicut
eorum grauitatẽ intellectus uoluntati repreſenta-
bat perfecte. Et tunc ex uoluntate ſatiſfaciendi ple
ne ſũpſit quãtã potuit & decuit omnium predicto
rum acerbitatem:potentie autem inferiores ſenſiti
ue fuerunt perfectiſſime uoluntati ſubiecte:& cum
hoc uiuaciſſime ad ſentiendum dolorem:& cõple-
xio carnis ſue eq̄liſſima & delicatiſſima. Ita ꝙ mo-
dica moleſtia multum affixiſſet ne dum tantum
diluuium tranſigentis tẽpeſtatis:que.ſ. uoluntas
ſe & omnes potentias tam intellectuales:q̄ ſenſiti
uas ĩmerſit in has amaritudines & in alias nobis
ineffabiles quantum decebant:& quantum ſuffici
ebant:ĩmo ut uerius dicamus quãtum excedebãt
ad deum placandũ:& hominem a penis infernali-
bus redimendum:& ad omnia omnium electorꝫ
uicia & peccata exceſſu uirtualis exercitii annichilã
dum. Augmentauit etiam multum dolorem iſtarꝫ
potentiarum liberum dominiũ:& poteſtas liberi
arbitrii chriſti ieſu tenendi omnes ſuas potentias
fixas in continua adherentia ſupraſcriptorum oi-
um obiectorum. Fuit enim plene potens abſqꝫ ali
qua reſiſtentia:& uoluntarius abſqꝫ interpolatiõe
aliqua tenendi ſemper iſtas potentias in doloroſis
obiectis quantum requirebat rigor diuine iuſtitie
& rectitudo uirtutum mentis ſue:& reatus noſtre
culpe:& quantum erat expediens ad attrahendum
quadam amoris ſuaui uiolentia ad ſe diligendum
plenarie:& ad deteſtandum peccatum gelida cor-
da noſtra. Et ideo in omnibus apud ipſum fuit in-
finita miſericordia reſpectu noſtri & reſpectu dei re
demptio copioſa. O cor durum:quod male habe-
bit in nouiſſimo quod ad tanti caloris ignem li-
quari non poteſt:& ad tot attractionis funes non
poteſt a ſua pertinacia remoueri. Quid enim debu
it ultra facere & non fecit quod noſtri cordis poſſit
duritiem emollire? Et idcirco mens que uſqꝫ nunc
fuit ingrata & gelida a tanti amoris incendio teca
leſcat & cũ Hiere. clamet & dicat Memoria memor
ero &cetera.



UVA. BHSC. IyR_070

## Ieſus ad bellum exiens Cap.x.

Vando ſcilicet proceſſit obuiam eis & di
xit. Quē queritis:tunc etiam turba ualla
tus:cum dixiſſent ipſi. Nos querimus ie-
ſum nazarenum:ipſam turbam uocis ſue maieſta-
te pterruit:& impios ſatellites terre alliſit. In quo
uere deum ſe eē mōſtrauit: q.ſ. in ueteri teſtamēto
dixerat. Ego ſum q ſum. Non ſolū autē oſtendit
ſe deum omnipotentem:ſedetiam dementiſſimū
ſaluatotem:quando mutilatum ſeruū zelo fenētis
diſcipuli ſue manus tactu lutuoſe ſanauit. Maledi-
ctus furor eorum:quia pertinax dum nec maieſta
tis miraculo:nec pietatis beneficio a concepta ma-
litia potuit reuocari:propter quod & h̄ ſubiunctū
eſt. Ieſus deus monſtratus. Ieſus uinculis ligatus.
Ieſus imperium ſuſtinens. Ieſus tractus crudeliter.
Quando.ſ.ab īpio iuda ſe eſt paſſus oſculari. Quā
do.ſ.truculentas iniecerunt manus in eum:& ipſū
impie ligauerunt. Quando.ſ.ſicut n̄ eſt aliq̄tenus
dubitandum malitiā ſuam in eum exercentes:eūq;
de horto extrahētes & eū crudeliter ad pontifices
ducentes percutiebant:& eum funibus ligatum tra
hendo impie multipliciter affligebāt:unde & bea-
tus Ber.dicit ꝙ & capillos & pilos barbe euellebāt:
& dorſum pugnis:& corpus baculis pungebant:
& percutiebant ut in eum exercerent crudelitatem
beſtialitatis ſue:quod & in hoc loco & in multis ali
is actibus qui infra nominantur:poteſt rationabi-
liter eſtimari. Ieſus ter denegatus. Quando.ſ.pe-
trus amore feruidus:tamen īmanitate trahentium
eum & paſſionis ſue ineſtimabilitate perterritus, ſe
quebatur eum a longe ut uideret finem ipſe & di-
ſcipulus ille quem diligebat ieſus:ceteris aliis ad ꝓ-
pria diſperſis timore:unde etiā dicitur de illo. Ado-
leſcens quidam ſequebatur amictus ſindone ſuper
nudo. Qui etiam & ipſe Ioannes dilectus qui & in
cena recubuerat ſup pectus ieſu: & tāta ſigna amo
ris receperat crudeli paſſione ieſu perterritus nu-
dus effugit. De quo tamē dicitur ꝙ erat notus pō
tifici.ſ.anne:& ꝙ dixit ancille hoſtiarie & introdu-
xit petrum. Qui & ipſe petrus tanto honore ſubli
matus a chriſto animatus mori pro chriſto uili exa
minatione probatus per mulieris uocem & alioꝝ
aſtantium:ter negauit ſe noſcere illum pro quo ſe
promiſerat moriturū. Hoc autem ſapienter proui
entia diuina permiſit multis aliis cauſis promiſſio
nis allegatis a ſanctis :ad oſtendendum ꝙ impii iu
dei tam crudeliter & tam dure ſe habebant ad ieſū
& ad eius conſortium:ꝙ colūne celi habuerunt cō
tremiſcere uidentes dominum & regnum celorū
tam crudeli tractatione diuelli:unde & hi duo ſin-
gulariter deſcribuntur qui pre ceteris magis hono
rati & magis dilecti fuerunt ſingulariter defeciſſe:
ad teſtimonium ꝙ humana infirmitas non fuit ſuf



ficiens cum ſuo redemptore tantum pondus pre-
lii ſuſtinere:licet ab aliquibus dicatur ꝙ iſte adole-
ſcens fuit Iacobus minor:tamen magis creditur ꝙ
fuit Ioannes:qui primo forte fuit tentus dum ſeq̄
retur ieſum:& nudus tūc fugit:& ſtatim poſt amo
re rediens & petro ſe aſſocians introduxit eum:uel
forte fuga Ioannis fuit poſtea dum duceretut ieſus
ad caypham:& hoc magis credo:unde & ſtatim de
ludentes eum:& uelantes & collaphizantes & cō-
ſpuētes turpiter:non tam humano furore q̄ beſtia
li horrore in ſuo creatore inſaniunt: propter quod
ſequitur. Ieſus deluſus nequiter. Ieſus uultu uelatus
Ieſus conſputus turpiter. Ieſus collaphizatus. Co
gita autem durum illud ſpectaculum quando ge-
ne ille que celos adimplent letitia mundumq; de-
core letificant:ſic impie credebantur manibus ho-
micidiis:& uultus ille deſiderabilꝭ āgelis: ſpurcicia
ſputorū polluti labii inquinatꝰ:& collum illud per
quod nobis eſt effuſa doctrina ſalutis collaphoꝝ
percuſſione percutitur. Ieſus mutus hūiliter. Quā
do.ſ.interrogatus ab ipſo anna & a ſocero caypha
ſue impietatis collega:necnon a pylato pluries: &
ab herode etiam qui ſigna uanitatis ab ipſo cupie
bat uidere:coram omnibus illa tacuit ex feruenti
amore:que ſue paſſionis poſſent inpedire effectū:
licet enim ſicut expediens fuit cōfeſſus fuerat ueri
tatem:ſe uidelicet eſſe dei filiū:qui ſe ſic exponebat
amore noſtri tractādum peccatorum manibus ini-
quorum.

## Ieſus circūrotatus. Cap.xi.

Ic expergiſcere anima & attende ꝙ ille q
implet celum & terram:& ſtabilis ma-
nens dat cuncta moueri:non ſolum eſt
paulominus ab angelis minoratus:ſed etiam uiliſ
ſimis hominibus & cruūeliſſimis iudeis tanta ſua
annihilatione ſubiectus: ut factus quaſi pila delu-
ſionis eorum ipſum circūrotarent: & de ipſo ſibi
mutuo luderent mittentes ad alterutrum confuſi
one repletum:& alligatura conſtrictum. Sicut an-
nas miſit ad cayphā:cayphas ad pylatum: pylatus
ad herodem:herodes ipſum deluſum remiſit ad
pylatum:pylatus ipſum flagellatum: ſpinis coro-
natum:uultu uelatum:facie conſputum & in deri-
ſione chlamide coccinea circūtectum in deriſionis
ſpectaculum produxit ad populum. Et ut tibi ali-
quid breuiter cōprehendā in octo locis ut fiat cir-
culus ſue paſſionis:quia octonarius eſt numerus
circulariſ in computatione dierum. Idem enim eſt
octauus q primus ut ad circulū redeatur. In his

UVA. BHSC. IyR_070

inq̃ octo locis fuit iſte dilectus ieſus ſic uiliť tracta
tus ab ipiis:ꝙ nulla deuota aïa pôt iſtud nũerare ſi
ne ĩgẽti dolore uno.ſ.loco bis ſũpto.ſ. domo pila
lati. Sicut & bis ibi fuit ab impiis contumeliis
deriſus. Primo:ſcilicet ĩ horto ubi fuit captus &
ligatus cum circunſtantiis deuota anima tibi no-
tis:quod hic & in aliis locis tue ruminatiõi dimit-
to. Secundo in domo Anne:ubi alapa percuſſus
& examinatus:& a miniſtro impio reprehenſus fu
it. Tertio ĩ domo Caiphe:ubi fuit illuſus & uul
tu uelatus:facie conſputus:& pro blaſphemia mor
ti adiudicatus. Quarto in domo Pilati: ubi fuit
accuſſatus & diffamatus:& a Pilato multipliciter q̃
ſtionatus. Quinto in domo Herodis: ubi fuit
ueſte alba indutus: & ludibrio habitus uelut ſtul-
tus. Sexto iterato in domo Pilati ad ipſum re-
miſſus:ubi poſt multas conflictationes examinis
fuit denudatus:flagelatus:& in regali ſolio deriſi-
one poſitus:ſpinis coronatus:& attrociſſime con-
foſſuſ:& arundine percuſſum caput eius. Septio
in loco ubi ſicut infra patebit:fuit derſorie popu-
lo preſentatus:& crucifigi acclamatus: & per Pila-
tum crucifigi adiudicatus. Octauo in loco Cal-
uarie:ubi fuit crucifixus & mortuus:& alia ſuſtinu
it:que hic deuota anima tua perſcruteť cogitatio.
Debes etiam non mediocriter ponderare: ꝙ non
ſemel in octo locis prefatis fuit circunrotatus & ui
lificatus:ac afflictus tuus dilectus ieſus:ſed in ſep-
tem uiis intermediiſ fuit multum contumelioſe &
iniurioſe proſtractus:acclamantibus & inſultanti-
bus ſibi furiiſ & proteruiiſ iudeorum. Prima uia
fuit ab horto ad domum Anne. Secunda a do-
mo Anne ad domum Caiphe. Tertia a domo
Caiphe ad domum Pilati. Quarta a domo Pi-
lati ad domum Herodis. Quinta a domo Hero
dis iterum ad domum Pilati. Sexta a loco ubi fu
it deriſus:& ſpinis coronatus ad illum locũ: ubi fu
it coram populo productus:& morti adiudicatus.
Septimo ab illo loco.ubi fuit ſententiatus: uſq;
ad locum Caluarie:ubi fuit crucifixus & mortuus.
Non merito ergo anima reuolue cum dolore pre
dicta:& dic.Ieſus circunrotatus. Sequitur. Ieſus
fortiter ligatus.Hoc licet fuerit uerum in omnibuſ
locis ſue deriſionis:tam in horto:q̃ ĩ domo Anne
& Caiphe:ſingularis tamen contumelia fuit:quan
do in domo Pilati propria ueſte nudatus ligatus ẽ
ad colunnam:& tunc illa caro uirginea truculentis
manibus flagellata eſt:uſq; ad multorum liuorum
pallorem:& uſque ad effuſionem ſanguinis de il-
lis reuerendiſſimis ſcapulis:coſtis:& membris: ut
merito non ſolum flagelatus:ſed et perflagellatus
.i.ualde ſe quẽti uerſiculo ſubnectatur.Ieſus perfla-
gellatus.Ieſus punctus crudeliter.Quando ſcilicet
fuit ſpinarum aculeis caput illud tremendum an-
gelis coronatum.Tunc etiam fuit dure plagatus:
quando ictus arundinis ſuperueniens affligebat.

Nec uideatur tibi leuis ictus arundinis: qui ſuper
ſpinas percutiens capiti eius infixaſ: ipſas tali ictu
crudelius profundabat:ut non imerito clamet bea
tus Bernardus: ꝙ uſque ad cerebrum ſpinarum acu
lei peruenerũt dicens ſic.Diuinum illud caput mľ-
tiplici ſpinarum denſitate denſatum:uſque ad cere
bri teneritudinem confixum eſt: dum configitur
ſpina.Spinis peccatorum ſuorum ait dominuſ per
prophetam circundedit me populus iſte. Hec Ber
nardus. Quod forſitan eſſe potuit per pondus
percuſſionis prefate. Ipſe enim ſpine iunci marini
fuerunt fortes & acuti:& directi carni eius infixi: q̃
forte in aliquo loco iuncture ex tali percuſſione &
dura infixione potuerunt uſque ad cerebrum pene
trare:ut ſic uerificetur uerbum beati Bernardi: uel
forſitan quod magis eſt cogitare deuotum. Ipſa
duricies ſpinarum oſſa pertranſit: quod miraculo
uidetur attribuere beatuſ Bernardus.Nec eſt incon
ueniens:ꝙ miraculis uſus fuerit ieſus chriſtus ad
ſuum augmentandum dolorem in carne:ſicut in-
fra dicetur:unde & innumera uulnera ſpinarum fu
iſſe clamat beatus Bernardus.Quodcũque ſit mľ-
tipliciter fuit ipſe ieſus deriſus:& uilificatus:& do-
lorum punctionibus anguſtiatus:ut dicatur merti-
to.Ieſus dire plagatus. O uanitas impiorum tã
hominum q̃ mulierum:qui caput ornant tanta ua
nitatum multitudine: & curioſitate ornatus.Cura
impia non recordaris anima illius diuini capitis:
quod eſt angelis tremebundũ:quod pro tua uani
tate purganda tanta cõfuſione deiicitur:& tam cru
deli ſpinarum infixione quaſſatur:uere tempus ue
niet:niſi peniteas quo a capite chriſti priuata capi-
ti iungaris lucifero in ignominia & dolore:cui cõ-
iuncta es in tui capitis uanitate:contra Petri apo-
ſtoli documentum.Ieſus productus uiriliter.Hoc
fuit quando exiuit foras ieſus a Pilato productus
portans ſpineam coronam:& purpureum ueſtimẽ
tum:ubi quantum probabiliter capio ſic uiriliter
fuit productus coram populo:ſicut in domo pre-
torii per ſuos miniſtros fuerat tractatus uiliter a Pi
lato:ſcilicet nudatus propriis ueſtibus: cruentatus
& liuidus flagellorum ictibus:zona purpurea ĩ de
riſione amictus: ſpinis coronatus: uultu uelatus:
ſputis deturpatus:genis & tota facie ex ictibus ala
parum tumidus:ut in conſpectu populi appareret
bene deriſus & uituperatus. Pilatus enim ſi-
cut ex euangeliis colligitur:ſciens ꝙ per inuidiam
tradidiſſent eum:plurieſ uoluit eum liberare:quod
diuerſimode attemptauit:ſcilicet allegatiõe ſue in-
nocentie:unde & dicebat.Ego nullã cauſam mor-
tis inuenio in eo.Cumq; iſta cauſa plus prouocaſ-
ſet iudeos ad iram:accedit ad ſecundam uiam ſcili
cet liberationis. Mutatione fori mittendo eum
ad Herodem tanq̃ galileũ ſibi ꝑpa dñatione ſubie
ctũ:credeſ ꝙ herodeſ nõ iudicaret:ſed liberaret ſub
ditũ ſuũ:cũq; nec ſic ꝑfeciſſet:herodes.n. illuſũ &

UVA. BHSC. IyR_070

derifum nihil de ipſo curans:quia ieſus noluit co-
ram ipſo facere miracula:nolés beneficium noſtre
redemptionis excludere : remiſit eum ad Pilatum
pro ſuo libito cum ipſius Herodis beneplacito iu-
dicandum. Tertiam compulſus adinuenit uiá:
ut ſcilicet ſatiaret iudeorum impietatem contume
liis & ſuppliciis irrogatis : ut ſcilicet ſaturati iudei
opprobriis ipſius mortem amplius non ſitirent.
Et ideo dixi ꝙ probabiliter credo quanto uilius &
contumelioſius potuit:ieſum coram impiorũ oc-
culis preſentauit. Vnde & quando ipſum produ-
xit:quia iudei allegauerunt ꝙ dicebat ſe filium dei:
In deriſionem dixit Pilatus. Ecce homo: quaſi di-
cat uidetis iſtum non habere diuinitatis inſignia:
ſed hominis deſpecti & uilificati: ac doloribus ple
ni:ludibria in noſtris oculis manifeſtant. Atten
de autem anima crudele iudicium dei patris ſuper
unigenitum filium ſuum:ut te meretricem repro-
bam de crudelitate eterne mortis eriperet:ut enim
oſtenderet ꝙ dira ſententia tibi eternaliter debeba
tur pro ſceleribus tuis:qua ſcilicet & omnia bona a
deo creata:& omnia mala pene:& omnia mala cul
pe tue debebant tibi conuerti in atrocitatem eter-
ni ſupplicii quaſi in aliquo ſimili ſuper unigenitũ
filium ſuum:qui hanc tuam penam ſoluendam aſ
ſumpſerat:uoluit crudelitatem iudicii demõſtrare.
Omnia enim que poſſunt rationabiliter cogitari:
concurrerunt ad aggrauationem penarum & do-
lorum iſtius paſſionati ieſu. Et omnis gloria & fa-
ma miraculorum ſapientie:eloquentie:ſanctitatiſ:
predicationis:conuerſionis populorum:aggrega-
tionis diſcipulorum ſibi ſunt conuerſa in amaritu
dines ſupplicii. Sicut facile eſt uidere ſubtiliter intu
enti. Sáctitas autem matris:& uirginitas eius:& te
neritas cordis:& dilectio ad ipſum in abſinthium
amaritudinis ipſi dilecto ieſu multipliciter uerte-
bantur. Ipſa ſimiliter teneritudo & nobilitas com-
plexionis: & limpitudo cognitionis :& ſanctitas
uoluntatiſ qua malũ deteſtabat᷑:& ſua potẽtia qua
applicabat potẽtias obiectis doloroſis: & qua uſqꝫ
in finem cóſeruauit robur corporis dolorem auge
bat fortiſſime. Pores enim uidere ꝙ quanto fue
rat chriſti in omnibus preclarior fama:táto oppro
brioſior erat horribilis uerecundia ſubſecuta. Et q̃-
to plus diſcipulos dilexerat:tanto plus affligeba-
tur in eorum ruina:& quanto plus mater ſibi ſolli-
cite ſubſecuta fuerat:tanto magis eius doloribus
affligebatur. Et ut nihil deſit chriſto ad ſuppli-
cium:omnes modi qui adinuenti ſunt ad liberatõ
nem ipſius adduxerunt ſibi cumulum paſſionũ.
Ex hoc enim ꝙ Pilatus ſuam innocentiam allega
bat:iudei multas falſas accuſationes adducunt. Et
quod horribilius eſt ut ipſum ieſum bene oſtende
rent ſceleratum ipſi latronem impium:inſignem:
& ſeditioſum:& homicidam horribilem pretule-
runt. De mutatione fori quo fuit ad herodem
miſſus acquiſita ſunt chriſto noua infamia : noua
ludibria:nouus deſpectus:& noua irriſio:qua ip̃m
Herodes cum exercitu ſuo ſpernens factus eſt eis
opprobrium & deſpectio. De tertia uia libera-
tionis qua uoluit eum affligere & uitupare: ut uel
ſic ſatiatis iudeis euaderet mortem : ſecutum eſt ꝙ
& mortem crudeliorem accepit:& irriſiones pluri-
es a iudeis habuit:& tormenta dura:& deiectiones
horriibileſ ſub hoc titulo a Pilato ſuſcepit. Vnde &
in fine in ſecũda allegatione dixit Pilatus. Ecce rex
ueſter. Quod quidem uere eſt probatum: qui ſcili
cet omnium opprobriorum & omnium modoꝝ
patiendi:& omnium deſpectuum & abominatio-
num mundi pungentem & doloroſam portauit
coronam:ut merito dici poſſet rex dolorum & ui-
tuperiorum & malorum omnium huius uite. Hác
diſgreſſionem ideo feci : ut perpendat intellectus
acutus quanta diſtrictione iudicabit᷑ peccator in ꝓ
prio ſcelere:ſi tanta diſtrictione iudicatum eſt ip̃m
peccatum:ad ſatiſfaciendum aſſumptũ in ipſo mũ
di redemptore. Et ſicut apparet ꝙ omnia fuerunt
ad tempus chriſto in dolorem conuerſa: ſic & im-
piis & peccatoribus reprobis omnia dei dona &
beneficia qualiacunque ſunt ex eorum malitia fina
liter in ſupplicia conuertentur. Sed nunc ad pro
poſitũ redeamus ꝓducto aũt ieſu cum tali piaculo
preſentato populo neq̃:ſtatim quando Pilatus de
riſorie:& uolendo eos ad miſericordiam prouoca
re dixit. Ecce homo. Reſponderũt. Tolle tolle: cru
cifige eum. Secundum enim legem debet mori:qr
filium dei ſe fecit:& multa alia allegantes : ſicut e-
uangelica continet littera ipſum Pilatum ad necé
innocentis ieſu multipharie incitabant. Que oĩa
ſub uno uerſiculo comprehendens dico:Ieſus reuſ
clamatus:Ieſus ſpretus maligniter. Hoc fuit quan
do Pilatus ueſcio quo timore uel ſeruili forte ti-
mens diuinum iudicium ſuper ſe:quia innocenté
impie comdennabat. Quartum liberationis ie
ſu modum reperit de conſuetudine iudeorum: qr
in paſcha unus reorum liberabatur a morte:& pro
ponens illum iudeis:qui ratione inſignis malitie:
& de nouo in populo ſuſcitate diſcordie & perpe-
trati homicidii ipſi populo merito omnium horri
bilior debuit uideri:ut uel ſic chriſtum ĩnocentem
tali ſcelerato preferret:ipſum ieſum ſpreuerunt: tá
impie q̃ inſane ex malignitate cordis eorum accla-
mantes. Dimitte nobis Barrabam:& ieſum crucifi
ge. Et ut oſtendatur pertinax furor eorum dicitur
ꝙ inualeſcebant uoces eorum acclamantes ieſum
impie crucifigi. O anima deuota excipe illos cla-
mores horribiles:& illas duras impiorum uoces
crudeles tanquam ſagittas cor tuum perforantes.
Auſculta & ĩ toto tuo corpe taliũ ſagittaꝝ uulnera
rep̃nta & imagiare ꝙ oẽs ꝑcutiebát ſuper cor ieſu

UVA. BHSC. IyR_070

& uirginis matris eius:ut merito quelibet uox acclamás ſit ſicut ſagitta infixa in ipſum ieſum:& ex multitudine talium ſagittarum ipſum ieſum quaſi hericium ſpinis plenum tuo cordi preſēta. Quod ſi ſibi amore coniungeris:& tu ipſa plena compaſſione clamabis. Vulnerata charitate ego ſum.

Ieſus ſententiatus.

Hoc fuit quando ſuccumbens Pilatus & recedens ab illo principio boni quod forte ſeruili timore cōceperat:uolens placere iudeis in crudeli ſententia innocentem adiudicauit ieſum crucis diro ſupplicio moriendum. In qua ſententia omnium electorum eterna damnatio merito charitatis ieſu eſt ꝑ iſtud iudicium anihilata. Tunc enim deus in humana natura aſſumpta in ſe ad expellendum noſtra ſcelera:ſicut peccator pro omnibus peccatoribus adiudicatus eſt morti. O anima quecunq; es chriſto deuota eris tu inſenſibilis & petra dura: ut auditum talis ſententie:qua ieſus filius dei pro te adiudicatur diro crucis ſupplicio non recipias ſuper te:quaſi gladiū ancipitem penetrantem a ſummo capitis tui uſque ad plantas pedum: & pertranſeuntem per omnes uenas corporis tui:& diuidentem te a uitioſo amore tue carnis infecte: & te doloribus ſue mortis totaliter coniungentem. Nunquid non uides qualis eſt iſta mutatio:ut ſententia tui eterni ſupplicii in crucifixionem mutetur filii dei. Et nōne ſi ipſe uoluit fieri tu in tua recipienda ſententia fies tuipſe:ut cunque in ſua participāda anguſtia. Vere ingrata es anima mea neq̄ & impia:niſi auditum talis ſententie quaſi crucem tranſuerſalium gladiorum a capite in pedes: & a manu in manum ſemper in teipſa portaueris te doloribus crucis ieſu continue tranſfigentem.

Ieſus crucem circunferens.

Hoc fuit quando receptis propriis indumentis cōtinuo iuxta crucem irrecuperabiliter exuendus ab eis ſub crucis onere dorſum curuare iubetur:& ſuam ipſius portare ignominiam:quando baiulans ſibi crucem exiuit in caluarie locum: qui ex uigilia preterite noctis: nec non:ex laboribus per totam illam ſeptimanam aſſumptis & exptis & multiplicatis anguſtiis:addito ſuper his onere crucis & impoſito humeris illis tenellis & ſanctis:non modicum ſecundum corpus debilitatus eſt ipſe fortitudo debilium deuotus ieſus:ut merito dicatur

Ieſus debilitatus.

Cuius cauſa adhuc merito oſtenditur in ſequenti uerſiculo:cum ſubditur.

Ieſuſ matrem conſpiciens.

Hoc fuit ſicut legi in quadam hiſtoria fidedigna: quando in quodam concurſu uiarum ipſo iħu portante ſue crucis ſupplicium in humeris ſuis: mater eius eum ſic tractatum doloroſe conſpexit. Dicit' enim in prefata hiſtoria ꝙ mater ipſius preſens in loco ſue condemnationis & oſtenſionis ad populum quando Pilatus ipm̄ produxit ſpinea corona & purpura deriſum:ubi poſtea ipſum adiudicauit ad mortem:uidens tumultū populi acclamātis & ſequentis ieſum cum duceretur ad crucem per aliā uiam forſitan breuiorem preuenit occurrere:timēs ne forte poſſet accedere ad locum:& uidere modū doloroſum mortis filii ſui:cui & ipſa cō mori & crucifigi anxio mentis deſiderio anhelabat. Cūq; in concurſu uie conſpexiſſet filium:& ex conditionibus faciei ipſius anxietates cordis ſui & oppreſionem duri oneris aſpexiſſet ſincopizaſſe ubi dicitur in conſpectu filii pre dolore. Quod conſpicienſ & ipſe totus pietate plenus ieſus crucem quam de doloribus matriſ ſemper i corde portabat:licet poſſet ſicut ſemper fecerat ſuum occultare dolorem:tamen ſibi prefatis occaſionibus datis uoluit manifeſtare extrinſeco ſigno:& matrem aſſociare in pena. Vnde & ibi dicitur ꝙ quibuſdam ſignis doloroſis & palloribus pretenſis in facie quaſi anguſtiatus & totus gladiatus ſuper lapidem ibi poſitum quaſi deſpectuoſe & doloroſe reſedit. Et ex tūc malefici illi qui ipſum ducebant ad necem: uidētes eū quaſi deficere:angariaſſe dicuntur illum Simonem cyreneum uenientem de uilla ut tolleret crucē eiuſ. In teſtimonium illius facti refert hiſtoria illa:ꝙ poſtea edificata eſt ibi eccleſia in honore uirginis matris dei:que uocatur. Sancta Maria de ſpaſmo:& ꝙ ibi proprie oſtendebatur lapis:ubi poſt defectum chriſtus tunc ferebatur ſediſſe. Propter quod ſubicit alium uerſiculum

Ieſus anguſtiatus.

Hec ſi uera ſunt non affirmo:non tamen eſt dubitandum ꝙ multa & ualde multa dolorem xp̄i augmentantia & multa ſigna dolorum maternorum uiſcerum tunc temporis facta ſunt:de quibus euāgelica hiſtoria nihil dicit. Non enim fuit cure euangeliſtis niſi ſubſtantialia mortis chriſti retexere: cetera cogitanda relinquentes menti' deuote & inſpirationi eterne. Mulieres etiam deuote que ipſū ſecute fuerant a Galilea miniſtrantes ei:& q̄plures alie:ut arbitrandum eſt de hieruſalem ſimul cum illis dominabus nobilibus & deuotis: Maria magdalena:& Martha matrem chriſti comitantes dabant in conſpectu talium ululatus & fletus: quas alloquens pius ieſus dixit eis. Filie hieruſalem nolite flere ſuper me. Et predicens eis calamitatem uēturā de occiſiōis ſue merito:eaꝝ ſuppliciū ſuo exēplo ꝓbauit dicēs:qr ſi ī uiridi ligno hoc faciūt ī arido qd fiet.q.d. Si ego totus plenus ſpū ſcō & nitore uirtutū ꝑ alieniſ diluēdiſ peccatis ſic ſum igne paſſionis decoctus?quid erit ſuper reprobos ſpiritui gratie repugnantes & exſiccatos omni humore pietatis & compaſſionis humane?utique ineſtimabile & eternum incendium uanitatumq; diuine iuſtitie proferendum iudicium illos cruciandos expectat. Et huic ſententie alludit parabola: quia uiri

UVA. BHSC. IyR_070

de lignum uix cum difficultate inceditur:ſiccum autem ſtatim aduritur & flammeſcit. Et pro his duo ſubnectuntur uerſiculi.

Ieſus deuotus alloquens
Ieſus uirens aſſatus Cap.xii.

Erductus autem ieſus in monte ad locum caluarie:ubi eum dire mortis anxietas expectabat:ut oſtenderet ſibi nihil cõmune cum mundo ſic omnibus temporalibus eſt priuatus:ut ſic remaneret nudus in conſpectu deriſorum & populi circunſtantis ſicut nudus exiuit de utero uirginis. Tuncqꝫ plenus charitate & cordis feruore ad explendum in opere noſtre redemptiõis myſterium: quod triginta tribus annis ineſtimabilibus doloribus cõſummauerat corde:pietatem cordis ſui internam exterioribus ſignis in impiorum oculis exprimebat cum manſuetudine:cum pietate:cum tanta deuotione faciei ſue :offerens ſe morti:ꝙ non ſolum moueri ad pietatem impii perſequentes:ſed etiam eorum corda naturali quadam compaſſione debuerant ĩtali aſpectu pſcindi:quorum uicem duricies lapidoſa ſuppleuit: obſtinatione enim maligna ipſum manſuetum non reſiſtentem:ſed ſignis indulgentiam pleniſſimam precedentem crudeliſſime & dure tractantes : & in modum pellis trahentes :& dire clauorum aculeis cõfodientes crucis patibulo affixerunt. Cuius tractature duricies exprimitur per prophetam:cum dicitur:Dinumerauerunt ſibi omnia oſſa mea. Tuncqꝫ manſuetus ieſus uerbum ſcilicet miſeratiõis & gratie a ſeculis inauditum ſuper ſceleratos effudit dicens. Pater ignoſce illiſ:quia neſciunt quid faciunt. Vbi non ſolum de pleno corde indulſit: ſed etiam apud patrem pro ipſis eorum ignorantiam allegauit:uere neſcierunt quid facerẽt:ſicut nec ceteri peccatores ceci qui ſemper ad minus quinque ignorãtias habent:& habere probantur: quantacunqꝫ malitia eis uideatur ineſſe. Non enim attendunt
Quantam iudicis maieſtatem contemnunt
Quantam patris bonitatem offendunt
Quantam ſibi in facie anime macule turpitudinẽ affligunt
Quantum eterni cruciatus tormentum incurrunt
Quantam etiam glorie beatitudinem perdunt.
Et licet etiam in iſto ſcelere multe ignorantie ſpecialis circunſtantie ſint connexe:ut enim de ceteris tranſeam ſilenter:craſſa fuit ignorantia & ſupina: ſi chriſtum ieſum non cognouerunt dei filium:cum hoc eis ipſe per multa opera ſupernaturalia: & ſoli deo poſſibilia comprobaſſet:quod per ipſorum ignorantiam non ſolum non fuit excuſabilis:ſed etiam obſtinatione mentis abominabilis & horrenda. Sicut ſatis ipſemet chriſtus expreſſit in parabola de colonis uinee:qui domini ſui filium occiderunt ipſum heredem aſſerentes:uidebant enim euidentia ſigna diuinitatis ipſius:que ex odio chriſti & inuidia peruertebant:& uerbis quibus expreſſe fatebatur ſe filium dei credere noluerunt:unde ipſe eis dixit Ioannis quintodecimo. Si non ueniſſem:& eis locutus non fuiſſem:peccatum non haberent:nũc autem excuſſationem non habent de peccato ſuo. Et poſtea ſubdit. Si opera non feciſſem in eis: que nemo alius fecit:peccatum non haberent:nunc autem & uiderunt & oderunt me & patrem meum: ubi expreſſe chriſtus attribuit mortem hominis iuſti:ſed hominis dei. Et licet dicatur prime Cor.ſecundo. Si cognouiſſent:nunquam dominum glorie crucifixiſſent. Et Petrus actu.tertio. Scio ꝙ per ignorantiam feciſtis ſicut & principes ueſtri: tamẽ hoc debet intelligi ꝙ non cognouerunt per gratiam intenus illuſtrantem:& chriſto per amorem coniungentem:tamen hoc fuit ex culpa ſua. Et licet in minoribus iudeis aliqua ignorantia diminuerit culpam:in ipſis tamen maioribus culpam aggrauauit:ſicut omnis ignorantia affectata. Tanto enim odio in chriſtum ferebantur:ꝙ ex affectu peruerſo falſificabant omnia eius dicta & miraculoſa opera. Nec de eo uolebant audire bona :ſed tantũ mala pp quod eiſ publicari poteſt illud Iob uigeſſimo primo. dixerunt deo. Recede a nobis : ſcientiã uiarum tuarum nolumus. Quia tamen ignorãtia non prout eſt affectata :ſed ceca aliqualr̃ diminuit. Ideo chriſtus allegat:ꝙ neſciunt quid faciũt. Poteſt etiam dici ꝙ infinita benignitas cordis ieſu exquirebat uias qualeſcunque pro eis allegãdo ad patrem. Beda etiam dicit ꝙ non pro illis malicioſis:ſed pro ſimplicibus ignorantibus exorauit. Similes nequitias & ignorantias malitioſas & affectatas reperies hodie in phariſeis malignis huius temporis reſpectu regule ſancte & chriſti uite : & modis ſimilibus ueros pauperes euangelicos perſequuntur:& eorum ſancta uerba deprauant: & eorum omnia dicta & facta interpretãtur in malum: uolentes attendere quomodo eorum uerba chriſti ieſu doctrine & facta conſonant chriſti ieſu uite: & regule per beatum Franciſcum inſtitute. Propter omnia iſta deuota ſuperius poſita adduntur hi uerſiculi
Ieſus ad crucem ueniens.
Ieſus ueſte nudatus.
Ieſus morti ſe offerens.
Ieſus dire clauatus
Ieſus uexillum erigens.
Hoc fuit quando erectus in cruce ad ſpectaculum impiis uexillum penitentie & amare contritionis

UVA. BHSC. IyR_070

ſeipſum prebuit electis ipſum contueutibus mente deuota: ſiue enim in terra poſita cruce extenſus fuerit crucifixus: & poſtmodum ipſum lignum taliter deo inſignitum fuerit eleuatum: quod non ſine grandi dolore ponderoſitatis corporis lacerantis & diuellētis carnem & nuos in locis clauorum potuit fieri. Siue etiam per ſcalas crucem aſcenderit: & a pluribus carnificibus crudeliter protractis brachiis fuerit conclauatus: totoq; pondere corporis imprimente ſuper uulnera manuum: aliquis alius in anteriori parte poſitus crudeliter per tibias trahens ad ima ſic enim clauauerunt eum: ex euangelica hiſtoria non declaratur aperte: uterq; enim modorum fieri potuit: & ſpeciales duricias afflictionis pretendit. Reſpice anima iaculo compaſſionis percuſſa ad tuum dilectum ieſum: & uide eum tue peregrinationis tricoloratum uexillum. Candor enim carnis uirginee: & nigredo liuida flagellorū: & rubor cruoris effuſi ipſum tibi tricoloratum oſtēdunt: propter quod ſequitur:

Ieſus tricoloratus

Vt tu ipſa ſimili formeris effigie: innocentia candida: & tota piiſſimi ieſu ſanguie colorata: deſiderās toto corde pro amore dilecti ieſu tuum ſanguinē fundere: ut ſue morti ſanctiſſime conformeris.

Ieſus ſceleſtos diuidens

Hoc fuit: quando duos latrones crucifixerunt hic & hinc: medium autem ieſum. Ad confuſionis enī ſue augmentum inter latrones ſceleſtos ipſum poſuerunt medium: quaſi ſimilibus ſceleribus inuolutum. Nihil enim defuit ieſu de his que potuerūt dedecus mundane uerecundie augmentare. Vnde & in ciuitate metropoli in qua ante ſex dies fuerat glorioſe receptus in feſto ſolenni azimorum: quādo de uniuerſo iſrael populus conuenire debebat hora meridiana in altam crucē: ut ab omnibus poſſit uideri nudus totaliter in medio latronum in loco punitionis malefactorum: quaſi ad ſpectaculū opprobrii eſt erectus. Denudationem autem eius exprimit Ambroſius dicens ꝙ auctor humane ſalutis ſic nudus poſitus fuit in patibulo crucis: ſicut nudus exiuit de utero uirginis. In aliquibus autē hiſtoriis non autenticis legitur ꝙ mater uidens eū ſic nudum: uelum capitis ſui a ſeipſa amouens ad filii renes proiecit: quod ad aliqualem conſolationem uirginis illis locis corporis ſui miraculoſe adheſit: que femoralia in ceteris contegunt ad pudēda celanda: quod an uerum ſit neſcio. Cum enim tunc eſſet tempus iudicii pro nobis impiis ſuper filium dei: non uidetur mihi ꝙ circa ieſum factum fuerit aliquod miraculum: quod uel dolorem: uel dedecus minueret: uel aliquod adiutorium patienti dei filio miniſtraret: ſed magis ipſemet ieſus ſecū dum ſuam diuinitatem faciens: & ſecundum ſuam charitatem amplectens: elegit omnia facere & permittere que poſſent augere dedecus: & augmentare dolorem. Vnde chriſtus ieſus pendens in cruce: non ad diminutionem: ſed augmētum doloris miraculoſe tenuit naturam ī robore: uſque ad ultimū mortis ſue. Et quia quanto natura eſt uiuatior & fortior: tanto doloroſius cruciatur: Hinc eſt ꝙ ex hoc ineſtimabilis augebatur dolor: & ſemper damnificabatur emitteudo uitalem ſanguinem: & uirtus conſeruabatur: ut intenſiſſimum ſentiret dolorem. Fuit autem mirabile in chriſti paſſione: quia uelocius mortuus aliis latronibus: unde & eorum fregerunt crura: ut morerentur. Et Mar.xv. dicitur ꝙ Pilatus mirabatur ſi iam obiiſſet. Quando autē clamauit. Pater in manus tuas comendo ſpiritum meum: ſubito totum robur nature ceſſit. Et quanto tunc erat natura robuſtior: tanto fuit mors doloroſior. Vbi ſimul attende tria: ꝙ chriſtus uoluntate paſſus eſt: & ideo quando uoluit: & quantum uoluit tenuit naturam in robore: & quando uoluit ſtatim natura ceſſit uulneribus: & expirauit in morte. Secundum uero quod ex his ieſtimabiliter fuit intenſius cruciatus: licet celerius mortuus. Tertium uero ꝙ ſic uoluit intendere ſui corporis cruciatum: ad purgādum noſtri impuriſſimi corporis delectamentū immūdum. Et quia omēs dolores qui fuerunt in corpore & anima ieſu fuerunt ab eius charitate & poteſtate ſecundum regulam diuine ſapientie commenſurati paſſionis fructui & intentioni. Ideo dixi ſupra: & dico ꝙ illa miracula fecit in ſe: & circa ſe: que dolorem augerent ad predictam menſuram. Et propter hoc non eſt inconueniens quod Bernardus miraculo attribuit tranſitus penarum ſpinarum uſque ad cerebrum: quia etiam clamore mortis quod fuit ſignum uigoris & doloris Centurio miraculo attribuit: Mar. decimoquinto: & ex hoc dixit. Filium dei. Attēde autem ꝙ licet iudeorum inſania ad infamiam ieſu ipſum inſeruerit medium: diuina tamen prouidentia in hoc facto: & futurum iudicium: & redemptionis beneficium ſignāret expreſſit. Totum enī genus humanum latrocinio paterne preuaricationis infectum: & infernali cruci debuit iuſtitia exigēte affigi. In cuius generis medio mundi ſaluator affixus electos ex mera gratia quaſi dextrum latronem iuſtificando conuertit. Reprobos autem quaſi ſiniſtrum latronem exigente iuſtitia in ſua pertinacia dereliquit: ut dexter latro inueniat in miſericordia ieſu chriſti: unde gratias agat. Siniſter uero in ſua obſtinatus malitia non inueniat quod reprehendat. Et ideo concordat myſterio ꝙ uterque latro fuit blaſphemus conuicians ſaluatori: quia ſaluator mundi ſicut a reatu nullum liberum reperit. Sic liberandis omnibus uenit: licet fructus libe-

UVA. BHSC. IyR_070

rationis ad ſolos tranſferatur electos. Sed hoc non ex defectu redimentis precii uel redemptoris chriſti: ſed ex obcecata malitia obſtinati animi reproborum. Quorum figuram tenuit ille latro ſiniſter: q nec manſuetudine boni ieſu cōſpecta: nec aſpectu miraculorum: quibus tota fuit mundi machina imutata: nec ex benigna ipſius ieſu ſuſceptione facta de ſocio latrone côuerſo: nec ex charitatiua correctione conſocii ſe in maleficio confitentis cōſortem & ieſum ſibi predicantem inſontem uoluit reuocari. Cui ergo iſte niſi proprie malitie ſuam damnationem aſſcriberet: & cui ille alter latro dexter ſuam ſalutem deputare poteſt niſi reſpectui gratie ipſius: qui in eius pēdebat latere: qui ipſum ad ſe diligendum: confitendum: predicandum: defendendum gratuita miseratiōne conuertit? Sic ergo uidere potes ꝙ crux patientis ieſu iam iudicantis ſolium mentis occultare pretendit. Et ſic licet ſupplicia & opprobria chriſti fuerint a malignitate ꝑtinacie iudeorum chriſto inflicta: fuerunt tamen ſic a diuina ordinatiōe diſpoſita: ut chriſti magnalium & eorum que in ſuo myſtico corpore futura fuerant ſint figura. Ieſus tunc blaſphematus.

Hoc fuit quando ſufferit impiis iudeis tanta exercuiſſe ludibria in ieſum quibus tota nocte & uſq ad horam crucis totam repleuerat animam eius: quin potius tanq̄ eſtimatores omni humano pudore eiecto: ipſi ſcelerati principes ſacerdotum cū ſcribis & ſenioribus iudeorum exeuntes de ciuitate ad locum crucifixionis ipſi manſueto ieſu inſultari accedunt dicentes. Vah qui deſtruis templum dei: & in triduo illud reedificas. Et alios ſaluos fecit: ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Si rex iſrael eſt: deſcendat nunc de cruce: & credemus ei: & alia multa blaſphemantes dicebant in eum. Attende autem anima deuota cum quanto furore miniſtri talium impiorum ſacerdotū in omnibus actibus ſue paſſionis tractauerunt ieſum: quin etiam ipſi principes ſacerdotum & ſcribe & ſeniores: in quibus debuit apparere maturitas in iudicando ēt ſceleratos ex furore interno ad tantam exterius inſaniam proruperunt: ut in feſtiuitate dierum ſanctoꝝ nō erubeſcētes populū cōtra oēm cōſuetudinē exierūt ad locū opprobrioſi ſupplcii morienti iuſto ſic inſultantes impie. Mirabilis enim uerecundia ſui ſtatus in iſto actu apparet: que ex horribili odio in ieſum proceſſiſſe uidetur: propter quod oīs inanitas & crudelitas que poſſit narrari facta circa chriſtum per iſtos impioſ & eorum ſatellitesſ: ut placerent eiſdem magnam ex ipſorum furia probationem accepit. Cogita q̄ crudeliter ipſum tractabant cum de nocte ipſum haberēt in domibus ſuis: quādo inaudita inpudētia ſic coram toto populo exeuntes inuectiones pungitiuas & contumelias deriſiuas exclamabant contra hominem morientem: & toto corpore ſanguine fluentem & pendentem in ligno. Vere nulla anima eſt ſufficiens cogitare circunſtantias aggrauantes dolores & anguſtias mortis chriſti. Quanto autem cruciatu fuerit afflictus ieſus tam mente q̄ corpore ad uerecundiam humane malitie inſenſibilis creatura teſtatur: concuſſo per diuinitatem ieſu toto iſto ſenſibili mundo. Nam ſol obſcuratus eſt: quaſi tanta horrēs ſupplicia in ſuo contueri auctore. Terra ipſa tremuit horrens ſuper ſe tale ſupplicium fieri creatori. Lapides compaſſione franguntur arguentes pertinaciam cordium malignorum. Velum templi ſciſſum eſt: oſtendens propalatam uiam ſanctorum in aſſumptione crucis: quam ipſe ieſus chriſtus dignatus eſt ſuſtinere pro nobis. Monumenta ſunt aperta: ut per hoc oſtendatur ꝙ mors crucifixi noſtras mortes ſua uirtute pellebat: & totus iſte ſenſibilis mundus ſuo priuatus colore: ſuo uidebatur compati auctori: & in eius morte lugubre & funereum aſſumere ueſtimentum: ac ſi deus pater: cuius natura fletum & compaſſionem non recipit uerecunde matri ieſu: que ſola flebat mortem condemnati ieſu pro ſcelere peccatorum uoluerit quaſi comitiuā facere de morte unigeniti lamentanda: & quaſi reſpondet queruloſis uerbis uirginis matris: quibus ipſa poterat clamare ad deum. Et nunquid deus omnipotens ego ſum ſola mater: & tu non es huius dolorati & tui unigeniti pater eternus? Cur ergo me ſolam flere permittis: que non ſola ad ipm filialem recepi reſpectum: & ubi eſt amor tuus quē in monte expreſſiſti dicens. Hic eſt filius meus dilectus &c. Nunquid quia a iudeis reiectus: & a diſcipulo traditus: ab apoſtol relictus: & qr ſpinis coronatus: quia facie conſputus: qr toto corpe flagelatus: & qr nūc diris cordis & corpis doloribus cruciatus: ideo tuus eſſe deſiit filius: qr nulla ad ipſum cōpaſſione moueris: Nunqd ego ſola iſelix debeo flere filiū que non ſola poſſedi dilectū? Cur mihi pater ſocietatem frangis: qua me tibi per ſpiritum ſanctum in matrimoniū ſuſcepiſti in unius generationē dilecti. An qr deus es: ideo non bonus es: an qr oīpotens es inſenſibilis es: an tu qui ubique pñs es non intueris opprobria & dura cordis iacula: & anguſtioſiſſima corpis uulnera que perſona filii tui ſuſtinet in aſſumpta natura: & ſi mea eſt natura: nunq̄ non tua eſt perſona. Noli obdureſcere pater ſancte: ſed aſſocia ſolitariam & meſtiſſimam matrem: quā uſq nūc in obſequiis filii tui fidelem ꝓbaſti ancillā: & ſuper quam tue dilectionis uiſcera effudiſti. Quibus q̄rulationibus pater potuit reſpondere. Ad punctū & in modico dereliqui te: & in tribulationibus magnis conſolabor te. Nō me reprehendas ſi ſola mortem filii dei defles in terra: quia tu ſola bona es munere meo: reliqui omēs mali ſcelere ſuo compaſſionem dignam ad meum

UVA. BHSC. IyR_070

unigenitum non oſtendunt:non meo defectu ſed ſuo reatu.Sed quid mihi deeſt in diuinitatis natura conſortii fletus tui:ego faciam in mihi ſubiecta creatura : que tota tecum uoces funereas dabit ad celum.Iſte enim ſenſibilis mundus mihi obedit ad nutum:ſed homo impius mihi reſiſtit per ſuū malignum conatum quem in contrariis uolo cogere:quia nolo libertatem quam feci deſtruere:& quia ipſe non meruit tantum bonum.Nunc ergo uirgo beata dabo imperium de filio meo deflendo toti orbi mundano.Sol obſcurare:& totū mundum induc ueſtimentis nigris:& illam ſpōſam uirginem illius anguſtiati filii mei aſſocies in lamentis. O terra:terra:terra:cōtremiſce de ſcelere qđ ſuſtentas:& illi amaricate matri tuū prebe conſortium & dolorē. O lapidoſa duricies ſupra oēm duriciem creature argue corda maligna:que noluūt ad compaſſionem ſcindi:nec de morte filii mei pietate molliri. O mors ipſa ex tua crudelitate oīs uite uorattix:oſtende te compati filio meo: cuius membra depaſcis:& ātiquoꝝ mortuorum aperias monumenta:ut uel ſic cōfundatur iſtoꝝ impioꝝ ī ſenſibilis uita.Sic quaſi uidet' deus pater filiū flere per naturā corporeā:& ſic matri anxie remediū ſocietatis conferre:quod qr eadē eſt operatio p̄ris & filii:ideo ut oñdat' deus eſſe qui patit' in duobus ſubnectit uerſiculis.

Ieſus orbem cōcutiens.

Ieſus excruciatus.

Quomodo autē putas:m̄na uiſcerā de nouo conq̄ſſabant' cōpaſſionis affectu ad deū filiū morietē: qñ ſic uidit ſup ip̄m flere luīaria celi:terrā tremere ſub pedibus ſuis pro īmanitate flagitii:& ſaxa duriſſima contra naturā pſcīdi:ac ſi lamētoſis clamoribus deplorantis in cruce filii ſenſum pie compaſſionis acciperent.Certe poterat bene concludere ꝙ dicebat matrem illū flere:quem elementa inſenſibilia deplorabant.

## Ieſus latronem erigens Cap.xiii.

Oc fuit ꝙ benignus ſaluator in aīam dextri latronis reſpexit reſpectu miſerationis & gratie ip̄m tpaliter uocādo ad ſue redēptionis beneficiū:ſicut ip̄m eternal'r elegerat p̄deſtinādo ſecundū ꝓpoſitum uolūtatis ſue gratuita ſua bonitate:nulla alia cā ex p̄te ipſius latronis experta.Sicut nec in aliquo electo nō ſola dei gratuita bōitate:qui reprobis occulto ſuo ſemp tñ iuſto iudicio dat qđ oībus debebatur.Electis autē ex ſolo influxu ſue bōitatis quo eternal'r apparuerunt ſibi in ſancto hoc eſt ieſu:temporalis iuſtificatiōis effectum tribuit:& in eodem ieſu perſeuerātie brauium:& in ipſo eodem eterne beatitudinis largit' aſpectum.Quod quidem eſt ita electorum gratuitum donum ſola dei bonitate ip̄is impenſum: & nullo modo eſſet eis debitum:cum ipſi eſſent eterne mortis ut ceteri debitores:non ex electione gratuita qua nos eternaliter elegit in merito paſſionis filii ſui:ut eſſemus participes ſue beatitudinis : cuius nos in preſenti uita per gratiam facit conſorteſ imaginis.Et licet tota chriſti uita fuerit noſtrę redēptionis meritū:tñ ī ſue mortis doloroſo ſupplicio facta ē electorum copioſa redemptio . Et ideo dum theſaurus ſue paſſionis effunderetur in actu ad paternam iuſtitiam pro nobis:congruum fuit ī electum latronem abundāter largiflua charitate cōtribui.Et quia indignus oīmode quantum ex ſe ipſis erat ſola dei bonitate debebat effundi . Sicut & Dauid canit nulla alia alegata cauſa.Saluum me fecit.quouiam uoluit me.Ideo congruum fuit ꝙ hic latro ſue malitioſe uite dimiſſus forſitan in p̄ncipio paſſiōis ſimul cū reprobato latrōe ī ſaluatorem pium iuxta ſuū crucifixum latus blaſphemie uerba iactaret:ut declinaretur qđ erat de ipſo:& qđ foret per ſaluatoris gratiam mox futurus. Non tñ aſſero ꝙ in cruce cum altero blaſphemauerit xp̄m: licet pluraliter hoc ſcribat euangeliū.Poteſt enī ſecundum Augu.ſaluari:ut ponatur more ſcripture plurale ꝓ ſingulari:& ad gratuitā electiōem ſuam mōſtrandā ſufficit tota p̄terita malitia uite ſue. Iſte aūt latro iuxta dextrum ſaluatoris latus confixus figuram tenuit omniū electoꝝ:qui priuſ natura filii ire ſicut & ceteri:uocant' ad eternam beatitudinem ſolo pii patris miſeratiōis reſpectu.Et ideo erectio iſtius latronis debuit eſſe altiſſima:tam ex condecentia dei gratiam largientis : q̄ etiam ex figura quam tenuit dictus latro:ſue uite terminum cum patiente ieſu compenſato curſu.Muſtum enim inebriantis amoris quod tunc de uua ieſu exprimebatur in torculari ſupplicii:quod etiam in futurum in omnes nationes debebat effundi: largifluo participio debuit animā eiecti latrōis replere:& ip̄am inebriare perfecte:& ſic a ſuo uicioſo amore omniſ mali alienare totaliter:ut in nouam creaturam ſi'itudinis mortis ieſu plēiſſime formaretur. Vnde & uirtutes huius latronis infuſe menti ſupra cōmunem ſtatum ad alta tranſcendunt.Quale enim fuit ipſum dei filium credere:quem uidebat ut hominem infirmum contumelioſa morte finiri? Quale etiam fuit ab illo ſperare ſalutem:quem ī proprio corpe uidebat oī ſalute p̄uatū? Quali charitatis ardore illū dilexit: quē ſue mortis p̄cio uidit ſibi in ipſa die padiſum cōferre tot ſceleribus irretito.Vnde & totum quod habuit ipſi ieſu in ſacrificium p̄fecti immolauit amoris:maibus enim & pedibus crucifixus non potuit ſibi ſeruire niſi de corde & ligua:cor ſibi ī thymiama perfecti amoris & odoris ardēti charitate ſacrauit:lingua ſibi exhibuit omni modo. Primo propria & totiuſ generis humani ſcelera confitendo:aſſerens nos penalibus anguſtiis digne plecti:cū dixit.Et nos quidē iuſte. Secū

UVA. BHSC. IyR_070

do anguſtias chriſti ieſu gratuitas aſſerens ex ſola charitate ꝓcedere eius innocentiam allegando: cū dixit. Hic autem nihil mali geſſit. Ex quo ſequitur ꝙ a diuina iuſtitia nihil pati potuit quod noluit.

Tertio etiā blaſphemantem latronem impium charitatiua reprehenſione arguebat: cū dixit. Neqꝫ tu times deum: qui ī eadē damnatione es. Vbi forte contra ſuperius dictum poſſet dici ꝙ nō blaſphemauerit deū ſaluatorem: quod ſi ita eſt placet. Nō tamen poteſt neceſſario argumento concludi: potuit enim prius blaſphemare: poſtea uiſis ſignis cōuerti: & ſic conuerſus non conuerſum redarguere ī blaſphemia perdurantem. Quarto toto mentiſ affectu: & ipſius lingue affatu cū multa cordis contritione: cū multa mentis deuotione: & q̄tum pmiſſit acerbitas ſupplicii cū conuerſione faciei bēigna & humili ad dilectum ieſum ſtupēde perfectionis & breuitatis orationem effudit: cū dixit. Domine memento mei cū ueneris in regnum tuum. In qua oīs uirtualis cōplementi perfectio continetur: ſi deuota mens ſciuerit explicare. Et ut modicū pateat in quanta fide fundatur in moriente eternam uitā credere: in quanta ſpe erigitur: & ſic ab omni mundo reiecto celeſte regnum ſperare: in qua exceſſiua charitate liquatur: qui ſola dilecti ieſu memoria cōtentatur. Quali fulcitur prudentia qr nulla poſtulauit caduca. Quali fortitudine roboratur: qr ſic ſubito ſupra omnia ſua ſcelera ſuperfert̄. Quali tēperātia contentatur: qr in ſola uoluntate ſaluatoris premii menſuram reliquit. Quali fulcitur iuſtitia: quia ſic oībus debita tribuit ſecundum conuenientiam rationis: ut ſibi ꝓprie confuſionis contumeliam in confeſſione redderet: proximo tranſgredienti charitatiuam correctionem impenderet: deo ſaluatori plenam compaſſionem ſue mortis: & totalem immolationem ſue tribueret uoluntati. Vnde nec mirum ſi ſic conuerſum latronem ſaluator ſic copioſe ditauit: quando in reſponſione dixit. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiſo

Vbi pondera
Quantam rem dedit: quia paradiſum
Cum quanta celeritate: quia hodie
Cum quali ſocietate: quia mecum
Cum eterna ſtabilitate: quia eris
Cum iuramenti certitudine: quia amen
Cum alterius internūcii excluſione: qr ego dico
Cum quanta dignatione: qr ignominoſo latroni.

Per uirtutem tamen penitentie ex infuſa gratia facto digno: cū dixit. Tibi. Et ideo nō uilipendēdus eſt iſte latro: nec locū modicū ītēr ſanctos debet arbitrari tenere: ſicut ex ſeq̄nti uerſiculo explicatur.

## Ieſus dans principatus Cap.xiiii.

Oc enim fuit quando ſue matri dedit primatum compaſſionis: ut eſſet mare magnum omnis deplorationis & lamentatōnis mortis ſue: in qua omnes mentes alie tanquā ī mari magno quaſi uaſa modica exhaurirēt: de quo magis infra dicetur. Ioanui dilecto diſcipulo dedit ꝑmatum adoptionis: cum ipſum fecit ſue matris filium dicendo. Ecce mater tua. In quo exemplariter omnes electos fecit & īſtituit legitimos filios charitatis materne. Ipſi enim in Ioanne figurantur in quo eſt gratia: omnes electi per gratiam adoptantur: unde & ipſi electi ſi uolunt huius gratie habere participium: debēt ſatagere dolores maternorum uiſcerum mentaliter experiri in ſimilitudine Ioannis: qui dolores crucifixionis ieſu & materne compaſſionis plus omnibus deguſtauit. Talibus enim doloribus conquerit̄ huius filiatio cōis: latroni autem electo primatum aſſociationis contribuit ipſe ieſus: cum ipſum taliter conuerſum iuxta latus ſuum crucifixum elegit. Singulariſſima enim priuilegia gratie in iſto latrone fulxerunt. Primo quia ſolus inter membra xp̄i corporaliter paſſus eſt crucis ſupplicium ſimul cum ipſo: in quo decoratur effigiata ſimilitudine ſaluatoris: quia crucifixus crucifixum aſſociauit: & hoc priuilegium non conuenit alteri cuicunqꝫ: nec obſtat ꝙ crucifixus fuerat ꝓ ſceleribus ſuis: quia poſt plenam conuerſionem fuit legitimum mēbrum xp̄i: & ex tunc pena ſua fuit cōfigurata ſimilitudini mortis eius. Secundo etiā ſolus matrem aſſociauit in lamentatiōe doloroſa morientis filii dei pro ſceleribus noſtris. Nulla enim creatura huius uite matrem aſſociauit in lamēto ꝑfato: iſto dum taxat excepto latrone. Licet enim Ioannes & maria magdalena deflerent amare moriētem ieſum: non tamen ipſum defleuerunt: ut deū pro redemptiōe hominū morientem. Vnde & eorum lamenta multa fuerunt informitate inſipida. Solius autem latronis huius fuerunt ſimul cū maternis uiſceribus acceptata lamenta: quia uere deū credidit ſibi infuſa fide: quem tamen multo doloꝛ hominem morientem uidit. Tertium latronis priuilegium in quo non hūit ſocium fuit: ꝙ xp̄o condemnato ab impiis iudeis tanq̄ reo eius innocentiam publice predicauit: & ipſum ſaluatorē ſuū moriētem tanq̄ eternum deum: armis quibus potuit ut ſuus collateraꝛ miles ſtrenue defenſauit. Vnde poteſt probabiliter credi: ꝙ non ſolum ſceleſtū increpauit latronem: & ſibi xp̄i innocentiam allegauit: & proprium ſcelus iniecit: ſed etiam ꝙ propter iudeos & illos malignos principes: poſt tam duras contumelias illatas ſaluatori non aſſociatos de eius ſuppliciis: que ſic impie exierant inſultaturi morienti ieſu aſpera increpatione confudit: nec eſt inconueniens credere ꝙ cum ipſe ſuperuixerit morti ieſu: & uideret maternos geſtus uerſus filiū amaritudineſ exprimentes dolorum: ꝙ aliqua uerba cōpaſſibilia & affectualia illi quā matrē ſuam uere recognoſcebat expreſſit. Qui enim ſciuit ſe ꝛedemptum a xp̄o: non dubitauit ſe filium uirginis matris eius. Quartum quia ſolus tunc petiit ſalutem: quādo ſaluator eam pro omnibuſ faciebat. Vnde & abunde recipere debuit: ſicut & fecit.

UVA. BHSC. IyR_070

Quintum:quia tunc tenuit figuram & quaſi uicē
omnium electorum:cum ipſe repletus fuerit ſpiri
tu ſancto:tanq̄ electus ad iſta percipienda priuile-
gia:& m̄lta alia q̄ nō ſufficio explicare:ſcias ꝙ ſpiri
tus ſanctus ipſum inhabitans ipſū agitauit ad oīa
facienda que dicebat ipſum facere tanta īmutatiōe
a xp̄o ſubito īnouatum. Arbitror autē ꝙ electrix
gratia que in iſto ſic ſignanter effulſit:ut eſſet om-
nium redemptorū figura: iſtum latronem tam in
plene compatiendo ieſu:q̄ in predicando eius ſan
ctitatem:q̄ in aſſociando matrem lamentantē q̄ in
arguendo iudeorum proteruiam & impiam ceci-
tatem:q̄ etiam prouocando omnes aſſiſtentes ad
tanti piaculi pietatem:facit ſtrenuiſſime operari.

Nec obſtat ſi diceres quare euāgeliſte de talibus
nihil ſcribunt.Scribunt enim tantū: ex quo poteſt
menſ deuota iſta enucleare non dicta.Scribunt enī
ipſum a deo electū:ipſum exorarē xp̄m: & ab eo po
ſtulaſſe regnum .Ex quibus luculēter apparet ipſū
a xp̄o redemptum:& per ſpiritum ſāctum iuſtifica
tum. Attende autē tu qui es prefactiſ repugnās:
ꝙ quando ipſe ſpiritus ſanctus aliquā creaturā ad
aliquem ſtatum elegit:omnia ſibi tribuit:que de-
cet illum ſtatū habere.Modo cogita ſi decebat chri
ſtum redemptorem mediocriter dare taliter poſtu
lanti latroni:īmo uere ip̄m decuit.Sicut ipſe habe-
bat latus corporale aperum ad faciem illius latro-
nis:ꝙ ipſe reſeraret ſui cordis archanum illuſtratiōi
mētis illius electi militis & fidelis ſodalis .Et ꝙ ſi
cut tunc ſine menſura ſeip̄m toti exponebat orbi.
ꝙ ſimiliter ineſtimabiliter effunderet ſe illi menti.
Tunc enim quando muſtum amoris ieſu in torcu
lari crucis exprimebatur compreſſiōe doloris:quo
totus inebriandus fuerat orbis:non debuit quaſi ī
paruo ciatho propinari latroni:ſed tota apertio ſue
mentis in torculari cordiſ ieſu quaſi ſine mēſura di-
mergi:unde non puto iſtum latronē:niſi inter ſub
limes dei principes collocandum. Attende autē
ꝙ quandocūq; de aliquo electo ſcriptura mētionē
facit in aliquo ſtatu ſublimi:licet nihil dicat : relin-
quit cogitandum expertis mentibus omnia alia
circa ipſum electum:& per illum fore facta q̄ ſtatū
illum copioſe decorant:unde cogita q̄ decuit illum
latronem facere:& tūc poteris uidere ipſum feciſſe
ſtupenda circa prefata:& q̄ nō potuit:ſuppleuit mē
te. Vnde nec mediocriter eſt penſandū: ꝙ xp̄us
ſibi paradiſum promittendo ſingulariter dixit.Me
cum eris:per hoc inſinuans ꝙ iſtum tunc in cruce
habebat rex crucifixus ſicut collateralē militem ſe-
cum ſtrenue cōpuguantē:unde in illo uerbo .Me-
cum eris : anthonomatice exprimitur aſſociatio &
ſimilitudo xp̄i regnantis correſpondentis aſſociati
oni ſimilitudinis morientis .Oro ergo te piiſſime
& potentiſſime latro in regno celoꝝ:ut mihi pecca
tori impio & uero latroni impetres a tuo dilecto ie
ſu:ut ſibi perfecte cōmoriar: uirgini condolenti &
lamentanti filius condolens & collamētator adiū-
gar:xp̄m in ſua uirtute falſificatū ab ipiis zelo uir-
tutis toto corde defendam:& impietatem ſcelerato
rum xp̄m impugatiū zelo charitatis reprehenden-
do conuertam:ut ſic tuaꝝ particeps uirtutū ī decur
ſu uite tue paradiſo cōiungar ſocius ī fruitione ui-
ſionis beate.

## Ieſus matri compatiens.capi.xv.

Vis bone ieſu poſſet exp̄mere quāto cōpa
ſſiōis feriebaris telo: quādo materna uiſce
ra cōtuebariſ omni amaritudine tue paſſio
nis repleta .Nec non & ipſam faciem pallidam &
quaſi ſine morte mortuam:& tui ſanguinis aſperſi
one manibus & ueſtibus & faciem cruentatā gemi
tibus anxiam:uoce raucam:lachrymis ꝓfluā:& to-
tam in tuis doloribus inabyſſatam: ictibus caſuum
ex uoluntate te tangendi colliſam:& omnis conſo
latiōis ſotietate priuatam:uere enim bone ieſu no-
uam & magnam amaritudinis crucem ex tue ma-
tris tali conſortio pro nobis peccatoribus aſſumpſi
ſti:unde cum nulla creatura minor ipſa dolores cor
dis eius mēſurare ſufficiat:tu ſolus tue dilectiſſime
matri pro te & pro nobis miſeris & īdignis filiis fu
iſti debita menſura compaſſus.Et hoc bone ieſu fu
it ad tui doloris augmentum: quod non ſolum in
te ſed in altero hoc eſt in materno corde fuiſti ſic le
taliter crucifixus . Vt autem tibi anima mea miſe
ra aliqualiter pateat quantus fuit dolor cōpaſſiōis
cordis ieſu ad matrem dilectam:cogita quantū po
tes:quanta fuerit in corde uirginis dolorum mēſu-
ra.Nulla enim ratio fuit in corde uirginis:non ſolū
q̄ minueret ſed que non augumentaret huius dolo
ris uirtutem.ꝙ ſi mens tua ſemper dei diminuens
bona:dicat quod nō debuit tantum dolere cū ſci-
ret iſtum iſta pati uoluntarie:& ſeipſum ſi uellet de
morte:& de pena poſſe redimerē: ſciret etiā ꝙ ip̄am
& omnes electos de infernali gehēna ſua liberaret
morte.Et ꝙ ſicut dei filius tertia die debebat reſur
gere:& ꝙ ex iſta morte iſte filius ſuus deus homo
debebat accipere a deo patre nomen ſuper omne
nomen: quo in nomine eius flecteretur omne ge-
nu:celeſtium ſcilicet terreſtrium:& infernorum.Et
non ſolum ipſi ieſu:ſed etiam ꝑpter ipſum ipſe-
met uirgini eius matri . Aduertas carnalis ani-
ma:ꝙ hec omnia dolorem pietatis materne multi
pliciter augmentabant ex iſtorum etiam reſpectu:
ſi tamen eius menti tunc occurrent dolorum acule
is amplius pongebatur . Ad quorum euidenti
am nota duplex fore genus dolorum . Quidam
manantes ex impatientia & deſperatione mentis
a deo & ex cōdeſcendentia odii in proximum qui
bus anima delectatur & in abyſſatur in anguſtia: ꝙ
de deo : uel de proximo ſe uindicare non poteſt:&
ꝙ uelit:nolit penas ſuſtinere ab eiſdem.Iſti ſunt do
lores infernales & prophani qui ſolum reprobis re
ſeruantur.Nec infliguntur electis niſi in quantum
ad tempus ꝑ ſuis peccatis illi impie ciuitati iungū
tur.Abſit autē talis dolor a chriſto:& a corde ma-



UVA. BHSC. IyR_070

terno:& ab omni eius electo. Nunq̄ enim de hoc
dolore:uel modicū deguſtauit. Eſt aliud genus
dolorum quod ex complacentia uoluntatis aſſu-
mitur & ſecundum uirtuales regulas ab eterna in-
fluentia dei in electorum mentibus menſuratur.
Nec iſtius doloris poſſet unam ſtillam habere crea
tura aliqua in ſeipſa. Eſt enim ex ſpiritus ſancti in
fluxu agitantis mentem ad dolendum quantū do
lere debet. Et ſicut iſte dolor eſt ſemper uirtuoſus:
ita eſt ſemper uoluntarius. Et quanto magis ē uo-
luntarius tanto magis eſt incenſus. Et quanto ma
ior eſt gratia in anima:tanto eſt magis uoluntaria
ad augmentandum in ſe omnem uirtualem dolo
rem:unde & dolores ineffabiles corporis ieſu:de q
bus eſt modicum ſuperius balbutitum:a gratia uni
onis ſumpſerunt ſue immenſurabilitatis augmen
tum:unde & ab aliquibus dī:ꝙ illi dolores fuerūt
in corde ieſu a diuina ſapientia diſpenſati:quod ſic
ego intelligo:ꝙ diuina ſapientia uidens infinitatē
culparum offenſionis uidit quantum dolorem req
rebat plena & abundans ſatiſfactio eorundem. Et
quia nulla creatura tantam poterat in ſe dolorum
menſuram niſi ꝑ unionem diuini ſuppoſiti dilata
re in ſummo. Ideo ſtatuit hominem aſſumere ī uni
tatem perſone:& ex tali unione illam dilatare aſſū-
ptam naturam:ad illius ineſtimabilis menſuratōis
receptandam capturam:unde om̄ia obiecta occur-
rentia aſpectui mentis chriſti argumenta que men
ti carnali concludunt:ꝙ in mente xp̄i ex diuerſis &
reſpectibus ſue paſſionis minuerentur dolores: ex
ſophiſticatione carnalis ſenſus & apprehenſione ꝓ
cedunt:nec illum uirtuoſum dolorem diminuunt:
ſed augmentant:ſed & alium prophanum & īfor-
mabilem excludunt. Vnde ſi argueretur a men-
te carnali de chriſto homine:ꝙ precognitio ſalutis
humane quam preuidebat ſequi ex ſua morte:& re
ſtauratio ciuitatis ſuperne:& acceleratio reſurrectio
nis tertia die:& diſpoſitio & acceptatio uoluntatis
paterne:& honor predicandus in populo charita-
tis ſue debuerunt minuere dolorem in chriſti men
te. Reſpondemus expreſſe ꝙ iſta omnia debuerūt
uirtualē dolorem augere. Cum enim omnia ſupra
dicta ex chriſti acquirantur dolore:tantum dolo-
rem debuit chriſtus aſſumere:& tantum ſibi debu
it diuina ſapientia infundere:quantum ſufficeret ad
predicta omnia conquirenda. Et ideo ſi iſte nō fuiſ
ſent ſubſecute gratie:de ſua morte nūq̄ uoluiſſet n̄
ſolum tantū dolere ſed etiam nihil tolerabile aſſū-
pſiſſet. Et ideo quanto ipſe uidebat uicinius reſur-
rectionem inſtare tanto ſciuit ꝙ pro tempore paſ-
ſibilis uite & maxime paſſionis illate ampliorem
oportuit anguſtiam aſſumere:ut poſſet illorum do
lorum a diuina ſapientia dipoſitorum exigente iu
ſtitia immenſurabilem mēſuram adimplere. Quia
uero dolor in amore menſuratur: ut quantus eſt
amor alicuius:tantus ſit dolor de eius offenſa. Et
chriſtus ex unione diuina deum amaret ineſtimabi
liter:hoc ipſo inquantum paſſibilis erat habuit do
lere ita immenſurabiliter ſicut amabat:propterq̄d
ad uidendum aliqualem cauſam illius immenſura-
bilitatis:imaginare ſi eſſet unus deus qui eſſet to-
tus dolor:ſicut uerus deus eſt totus amor:& ille de
us doloris uniretur chriſto unione perſonali & ſibi
dolores infunderet:cogita quantum doleret. Sic
aliqualiter poteſt uideri quomodo dolores chriſti
ineſtimabiles fuerunt:unde & rationes contradicē
tium fantaſmata ſunt errantium & ignorantiū do
lorum ieſu radicē & cauſam. Sicut ergo tibi aliqua-
liter expreſſi in chriſto homine. Sic & in ipſius intel
ligas reuerendiſſima matre:ꝙ ad illam immenſura
bilem menſuram dolorum ieſu ſupra omnem cre
aturam ſpiritu ſancto influente acceſſit:quātum ſta
tus materne puritatis & dignitas participii ieſu: &
nature conſortium requirebat:unde cum iſti dolo
res ſint radix omnium uirtutum reducte poſt deri
uationem peccati:nulli dubium eſt ꝙ in mētes hu
manas infunduntur ſola influentia ſpiritus ſancti.
Et ideo quanto mens ē magis deputata a labe pec
cati:& magis dilatata in amore dei:magis eſt capa
bilis huius doloris intenſi. Et quia in chriſto ieſu
eſſe nature aſſumebatur in unione gratie:ideo om-
nes dolores quos afflictio nature paſſibilis format
a conſortio gratie:in uſum uirtutum reformat: &
ſic augmentat ſicut illa eterna ſapientia ad redem-
ptionem copioſam requirere cognoſcebat. Sic per
omnem modum ſecundum maternos gradus fu-
it in dilectiſſima matre eius. Nam cum ipſa non ꝑ
naturam:ſed per gratiam ſimul fuerit uirgo & dei
mater:omnes ille operationes nature fuerunt gra-
tia ſupereueſtite:& ex ipſa ſpiritus ſancti gratia agi-
tate & mote:unde & poſt ſanctificationem puto ꝙ
in dei matre nullus fuit motus reſpectu filii quan-
tumcunq̄ uideatur nature:qui non fuerit ſpiritus
ſancti gratia agitatus. Quod maxime non dubi-
um eſt in illis motibus quibus ferebatur in chriſtū
tanq̄ in ſuum filium naturalem:& filium dei patriſ
unde etiam in omni anima electa iſtud eſt ineffabi
liter uerum:ꝙ quanto magis continue ab omni-
bus uitiis depuratur:tanto magis ī doloribus chri
ſti continue crucifigitur. Et ratio eſt:quia talis cru-
cifixio non poteſt eſſe niſi ex ſpiritus ſancti in-
fluxu. Et eſt iſte dolor operatio ſpiritus ſan-
cti: quam in anima facit: & ideo anima uitioſa
non libere permittit ſpiritum ſanctum agere in
ſe: ſed continue contra ipſum bellat & repugnat
ſuorum reſiſtentia uiciorum diſputans dubitans
& allegans: quod non debuerunt tales dolores
eſſe in corde chriſti & corpore. Et ꝙ non ſit mul-
tum neceſſarium tali participatione dolorum xp̄i
ieſu continue inſudare:& quaſi ſub ſpecie utilitatis
maioris ex uitio ſuo ſuo auertens cor a contempla
tione talium ſe in aliis occupat diſtractiuis & ſuper
norum afflatuum deſtructiuis: & ſua malitia ceca
dicit ſepe ſe in his plus deo ſeruire: unde nec ad ex
perientiam illius quaſi infinite capacitatis chriſti ie
ſu in doloribus & uirtutibus ſuis ſinit ſe ducere:pro

UVA. BHSC. IyR_070

ut ſepe miſera ipſamet experitur:ꝙ ipſam uellet in
pellere internus afflatus. Anima autem ſcelerata ra
ro aliquid poteſt capere:niſi illos ſuperficiales dolo
res:quos in ꝑpeſſione uulnerum uiſus eſt ſuſtinere
in corpore:quia non nouit aliter: q̃ ſecundum ſuũ
carnalem ſenſum ſpiritualiter eſtimare. At econtra
mens munda permittit intra ſe ſpiritum ſanctum
currere:& abſqꝫ aliqua ſui reſiſtentia operari in ſe e
manationes uirtutum:ſine ſui rebellione uel negli
gentia: ſuos cum tota ſe recipiẽdo influxus. Vnde
ſecundum menſuram emundationis a uiciis ẽ mẽ
ſura tranſformationis per ſpiritum ſanctum in do
loribus crucis. Et ideo anima que magis accedit ad
puritatis faſtigium ſentit tranſformationem totalẽ
dolorum chriſti:unde non eſt dubitandum ꝙ errãt
dicẽtes uiam crucis nouiciales feruores: & dicunt
ſe eleuatos ad altiora ſolatia:arduitatem intermittẽ
tes uirtutum & in ſeipſis extinguentes ſpiritus ſan
cti influxum. Non enim uacat iſta crucifixio a ſum
mo diuinitatis dulcore:immo quanta eſt tranſfor
matio in chriſtum paſſum & doloratum: tantum
tranſformaris in deum ſublimẽ & glorioſum: ma
xime ſi uenisti ad purgationem tui uicioſi amoris:
ut glorias eterni dei & tropheos uirtutum non di
ligas propter te:nec in recuruo amore reciproces:
ſed in perfectiſſima abnegatione tui ſolum diuinã
gloriam ut dei eſt:& uirtutes ipſas ut emanationes
uoluntatis diuine:propter hoc tamen qr ipſe uult
& nulla alia ratione deguſtes. Et cum ipſe ſaluator
dicat:uolo ut ubi ego ſum ibi ſit miniſter meus:ta
li menti ſic abnegatione ſui ſoli ſue miniſtrans uo
luntati duplicis ſtatus ſui ſimilitudinem impartit
Sicut enim ipſe ſimul fuit uiator & cõprehenſor:
& ſecundum eandem partem mentis ſue ſimul in
in ſummo beatus & doloratus:ſic & tali anime per
fecte purgate ſimul aliquãdo perfectam tranſfor
mationem in ſuis doloribus:& perfectam fruitio
nem de fruitione uie locor in ſuis eternis ſplendo
ribus cõmunicat. Et puto ꝙ forte fuerunt plures ĩ
hac uita ad hanc perfectionem adducti ut ſimul ſe
ſentirent mente & corpore tranſfixos & inabyſſati
onibus & ardoribus diuinitatis ieſu & paterni pe
ctoris ĩ mentis inabyſſatos dulcore. Quod uere ar
bitror ĩ beato franciſco poſt apparitionem ſeraphi
cam eſſe completum:ꝙ & ipſa apparitio dilecti ie
ſu crucifixi in ſpẽ ſeraph manifeſte declarat. Ap
paruit enim crucifixus pariter & alatus & ſimul con
foſſus uulneribus:& ſplendoribus flãmeus:ut hac
apparitione oſtenderet:ꝙ franciſcum & carne cruci
figeret:& mente tranſformaret in ſuos inabyſſales
dolores:& anagogicos & flãmeos ardores:& ſera
phicos guſtus & contemplationis uolatus ſic ſua
benignitate formaret:ꝙ ĩ ſuis meditatiõibus & le
gitimis filiis ſpiritualiter deberet compleri:illa cor
poralis effigiatio prothõſigniferi crucis frãciſci ex
tatice ſignum. Vnde & cũ chriſtus crucem accepe
rit in utero matris ſue: cõtinue eam baiulauerit cor
de:& eam formauerit multa auſteritate in corpore:
nunq̃ dixit Conſumatum eſt:donec toto ſuo effu
ſo ſanguine dilaceratum corpus in dolore affixum
cruci reliquit exanime. Nec unq̃ niſi de cruce legi
tur ſpiritum ſuum in manus recommendaſſe pater
nas:unde multum errat qui credit ſe aliquid degu
ſtar̃ diuinum:niſi per oſtium introducatur ſacratiſſi
me crucis. Et ſi quando anima abſorta totaliter in a
byſſum increati luminis omnium creatorum: tam
ſui:q̃ aliorum obliuiſcatur ad tempus. Si lumen il
lud fuerit uere diuinum:& non diabolicum:nec de
ceptorium:quanto plus fuerit inabyſſata in deum:
tanto nouo gradu reperiatur ĩ altiori participio do
lorum inabyſſalium crucis chriſti. Et ideo timeo ꝙ
multi eleuantur a cruce dicentes ſe contemplari di
uina:per illum q ſedem ſuam poſuit ad aquilonẽ
& ſic ſe ſimilem altiſſimo fore dixit. Occulte autẽ
preſumptiones reputationis proprie talium fatuo
rum in ſpiritu errantium merentur ſibi a deo tales
excecationes permitti:ut auulſi a porta uerorũ gu
ſtuum & fruitionis uirtutum: & diuinorum lumi
num:ſcilicet crucis chriſti:in quibus deceptoriis ui
ſionibus & uanis uel internis ſuis falſis fantaſmati
bus a diabolo forte ut poteſt credi formatis fatue
delectentur:qui niſi conuertantur: timẽdum eſt ꝙ
uorago luciferina ſubſequetur. Vnde concludo de
uotionem iſtam:ꝙ ſicut ex gratia unionis non eſt
finis in chriſto. Ita non eſt finis in doloribus ſuis:
ſane intelligendo. Nec in uirtutibus & ſtatibus ſub
limibus ibi contentis. Et quantus eſt homo in illis
ſtatibus:tantus eſt in diuinitatis ſplendoribus: un
de in uia nullus audeat preſumere ſe non ſolũ non
tranſiſſe crucis ſtatũ: ſed nec perueniſſe ad eius uel
debitum gradum:& quantumcunqꝫ in ea profici
at:ſciat tamen ſemper in ea ſupereſſe quod querat.
Qui autem tranſiſſe ſe dicit:uel nunq̃ eam uere at
tingit:uel impie ex ꝓpria cecitate relinquit. Attẽ
de autem ꝙ ſicut nulla creatura in hac uita fuit per
fecte purgata a fomite:ita nulla fuit ſine ſpiritus ſã
cti rebellione in illis perfectionibus & uirtutibus
q̃s in ea ſpiritus operari conatur. Et cum inſpiratio
ni ſpiritus ſancti rebellari non poſſit nec eius opa
tiones impediri:uel minui:ſine offenſa ſaltem ue
niali:puto ꝙ iſta ſit cauſa quare nullus quantũcũqꝫ
perfectus:ſicut nec ipſi apoſtoli:uiuit ſine offenſa
delicti. Sola ergo beatiſſima uirgo pleniſſime ex
purgata liberrime ſine aliqua rebelliõe recepit ſpiri
tus ſancti influxus:& ideo ſpiritus ſãctus qui ex ſe
ſemper largus eſt non auarus: quia ipſam uirginẽ
ſine rebellione fecit:ideo eam in omni gratia reple
uit: quantum poteſt creatura capere non unita: &
quantum creature capacitas dilatatur ex dignitate
materna. Et quia fundamentũ & radix omnis gra
tie & meritum eſt dolor cordis & corporis crucis
chriſti ieſu:ideo ipſam tantum repleuit in ſummo



UVA. BHSC. IyR_070

de chriſti doloribus:quantum non poteſt omnis
creatura capere maternali ſtatu non euecta. Mo
do cogita & menſura mentem uirgineam: quod ſi
tua modicitas poteſt facere ſicut formice pes po-
teſt uno paſſu totam mundi machinam menſura-
re.Sed ſibi conceſſum eſt aliquantulum peditare i
latitudine orbis terre.Sic & tu aĩma deuota aliquã
tulum pedita in latiſſimo mari oceano amaritudi-
nis dolorum uiſcerum maternorum. Et cum iſti
dolores in amore fundentur:omnes rationes in-
tendentes amorem intendebant non dubium pa-
riter & dolorem.Et ſicut non minus dilexit ipſum
quia ſciuit eum eſſe filium dei:de ſe naturaliter ge-
nitum.Ita non minus:immo ineſtimabiliter plus
doluit:qa uidit filiũ dei ſic horribiliter tractari: uili
ficari:& occidi in aſſumpta natura:& de ſuis uiſceri
bus concepta natura.Et ſicut non fuit minus dili-
gendus dei filius:quia iſta uidit pro noſtra redem-
ptiõe aſſumere.Ita ſibi fuit magis cõdolẽdũ: qa ſic
amoroſe tã imẽſos ꝓ nobis ſuſtinebat dolores.Et
ſicut ip̃e maiores dolores aſſũpſit ꝓ rẽdẽptõe hũa-
ni generis:q̃ ſi nullum redemiſſet electũ.Sic & bea
ta uirgo maria ſibi magis condoluit:quia ipſa uide
bat ꝙ dolores omnium in ſe portabat: immo ſi-
ſicut ipſe fuit omnium redemptor:ita ipſa fuit om
nium genitrix:mediatrix:reconciliatrix:excuſatrix;
& aduocata omnium peccatorum.Et ideo cum ip-
ſa eſſet aduocata mundi:tantum dolorem ſpiritus
ſanctus ſuiſ infudit uiſceribuſ:quantum ſufficiebat
omnium electorum genitrici:ad excuſandam ĩgra
titudinem mundi:qui ſic dura morte de mundi fa
brica ſuum expellebat auctorem:qui ad ipſos eruẽ
dos de faucibus mortis de ſinu patris aduenerat
ſeruilem aſſumendo naturam:unde ipſa pro ſe & ꝓ
toto mundo dignum deo morienti:& de ſe geni-
to exhibebat lamentum.Et quanto certius ſciebat
ſeipſam per filii mortem redimi:tanto magis ſibi
grata ſuo coniungebatur dolori:& quanto ſciebat
breuius eſſe tempus:quo mors ad ſolum triduum
debebat in membris chriſti includi:tanto magis ſa
tagebat ſibi toto corde commori & conſepeliri:&
tanto magis uacabat dolori: nullo modo uolens
nec etiam pro reſurrectione filii dum uiueret in car
ne paſſibili a dolore mortis eius participatõne frau
dari.Et cum omnes electi regenerentur in chriſti
morte:cuius mortis guſtus debet electis eſſe refe-
ctio dulcoroſa:dum uiuunt in paſſibili carne:ipſaq̧
fuit principaliter redempta:& in ipſa redemptione
ad maternam unionem euecta:ſicut per gratiam re
demptoris ipſum redemptorem ſola ipſa genuit:
ſic per eandem gratiam dolorem ſue mentis ple-
niſſime ſola participauit. Et ad hoc ipſam impulit
illud quadruplex principium:de quo ſupra facta eſt
mentio:ꝙ dignum reddidit ſacre conceptioni filii
dei conſenſum:ꝙ in dolorum eius materia replica
re non piget.Electrix enim gratia que ipſam ad di-
gnitatem maternam elegerat totam ad compaſſio
nem morientis filii impellebat.Ipſa autem celeſtis
Hierarchia omnium angelorum influẽtia: toto co
natu eum Hierarchizabat & ſibi influebat:ut ſicut
dignum erat dignam matrem dei compati et dole
re:ſicut ipſa pleniſſime faceret & ſe haberet circa ſu
um & dei filium pro ſe:& pro omnibus dilectioniſ
ſue filiis morientem.Ipſe etiam habitus gratie mẽ
tem informans uirgineam: qui ipſam reformabat
ad dignitatem maternam:cum plãtatio uirtutum
omnium uirginee mentis ultimato conatu men-
tem uirgineam propellebat:ut totaliter in chriſti
penas & dolores anguſtiata mente ſaltaret. Qui-
bus uirtutibus magis adiutorium contulit mater-
nalis dilectionis connexio naturalis:qua ſimul eo
dem luctu quo lamentabatur morientem deum ſi
mul & doleret predilectum filium ſibi contume-
lioſe ſubtractum:& coram ſuis corporalibus ocu-
lis ſic per omnem modum penaliter crucifixum.Ip
ſe etiam ieſus qui ſciebat quod dignum erat ma-
trem ſuam participare paſſionem: eam pleniſſime
ſuis doloribus coiungebat:& hoc ex magno amo
re:quia bene uidebat ꝙ mater nihil aliud deſidera-
bat pro tunc:ſed nec deſiderare debebat: ideo eam
plene exaudiuit:unde quaſi ſeipſum totum dolora
tum intra cor uirginis ad modum ſagitte iaciẽs di
xit.Mulier ecce filius tuus:hoc etiam requirebat to
ta uniuerſalis gratia diſpoſitionis eterne diffundẽ-
da in cordibus electorum que ſicut apud patrem
eternum ex ſua gratuita bonitate meruit habere ſu
um filium per mortis ſupplicium redemptorem:
ſicut etiam meruit:quia non erat bonum hominẽ
eſſe ſolum:adiutorium apud patrem redemptori ꝑ
omnia ſimile aduocatõnis materne.Et ideo dignũ
fuit ꝙ talis mater:que omnibus filiis gratie prepa
rabatur genitrix digna:digne obſequio morienti
deo pro omnibus electis compaſſionis & lamenta
tionis & participii mortis:que actualiter cor & cor
pus depaſcebat:unigeniti dei ſacrificium lamentati
onis & tranſformatiue crucifixionis efferret.Et iõ
merito dixi ꝙ menti uirginee nulla ratio occurre-
bat de filio:niſi in ratione amaritudinis & amaricã
tis & tranſfigentis doloris.Et ſi aliqua ratio menti
carnali uideatur poſſe occurriſſe materno aſpectui
ſic abſorbebatur ab amaritudine maternorũ uiſce-
rum:ſicut gutta aque dulcis ab amariſſimo mari.
Et ſicut influxus omnium fluuioꝝ in mari in ama
ritudinem conuertuntur:ſic omnes rationes quas
intellectus hebes in ſolatium conſiderat uirginis:
mare cordis uirginei in amarum lamentum abſor
bent:unde ſicut etiam ſpiritu ſancto afflata:illo tẽ-
pore quo meminit iſta facta:tum ſaluatoris carne:
omnibus conſolatoriis actibus excluſis: quan-
tum poteſt ſe in compaſſionem memorie mortis
filii dei inabyſſat totaliter. Sic non dubium quod
multo plus hoc fecit pro omnibus pia mater. Et

UVA. BHSC. IyR_070

Et ideo ipſa eſt ſpeculum & exemplum omnium lamentantium mortem xp̄i: & archa & armarium dolorum corporis boni ieſu: quo theſauro ſuo intercesſorio merito omnium debet mentes reſpergere filiorum: unde & iſtud uerbum qđ dixit ieſus demonſtrans ioānem. Mulier ecce filius tuus: licet etiá litteralit̃ fuerit doloris gladius: penetralia cordis uirginei doloroſe confodiens cū doloroſo cōmertio filius zebedei ſibi cōmutabatur ꝓ filio dei: tamen in intellectu ſpirituali: quo illi duo ſeraph: mater & filius ſemper ſibi mutuo loquebātur: alterius generis dolore materna uiſcera perfudit: quaſi dicat filii gratie ſunt filii tui: qui in peccatis nati per dei gratuitam miſericordiam redempti: & poſt hoc lauacro mee mortis ingrati ĩpetitis ĩiuriis ſibi horribileſ infligentes maculas: & deo irrogantes iniurias: cauſas dolorum mortis mee repetere non uerentur. Tu ergo nunc illorum aduocata: & ſuorum ablutrix ſcelerum: collige mei ſanguinis lauacrum: quo tanq̄ forti liſciuio: filiorum tuorum poſſis abluere maculas. Collige mee faciei pallores: meorū uulnerum dolores: mee lamentationis clamores: cordis quos conſpicis ineſtimabiles anxietates: & digno affectu mihi compatere: mihi cōmoriaris: mihi crucifigere: & omnium iſtorum ingratorum ſic defectus ſupple: ut meo ſuppoſito merito: qui ſum omnis boni radix: in te: & in aliis merearis ꝓ iſtis filiis: quicquid uolueris apud meam clementiam impetrare. Vnde potes uidere anima deuota: ꝙ inſatiabilis amor boni ieſu: qui omni modo tuam operatur ſalutem: tuis iam compatiens lapſibus: ſalutarem in recōmendatione materna tibi ꝓuidebat medelam: & apud propriam iuſtitiam efficacem tibi conſtituit aduocatam: unde & ille qui primo meruit huius medicine ſanitate potiri diſcipulus ille quem diligebat ieſus: qui ſicut in ceteris ſic & maxime fuit in iſta recomendatione dilectus: non mediocriter fuit ditatus ampliatione uirtutū iſtius ſacratiſſime matris uirtutibus & exceſſiuis meritis: & eius cordialibus affectibus ex unigeniti filii ſui illa recōmendatione inſertus. Supplico igitur tibi dilectorum dilectiſſime: & uere dilecte Ioānes: ꝙ mihi procuratorio iure quo me functus es in receptione poſſeſſionis materne: tibi: & mihi: & omnibus peccatoribus ab unigeniti filii charitate largita: me in poſſeſſionem ſacratiſſimi beneficii: materni amoris: protectionis: & lauacri: & ſacrarum ſuarum uirtutum optati participii: continuis apud ipſam patrociniis introducas: ut uel modicum poſſit pungi inſenſibilitas cordis mei: dolorata mēoria mortis ieſu: quā piiſſima mater tua mihi & aliis indignis filiis diſpenſandam in ſe in unda refudit: ipſi materno conſpectui preſentato ĩpetrare digneris arido cordi meo ſimili liquefactione: totum in cōpaſſionis lachrymas emanare. Ex prelibatiōe ergo modica dolorum matris indigne deſcripta poteſt aperte clarere: ꝙ ſicut ſolus ieſus fuit ſibi plene compaſſus propter immenſurabilitatem dolorum mētis ſue: ſic & ipſe ſolus matris affectum pleniſſime ponderans ſolus plene cognouit: & ſolus plene compaſſus eſt doloratis aculeis mentis ſue: ut merito dictum ſit. Ieſus matri cōpatiens: unde pie credendum eſt ꝙ in aſpectu eius iuxta crucē mſ̃ta fuerit lachrymarum abundantia ſuperfuſus: propter quod ſequatur.

## Ieſus fletu rigatus. Capi.xvi.

Ane ut nobis detur occaſio loquēdi de fletu pii ieſu ex compaſſione materna: notandum: ꝙ totus uirtuoſus ſue uite decurſus fuit quidam ſpiritualis fletus contrictionis noſtrarum offenſionum: & dolorum diuinarum iniuriarum & ſupplicationis remiſſionis penarum infernalium pro electis: & impetrationis uirtualium perfectionum: & iuſtificantis gratie mentibus filiorum. Et licet ſic fleuerit: fletu mentali: fleuit tamē corporalibus occulis tam afflictionem nature ſue ſenſibilis: q̄ etiam maxime reliquato miſerationis affectu: ex multiplici miſerie noſtre cauſa manante: propter quod fleuit paruulus in preſepio: & ſepe ĩ matris gremio. Et tu cogita deuota anima: qualibus agitabatur affectibus mens uirginea quando deū paruulū filium uteri ſui flere uidebat in brachiis ſuis: puto ꝙ & ipſa copioſis lachrymis filii flectibus iungebatur. De hoc fletu poteſt ſumi illud ſapientie ſeptimo. Vocē ſimilem omnibus emiſi plorás.

Cum autem ipſe ieſus fecerit & docuerit: ut merito magnus uocetur qui docuit. Beati qui lugent: non ſeipſum huiuſ beatitudiniſ benedictione priuauit: maxime cum in eius luctu tanq̄ in radice meriti omniſ electorum luctus a diuīa miſericordia acceptetur. Sicut & omne aliud opus meritorium & perfectum in radice eorum que fecit ieſus rationē acceptationis accipiat: pro ut chriſti charitas omnium filiorum operibus: & actibus: & affectibus: religione ſingulari: iuncta. Et ideo omnia opera filiorum uirtuoſa acceptantur in chriſto: & ſunt digna



UVA. BHSC. IyR_070

uita eterna:ſicut principali agente. Ipſe enim ſecũdum ꝙ homo eſt principalis auctor omnis operis meritorii filiorum: inquantum illud opus diuine acceptationis retributionẽ meretur. Non ſolũ autẽ in uita abundanter fleuit ieſus: ſicut in reſuſcitatione lazari legitur. Et in die palmarum in aſpectu ciuitatis diſſipande pro ſue necis flagitio: ſed q̃ maxime in patibulo crucis abũde defleuit. Quod declarans apoſtolus dicit:ꝙ cũ clamore ualido & lachrymis ſeipſum offerens exauditus eſt ꝓ ſua reuerẽtia Quod ſi lachryme ſicut credendum eſt reſpondebant clamori uocis:& affectibus mẽtis:& ſtatui ſui corporis:non ſolum fleuerunt illi pii oculi:ſed fontes fuerunt irrigui lachrymarum : unde & omnis mens deuota flere cupiens hauriat ibi aquas de fõtibus ſaluatoris. Et in iſto noſtro ieſu bono completum fuit deſiderium Hiere. dicentiſ. Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lachrymarum:& plorabo &cetera. Vnde non immerito edocta per ſpiritum ſanctum ſancta mater eccleſia tempore chriſti mortis in eius perſona deplorat. Caligauerunt oculi mei a fletu meo. Non eſt ergo multum admirandum ſi totum maternum cerebrum defluebat in lachrymis:quando & corpus filii totum fluere ſanguinem:& oculos eius in lachrymas quaſi fontes effluere ſuo doloroſo contuebatur aſpectui. Quid mirum ergo tunc:ſi etiam dilectus ioannes:& illa beata maria magdalena : q̃ ab ipſo bono ieſu tot ſigna dilectionis acceperant: Si iſti inq̃ duo dilecti totaliter reliquabantur in lachrymas:& ſi precordia mentis eorum intenſo ſcidebantur dolore:aſpicientes dilectum ſuum tam doloroſo flere ploratu:& totum laceratum:& ſanguine cruentatum in duro ſui corporis cruciatu.

O anima mea inſenſibilis & arida:& durior omni petra:tota mente ſupplica iſtis duobus dilectis ut ab omnis boni fletus ipſo fonte ieſu tibi impetrent tibi tui cordis pertinaciam emolliri & in abundantes effluere lachrymas:pro tui compaſſione dilecti:ut planctu unigeniti plangas eum.

## Ieſus cruore effluens. Cap.xvii.

Vis ſine cordis ſincopizatione intueri ualeat illos fontes manuum & pedum ieſu emanare ſãguinẽ dei: ſic ex amore noſtri manibus & pedibus lacerati? Quis non uideat ibi apertas catharactas celi ut inundet diluuium gratie ad noſtram giganteam ſuperbiam:& carnalem laſciuiam ſuffocandam:quando capite confoſſo ſpinis: corpore diuulſo flagellis:manibus & pedibus dilaceratis clauis:& ultra hoc omnibus corporis ſui pũctis & atthomis fluentibus ſanguine in ſudore? Totus enim ipſe ieſus uidetur in effuſione ſanguinis reliquatus. O amor qui liquas omnia: quomodo in doloribus pro redemptione mei impii peccatoris reliquaſti dilectum. Sed ut undiq; inundaret diluuium:fontes abyſſi rupti ſunt:penetralia uitalium & cordis ieſu:quibus uſq; ad intima progrediens dira lancea non pepercit. O febris putrida & continua fetidiſſime concupiſcẽtie mee: quomodo poteris ultra ebullire in corpore mortis mee que in meo dilecto ieſu eſ purgata tam precioſo ſui ſanguinis ſudore? Egredere & longius fuge malorum meorum ſpurcitia:quia ſacra boni ieſu minutio te expellit:non lãceola educta barbarii. Sed clauis ſpinis:& lancea:in tanta fluuiorum copia deriuata:ut niſi longius uoluntaria fugias eorum uirtuoſos impetus & illapſus non debes impia poſſe ſufferre quin ſuffoceris & per eas tanto ſuper te effluxo amore. O bone ieſu:totus a teipſo effuſus in me:effunde me peccatorem impium a meipſo:& in tua precordia tuo ſanguine uacuata tranſporta. O uirgo beata tota infundere cruore dilecti filii tui:& pro te & pro ſceleratis filiis totam te in ſuo effuſo ſanguine inabyſſa. Sed & tu Ioannes dilecte guſta nunc in uigilia & bibe uinum illius pectoris:ſuper quem in cena ex ardore charitatis ieſu recepiſti delicatiſſimum ſomnum. Sed & tu penitens magdalena:dulcis deuota diſcipula:& ſingulariter dilecta: coruinam tuam pellem uite preterite in calido ſanguine delicati pueri ieſu qui igne amoris feruet & ebullit uſq; ad paternum pectus ſic totaliter laua: decoque :& purga ruminãs miſericordiã ibi ad pedes dilecti ieſu impenſam:& ſic te efficaciter tenẽs a reprehẽſibilibus excuſatam:quo tota in ſuo lauacro candidata columba albiſſima & dilecta effecta: ſicut & uere es:ramum oliue decetero ſemper tuo portans in ore:pacem peccatoribus annuncians remiſſionis & gratie:& tu uere ſis dilecta : uexillatrix & primiceria omnium per chriſti ſãguinem:& ſue mortis incertum ueraciter conuerſorum. Sed & mihi ſceleratiſſimo omnium peccatorum tuo utcũq; deuoto perfectam expoliationem ueteris mee malitie & induitionem plenam cruciformis uite chriſti miſericorditer implorare digneris.

UVA. BHSC. IyR_070

## Ieſus fons deſicatus Capi.xviii.

On eſt mirum ſi dilectus iſte ieſus tot doloribus cordis anxius: tot impiorum flagellis: & opprobriis & laborioſis uigiliis: preterite noctis fatigatus. Nec non & diſcurſibus: & impiorum ictibus impulſiuis: & tot circumrotationibus quibus fuerat ad locum ſupplicii crucis contumelioſe deductus. Nec nō & tanto fluxu humorū lachrymarum: & ſāguinis: ī ſupplicio crucis doloroſe portato: ſic deſiccatus fuit tā corde: q̃ omnibus mēbris: ut merito dicatur. Ieſus fons deſiccatus. O hydropiſis & ineſtimabilis ſemper fluens & ſitiens mei uitioſi & in omnibus abominabilis appetituſ: quomodo non exſiccaberis: ut curens tāta in dilecto ieſu pro te ſiccitate & ſiti afflitiua portata. O bone ieſu qui pro me miſero ſic a uitali humore ſiccaris: ſicca me impium & tibi ingratum ab omni deſiderio mortifero omnis uicioſi amoris cuiuſcunq; creati.

## Ieſus amorē ſitiens. Capi.xix.

Vm naturaliter omnes morientes ſitiant: quantam ſitim debuit habere fons ille diuinitatis ieſus: tantis exſiccationibus arrefactus: puto ꝙ nullum corpus in hac uita tantam penalitatem ſuſtinuit. Licet autem aliam ſitim illud uerbum Sitio ingerat ſpirituali auditui mētis deuote: tamen ipſe bonus ieſus humectationem refrigerantis & ſuſtentantis uitalis humoris: uoluit nobis exprimere ſe in noſtra effudiſſe ſalute. Et ideo corpus eius ſiti amariſſima cruciabatur pro nobis. Quantum preſcidit putas uerbum illud precordia uirginee mentis: que in tali anxietate uidens mori dilectum dei & ſuum filium: & clamoroſis uocibus potum expetere: & ipſa non habuit uel aque ſimplicis modicum unde poſſet refrigerare ardorem. Potuit autem ipſa filio reſpondere. Fili dulciſſime ſic ſum circuncincta tue paupertatis & doloris funiculis: ut nec tectū habeam: nec cibum poſſideam: nec uinum: nec aliquid temporale. Sed & te dilectiſſimum theſaurum cordis mei quem ſolum habebam: uideo ſic mihi doloroſe ſubtractum ut nec te contingere ualeam: nec uitam in dolore finire. Nec te clamantem pre ſiti & morientē poſſū uel aque modico humectare. O bone fili bibe me totam in tuis doloribus reliquatam: effuſam: & ſautiam: & me intra tuorum dolorum intima introductam exhaurias: ut in me penitus anihilata: tota ſim in tuis intimis dolorata. Licet autē dilectus ieſus ſciret ſuas penurias & defectus uirtuoſe portare: & prenoſceret expreſſe: ꝙ ſibi nō niſi potus ſpotabilis & horrende abominabilis preberetur: uoluit tamen ſitio exclamare: non ſolum propter cauſā deſcriptam ſuperius: ſed etiā ut ſitis inſatiabilis ſui amoris interni ſeraphicis ardoribus ſic loquendo īgereret: quaſi diceret peccatoribus. Ecce ꝙ in actibus corporis nihil poteſt doloroſius: opprobrioſius & penalius de cordis mei amore oñdi: quia tali morte uitam finio pro uobis redimendis debitoribus mortis. Sed tamen adhuc Sitio: ſi poſſibile foret mille milibus modis mortis uobis induratis & inſenſibilibus: diuinum ueſtre ſalutis declarare amorem: ut uel ſic ſaxea pectora ueſtra conterantur: & ad reamandum illum fortiter attrahātur: qui ſic gratuite: ſic infinite uos omni dignos morte in amore preuenit: propter quod: quia redēptoris fortiſſime ſitiebat amorem: dicitur in prefacto uerſiculo. Ieſus amorem ſitiens. Nihilominus uerbū iſtud ſitio poteſt ad deum patrem refferri quaſi dicat. Manifeſtaui nomen tuum: opus conſumaui quod dediſti mihi & aſſumptam naturam paſſibilem ſic in tuum honorem conſumpſi: ut omnibus exſiccatis & effuxis humoribus uite uideam mortem inſtare q̃ finis eſt mee paſſionis & uite. Sitio tñ ſi poſſibile foret plus facere. Et ſi tui honoris eſt & uolūtatis ī his penis acerbiſſimis: tāto tēpore in holocauſtum tui odoris deſidero meipſum offerre: ut quantum eſt ex mee charitatis uirtute: nullo terminetur fine. Licet enim deitas ad ſolum trienarium terminū ānorum: uel parum plus terminauerit corpus ieſu: & peregrinationis eius holocauſtum in penam & cruciatum corporis ſui in cruce ad ſolum trium horarum reſtrinxerit ſpatium. Abſit tamen ut charitas ieſu horum breuiū terminorum fuerit artatione cōtenta: niſi inquantum fuit diuine uoluntati conformis. Sed ſimpliciter totaliter & libere quantū ex ſe fuit ſi diuine uoluntati placuiſſet ab ea tantum pōdus exigere ſe optulit & ꝓ toto eterno honore diuini nominis: & redemptione humani generis in omni dolore predurare uirtualiter & letanter. Et ſi uoluntas reputatur pro facto in quocūq; peccatore gratia informato quando deeſt facultas: ꝑ quanto & q̃ infinitiſſimo ſacrifitio: reputata & acceptata fuit talis uoluntas in homine deo: uere hoc eſt reconciliationis ſacrificium: & redemptionis preciū infinitum plus beatiſſime trinitati placabile: q̃ totius mundi culpe potuerint diſplicere: ut per hāc merito ieſu charitate ſimus copioſe redempti. Expgiſcere ergo anima mea chriſti morte redempta & regratiari charitate cordis ieſu: non pro trium horarum cruciatu ſicut actu fuit in patibulo crucis: ſed pro toto affectu & actu mentis ſue: quo factus eſt ſacerdos in eternum & pontifex ſecundum ordinem melchiſedech: neq; initium neq; finem hēns uite.i.non habens terminū in ſui longitudine & la



UVA. BHSC. IyR_070

titudine charitatis. Nihilominus etiam matri & p
fectis imitatoribus ſue crucis: illo uerbo Sitio inge
rere uoluit: ꝙ ipſe in cruce pendens bibebat & in-
corporabat ſibi omnes dolores: oēs paſſiones: oēs
mētis āguſtias: oīa corpis martyria oīa lachrymarꝫ
ſuſpiria: oēs oneroſas obedīas: omnes auſteritates
uirtuoſas ieiuniorum fletuum: aſperitatis ueſtimen
torum: frigorum: calorum penuriarum quarūcūqꝫ
opprobriorum: uituperiorum: uilitatum: & iniu
riarum: quas unq̄ ipſi pro ſuo nomine ſuſtinue-
runt: unde tali ſue ſiti nec fuit cyphus modicus ꝓ-
pinatus ſuorum dolorum calici & amaritudini ſup
infuſus. Expreſſit etiam ꝙ āxie deſiderabat iſtoſ
ſuos electos talem potum ſibi dum uiueret in hac
uita in abundantia propinatum letanter ſuſcipere.

## Ieſus felle potatus. Cap.xx.

Quanta fuit impiorum malignitas: que in-
nocēti & iuſto homini: & dei filio ſic omni
humore pro ſua ſalute ſiccato in mortis an-
guſtia conſtituto: nec modicum aque frigide uolu
it propinare: quin potius rabida crudelitate furens
acetum: fel: & myrrham diabolica arte cōficiens in
potum ſuo propinauit auctori: Quorum impieta-
tem horrendam illi multo horribilius imitantur: q
poſt finitam chriſti mortem: & reſurrectionis pre-
dicatam gloriam: & aſſumptā regeneratōnis grām
ſuo ſaluatori ipſorum ſitienti iuſtitiam: abominati
ones horribiles: & amaritudineſ felleas: acetoſa acu
mina: myrrhata faſtidia ſuorum ſcellerū ī ſpurcitiis
carnis: in ſuperbiis mentis: in iracundiis odioſis: in
deſidioſis accidiis & faſtidiis omnis boni: & actis
deſideriis & ſtudiis omnis mali iniurioſe propināt
Quorum potus licet ſit abominabilis chriſti ui-
ſceribus in uita ſeculari & impia: tamen fortiſſime
chriſti nauſeam prouocat in deſidioſa & inepta reli
gioſorum uita: qui inaudita crudelitate: non ſolum
potum ſuarum ſpurcitiarum: ſicut & ſeculares faci-
unt: chriſto bibendum propināt: ſed potius quod
doloroſius eſt: de charitatis uiſceribus: intra que be
nigniſſimus dominus in religionis aſſumptione
eos receperat: cum inteſtinorum boni ieſu doloro
ſa quaſſatione ſeipſos diuellunt. Quos ipſe ſignā-
ter exprimit angelo laodicie qui interpretatur cibuſ
amabilis: cum dicit: quia tepidus es īcipiam te euo
mere ex ore meo. Quos enim in ardore conuerſio
nis primarie intra ſui ſtomachi intima amoroſe re-
ceperat: in ſue uite dirigendos ſequela noxie tepefa
ctos cum quaſſatura ſui pectoris euomendos eſſe
prenunciat: tanto horribiliores effectos illis cibis
qui nunq̄ ori dominico applicati ſunt. i. peccatori-



bus ſecularibus: quanto ꝙ per nauſeam proiicimuſ
fortius deteſtamur. In iſtis enim religioſis bo-
nus ieſus exemplar eis & forma uiuendi ſingulari-
ter ſitit ſue imitationis amorem: qui econuerſo pi
gritias: deſidias: ocioſitates: guloſitates: ſeditiones
ambitiones: paupertatis exceſſus: apparēcias: hypo
critales: ſuperſtitiones ſuperfluas: & idola falſi no-
minis religionis aſſumpte: defenſiones ſue malitio
ſe uite: impugnationes innocentium: reprehenſio-
nes bene agentium: ne eorum tepiditas ueniat in
contemptum in arundinea eorum uita: & ſpongio
ſa ac cauernoſa malitia hiſopo cuiuſdam ſuperficia
lis & apparentis amoris: diuini cultus ampliandi ī
eis contumelioſe non tam bibendam propinant:
q̄ uiolenter ingurgitant ipſi ieſu uelit nolit ītra ſua
uiſcera abſorbendam. Nituntur enim iſti falſi reli-
gioſi ſcelera ſua demonſtrare uirtutes: & ſuam rela-
xationem tepidam augmentationem eccleſiaſticā:
ac per hoc uirtuoſam & prouidā xp̄o probare. Sed
quia ipſe nouit decipientem: & eum qui decipitur:
ideo cum guſtaſſet noluit bibere: qui eorum cogni
tam hypocriſim & malitiam noluit approbare: ſed
tunc proprie clamauit. Conſumatum eſt: & īclina
to capite emiſit ſpiritum: quando ſtatus religionis
corrumpitur: ſub ſpecie prouidentie & colore uirtu
tum: tunc illius eſt conſumata malitia nationis: hec
enim eſſe non poteſt: cum religio in perfectioni-
bus uirtualibus teneat ſummum gradum: niſi in-
ferioribus ante corruptis. Et ideo non reſtat bono
ieſu niſi ut inclinato capite: hoc eſt aſſumpta & ap
probata & electa & iuſtificata & illuminata ſimpli-
citate perſonarum uilium illius temporis & deſpe
ctarum in faſtu & ſtatu reprobe nationis caute &
occulte ab illa natione expiret. Et quia illis corru
ptis qui debent eſſe ſpecula aliorum qui regunt do
cent & informant alios: quaſi ex ore domini: ut eo
rum relaxationes noxias imitentur dicentes alia eē
ſuperſtitioſa non pertinentia ad perfectionis fa-
ſtigium. Quod etiam ſcripturis per eorum malitiā
deprauatis approbare nituntur: non reſtat per ho-
minem reformatio. Ideo cum clamore ualido & la
chrymis ipſe bonus ieſus tactus dolore intrinſecus
in ſolas paternas manus ſuum ſpiritum recommē-
dat. d. Pater in manus tuas commendo ſpiritū me
um: quaſi dicat Sanctiſſime pater: corruptum eſt in
mundo quicq̄ docui: quicq̄ feci: quicq̄ paſſus fui:
quicq̄ per meos ueros imitatores exemplariter p̄-
bui de generibus filiis: & ideo niſi p te fiat reforma
tio non apparet. Tu ergo elige illos qui in ſecreto
ꝓpoſito tue ſapie tibi placuerunt a p̄ncipio in qui
bus mee regenerationis & uite poſſit continuari
decurſus excluſis ſuperbis impiis: qui ſic dolo-
roſe mei corporis inteſtina quaſſauerunt. Vnde &
talibus temporibus ſtupendis modis & occultiſſi

UVA. BHSC. IyR_070

Ieſus clamando moriens

mis ueritas diuini cultus a phariſeis:ſcribis & ſapi
entibus in oculis ſuis latenter declinat:& ſup per
ſonas quantum ad reputationem talium nullius
momenti mirabilibus illuminationibus & uirtuti
bus requieſcet. Hoc expreſſe patuit in reprobatio
ne ſynagoge cum ſuis ſapientibuſ & prudentibus
phariſeis & ſcribis electis apoſtolis ſimplicibus
paupibuſ & deſpectis idiotis & illitteratis:qr iude
is reprobiſ i tāto cōtēptu ſūt hīti & ut propria uita
reputarent indigni. Videſ autem quomodo deus
eos poſuit fundamenta electa & firma omni ſplē-
dore & uirtute repleta ad edificium noui ſtatus in
conuerſione latitudinis orbis terre. Vnde & ſi iſta
latentia fuge diuini ſpiritus per eundem ſpiritum
ab ipſorum impiorum rebrobatorum ore proce-
deret:euangelium refert dixiſſe iudeoſ cuſtodibus
ſepulchri noue reſurrectionis ieſu gloriam nunciā
tibus: dicite quia diſcipuli eius nocte uenerunt:&
nobis dormientibus furati ſunt eum. Vere & non
ad inſipientiam eis ipſi benedicti apoſtoli & chri-
ſti diſcipuli nocte uenerunt:ueſtra quidem impii
iudei:non ſua uobis:ſcilicet relicta cecitate:quia eiſ
nox ueſtra ſicut dies luminoſa reſplenduit : & uo-
bis dormientibus in torporibus carnis:ipſi furto
ſue latentis humilitatis ſuam perfectionem occul
tantis a mundo:furati ſunt uobis regnum gratie
& uirtutis:& intelligentiam omnis boni. Sic per
omnia intellige ſimile inūdantibus finalibus cor-
ruptiōibus omnis ſtatus populi chriſtiani in tē-
poribus antechriſti:tam miſtici ꝙ aperti. In illis
enim diebus ſatis chriſtus in cruce ſitire potuit: &
non niſi potum impotabilem receptum a reproba
gente:illis ſolis & paucis exceptis:qui minimita-
te ſua ſeipſos abſcondent per dei gratiam a turbi-
ne tempeſtatis & uniuerſalis ruine:quos chriſtus
iudex in ſuam indiuiduam unionem aſſumens in
iudicio cūctis ſpectandos proponet dicēs. Quod
uni ex minimis meis feciſtis.mihi feciſtis: oñdēs
ꝙ iſtorum minimitas aliis mentibus per antechri
ſtianas decipulas ſue uite pfectiōi adheſit. Pro-
expreſſiōe ergo affectus cordis ieſu & effectus mā
litie peccatorum ſcriptum eſt:Ieſus amore ſitiens
Ieſus felle potatus.

Ieſus clamando moriens Cap.xxi.

Oc fuit quando ille benedictus & inno-
cens agnus : qui eſt uere ſol iuſtitie trium
horarum ſpacio in cruce pependerat: iam
conſumatis omnibus cum clamore ualido & la-
chrymis:ad miſerationis manifeſtandum affectū:
& diuinitatis declarandam potentiam: ſpiritum
in manus patris commendans ſue uite paſſibili ter
minum poſuit: & mortis noſtre amaritudinem
deguſtauit. Quanto putas tunc dolore com-
motam deuotiſſimam matrem ſuam in auditu cla
moris letalis diuidentis illam dilectam animam a
corpore huius uite: & in aſpectu deuotiſſime fa-
ciei eius benedicti ieſu dulcorate in effigie mortis
quando ipſum illi ſceleſti iudei qui ad ipſum ſpe-
ctaculum inſultaturi conuenerant ex tam aperto
piaculo quaſi compellebantur reuerti percutientes
pectora ſua in ſignum penitudinis & compaſſio-
nis pro affectu tam deuotiſſime matris. Licet
autem in ultimo uocis clamore quo dixit:Pater in
manus tuas comendo ſpiritum meum:pertranſie
rit & receperit in ſe amaritudines mortis noſtre:ta
men quia de clamoribus eius eſt ſermo:nota pon
dus ſeptem uerborum que ipſum in cruce lactum
euangelium dixiſſe refert. Vere enim in cruce bo
nus ieſus ex abundantia cordis uerba ſalutifera &
ſue mentis qualitatem exprimentia eructauit. Li
cet enim i ipſo fuerit omnium uirtutum perfectio
tres tamen in ſue crucis ſupplicio nunc uel tenui-
ter exprimo in ſuis uerbis cōtentas: ſi quis ſubtili-
ter eas examinauerit.In eius enim corde fuit
Ineſtinguibilis charitatis ardor.
Ineſtimabilis acerbitatis dolor.
Inſuperabilis ſtrenuitatis uigor.

Et primo de amore explicemus : in quo eſt om
nium fundamentum. Amor enim ipſius fuit
Remiſſionis peccatorum
Largitionis donorum
Confederationis animorum
Expoſitionis ſui attractionis animi
Conſumationis mire diuini decreti
Recollectionis & recōmendationis intra paternū
ſinū totius exercitus ſui.

Primo oſtendit primum uerbum:ſcilicet remiſ-
ſionem miram peccatorum.Pater ignoſce illis :qa
neſciunt quid faciunt. Vbi nota q̄ ſupereffluens
fuit amor cordis ieſu ſuper tam impios hoſtes ſu-
os:quia non ſolum plene de corde pepercit:ſed eti
am cum uerbis inexpreſſibili efficacia pro ipſis im
piis aduocauit. Vnde nec allocutus eſt iudicem : q
prece non flectitur : ſed paterno nomine ſuo blan
diens genitori ſibi quaſi concluſit nihil filio debe
re negari. Secundo non dixit examina : uide:
pondera : ſed ignoſce : quaſi dicat.Et ſi iuſtitia pu
nitionem expetit ex ſuis actibus:miſericordia ſaltē
remittat gemitibus meis. Illud autem relatiuum
illis refertur ad illos crucifixores cecos:debiles: in-
firmos & corruptos & ad malum promptos ex in
fectione nature : quaſi dicat : pater non perma-
neat ſpiritus tue indignationis in illis : quia ipſi
non ſunt ſpiritus ſeparati : qui ex impia eorum

UVA. BHSC. IyR_070

malignitate offendunt:ſed ex carnis ſue pondere
ſceleribus immerguntur: unde & poſtea ipſorum
ignorantiam allegauit dicens: quia neſciunt quid
faciunt.i.redemptionis mee & interni amoris be-
neficium non cognoſcunt. Addiſcas ergo huma
na malitia dilecti ieſu crucifixi doctrina:tuas annul
late iniurias:& pro inferentium tibi conuerſione to
to mentis incendio diuinam maieſtatem orare.
Non ſolum autem in hoc uerbo feruens amor oñ
ditur:ſed etiam magni doctoris materia euidenter
exprimitur dum dignitas ſue perſone: & acerbitas
illati ſupplicii:& charitas ſic feruẽtiſſima cordis ſui
ab omnibus ignoratur & ingrate recipitur. Vi-
gor autem ſue mentis expreſſe oſtenditur:quo cru
delium perſecutorum ſuorum iniuriis uictorialiter
ſuperatis eas calcans & ducens pro nihilo ſic exceſ-
ſiue remiſit. Secundum fuit mire largitionis do
norum:cum dixit electo latroni. Amẽ dico tibi ho
die mecum eris in paradiſo. Quod quia ſuperius ẽ
manifeſtum:q̃tum ieſus eundem latronem dilexe-
rit:dolorem & uigorem in hoc uerbo pandamus.
Non enim fuit modicus dolor menti boni ieſu q
de toto cetu diſcipulorum:& omnium per ipſum
conuerſorum:in ſue uite decurſu & q̃ maxime illi-
us apoſtolici collegii ſic in omnibus dilecti ab ipſo
non fuit inuentus uel unus qui ĩ eum perfecte cre
deret:uel ſibi in cruce pendenti digne paſſionis pre
ferret lamentum ut ſue diuinitati exorationis debi
tum cultum:quinimmo latrone confitente in cru-
ce omnes ſui dilecti in propria diſperſi: ipſum ſo-
lum ſinebant mori:ſolo duntaxat Ioanne excepto:
qui etiam iuxta latus ieſu doloroſe deplorans eius
diuinitatem non credidit plena fide. O ubi tu eras
lazare de nobilibus hieruſalem en forte te timere
oportuit ne poſſet tibi reddere uitam pro ſuo amo
re expoſitam:qui ſibi eam reddiderat nature condi
tione ſublatam:ubi & alii qui corporalia & ſpiritua
lia beneficia receperant. Non eſt inuentus qui redi-
ret & daret deo gloriam dignam morienti:nec ſibi
compaſſionem offerret:niſi hic alienigena latro:p
pter quem dolorem amplius etiam motus fuit ip-
ſe ieſus confitentis latronis precordiis:ſic ſe totum
inſerere:ſicut aliqualiter modicum expreſſum eſt ſu
pra. Vigor etiam mentis ieſu in hoc uerbo patẽ
ter oſtenditur:quo nequaq̃ confuſus nec uitupera-
tus ſeu conculcatus fuit tantis doloribus ſic contu
melioſe receptis:quin in alta ſede ſue omnipoten-
tie & ſue maieſtatis regie ſe ſedere ſentiret. Pro-
pter quod ſicut imperator eternus de omnibus ui-
goroſe triumphans cum tanta certitudine & cum
ſic honorificis circuuſtantiis ſicut dictum eſt ſupra
dilecto & electo latroni contulit paradiſum. Ter
tium autem.ſ.confederationis animorum non ſo
lum exprimit:ſed & uirtualiter efficit ĩtellectus uer

Ieſus clamando moriens

bi tertii:cũm dixit. Mulier ecce filius tuus:deĩde di
xit diſcipulo:ecce mater tua. Vbi cum tota electo-
rum caterua contineatur in ſubditis & prelatis: mi
ro charitatis eos copulauit federe:cum matris & fi
lii inſigniuit nomine:ut per hoc diſcant prelati ad
ſubditos ſe debere habere maternales affectus ſeu
conceptus:& pie conſolationis affatus: & ſollicite
prouiſionis ſuccurſus:ut ſi neceſſe fuerit more pie-
tatis materne ſibi ipſis eſuriant:& ſatient uiſcera pu
pillorum. Sciant ergo ſe ad ſubditos debere ma
terna portare ubera:non tyrannica uel pompoſa fa
ſtigia:que quidem ubera illa pia mater que conti-
nue per euangelium in chriſto filios generabat; &
eos ex materno affectu iugiter percutienſ:ipſorum
ſupportabat defectus:paulum dico apoſtolum do
ctorem gentium in fide & ueritate ſe habere oſten
dit:& aliis declarauit cum dicebat. Quis ĩfirmatur
& ego non infirmor: Quis ſcandalizatur & ego ñ
uror. Et concludendo ſingula dicit. Omibus om
nia factus ſum. Et iſta ſolatia propinationis mater
norum uberum in ſubiectoſ ad duo reducit.ſ. Gau
dere cum gaudentibus & flere cum flentibus. Si
cut ergo unum uber pietatis materne bene agenti
bus & conſolatis propinat lac congratulationis.ſ.
gaudere cum gaudentibus. Aliud uero omnibus
peccantibus & afflictis lac compaſſionis: cum dici
tur:flere cũ flentibus:ut per hoc & defectus & pfe
ctus ſubditorum ſuorum deuoti prelati in ſemet-
ipſos materna dilectione retroqueant. Vnde &
quando ſaluator dixit nerbum prefatum.ſ.Mulier
per hoc prelatis ingerebat ꝙ ad compatiẽdum ſub
ditis ſuos debent ruminare defectus expreſſos no
mine mulieris:& ſe in perlatione poſitos ut uacent
conceptioni & generationi ſpiritualis procreande
prolis:& ipſorum reformationi & educationi ſalu
bri. Et ſciant ſe habere filios non ſeruos quibus de
bent prouidere de ſuis propriis:non eos tyrannice
ſpoliare. Subditi uero ſciant ſe habere ad prela-
tos ſuos filiales reſpectus in omni dilectiõe & eſti
matione pia:tanq̃ de amoroſis matribus de ſuis ſu
perioribus eſtimãtes:& quicqd durum & aſperum
ab eis manare uidetur:arbitrentur non de tyranni
de odii:ſed de medicinali amore manare. Sicut &
ipſe qui prelationem inſtituit amoroſam bonus ie
ſus illos quos in filios genuit: non de ſuperfluo
nutrimenti: ſed de precioſo ſanguine cordis ſui:
nunc blanditur:nunc percutit:nunc flagellat: nũc
ungit:nunc uulnerat:nunc medetur. Que omnia
in prouiſionem electorum equali charitate a ſuis
piis uiſceribus in uirilitatem filiorum emanant. O
quis mihi det ſanctam matrẽ eccleſiam chriſti cha
ritatis glutinio ſic copulatã in oĩbus p̃lati ſe m̃res:
& ſubiecti filios arbitrentur? Vere tunc ipſa eſſet pa
radiſus quietis & pacis: in cuius medio libenter

UVA. BHSC. IyR_070

requieſceret ieſus:cui ſemper ĩ pace factus ẽ locus.
Dolorem etiam & intenſum cordis ieſu ge-
ſtum maternis uiſceribus ſatis illud exprimit uer-
bum : cum dixit. Mulier : ecce filius tuus:demon
ſtrato Ioanne :quaſi dicat :pro tuo dilecto ieſu in-
fluxu diuinitatis in te uirtuoſe concepto : quem
poſſidebas in terris: tuum & dei patris filium.acci
pe Zebedei filium : hominem comparatione mei
uilem & paruulum : quia tuus dilectus quem ge
nuiſti ieſus :corporaliter nunc finitur in oculis tu-
is per ſupplicium dire mortis . Illa etiam demon-
ſtratio ecce: totam conditionem doloroſam tam
ſue mentis q̃ corporis ipſimet ieſu & maternis ui-
ſceribus : & nunc deuote ruminantibus ingerebat
expreſſe . Vnde infinitum pondus illa demonſtra
tio ingeſſit cordi materno.Sed & ipſemet ieſu cõ-
ſideratione reciproca omnes circunſtantias dolo-
rum ſuorum non affectu retorquere uidetur : cum
ſubditur . Ecce mater tua . Vigorem etiam mẽ
tis oſtendit talis allocutio matris : in qua etiam
diſcipulo ſollicita recommendauit cura : & diſci-
pulis inſeruit in charitate materna . Solent enim
uicti doloribus ſic ſuis occupari penis : ut de alie
nis curis non ſufficiant cogitare . Quartum uer
bum miram expoſitionem ſui ex amore ad omne
difficile repreſentat expreſſe:cum dicit . Deus me-
us:deus meus:ut qd dereliquiſti me?Et cum una-
met derelictio & expoſitio ſit patris & filii :non ui
detur aliud dicere patri: ut quid dereliquiſti me:q̃
reſpectu reciproco ſuper proprium amorem con-
uerti & admirari ſtupendo & aliis admirabilis pro
clamare: miram ſui expoſitionem ad tam horribile
genus mortis pro ſic impiis & ĩgratis. Cuius ue
re nulla poteſt alia ratio reddi q̃ ſue ineſtimabilis
charitatis incomprehenſa menſura. Sciat ergo ſe
non diligere : qui non ſe uult ad difficilia queque
pro amico exponere . Et iſta ſatis poteſt protrahe
re hic intuens mens deuota: Dolorem autem
cordis ipſius Ieſu etiam pretendit in littera : quo
deuota boni ieſu mens diram dei ſententiam pro
omnibus peccatoribus in ſeipſa recipiens & pon
dus omnium dolorum pfectiſſime ſentiens :pon
derans & intuens:q̃ſi ad ipſum patrem querulla la
mentatione proclamat : ꝙ ſic paſſionibus & con-
tumeliis mortis opprobrioſe ſit datus : ut quaſi il
lius beate unionis & inuiolabilis coniunctionis:
qua in dei ſuppoſito eſt iſta dolorata natura inſer-
ta : uideatur oblitus paternus affectus zelo iuſtitie
ſue :& ꝙ eum ſic crudelitati impiorum carnificum
& ſue uoluntatis ludibrio dereliquit. Attende
autem ꝙ chriſti natura paſſibilis aliam derelictio
nis querelam & maxime expreſſiuam doloris:tam
ſue diuinitati & paterno amori :q̃ etiam nobis cũ



multa compaſſione ſui ruminandam proponit.
Quod cum in ceteris iuſtis & electis dei pro ſuo
honore certantibus influxus diuini dulcoris qua-
ſi totam ſupportauerit & temperauerit uehemen-
tiam illati doloris : ſolus ipſe benedictus ieſus q̃-
tum ad hoc eſt preter ceteros in paſſionibus dereli
ctus : ut tam intenſe pateretur : quantum illa na-
tura paſſibilis pati poterat ſine refrigerio aliquo:
& quantum requirebat complementũ illius men
ſure:quam ſibi eterna ſapientia iuſtitia exigente ſta
tuerat : & quatum tantorum ſcelerum requirebat
copioſa redemptio . Et hoc etiam atteſtatur uir-
tualis perfectio omnium habituum mentis chri-
ſti . Quanto enim fortius patitur uirtus nullo alio
habito dulcore niſi ſolo amore ipſiuſmet rectitu-
dinalis uirtualis : tanto eſt ſublimior actus qui ab
ipſo procedit. Potes ergo cogitare ꝙ nec chri
ſti paſſio: nec aliquis actus totius ſue uite paſſi-
bilis eſt aliquo modo comparabilis :nec paſſioni
nec operationi alicuius ſancti quantumcunq; acer
be : immo quod plus eſt :quaſi totum quod fuit
doloris & paſſionis uirtualis in omnibus aliis ſu
is mẽbris:multo p̃abũdantius fuit in capite & fon
te omnium noſtrorum dolorum uirtualiũ & om-
nium habituum gratie : & tantum & non plus
paſſi⁹ ſunt omnes ſancti . Et uirtualiter doluerunt
quantum ſibi benignus ieſus eos ſibi uniuit ut
membra : & quantum dignatus eſt eis ſue paſſio
nis communicare dolores . Qui quidem eis tan
tum communicatur quantum requirit beatitudi-
nis ſtatus : quẽ in ipſomet ieſu ſicut membra ipſi-
us ſunt in ſuſceptione eterne beatitudinis recep-
turi. Suis autem doloribus naturalibus : uel eti-
am uiolenter illatis : ipſis ſuis electis immanitate
carnificum multo plus & multo doloroſius : im
mo ineſtimabiliter plus ipſe compaſſus eſt : & in
ſeipſum miranda compaſſione retorſit q̃ aliquis q̃-
tumcunque deuotus : uel etiam ipſa mater: ſua ſu
os proprios dolores ieſu potuerit deguſtare. Et
hoc penſato gradu dolorum immenſurabilium
chriſti : & modicitate dolorum qui ſunt quibuſ-
cunq; aliis ſanctis illati. Omnes enim dolores e-
lectorum guſtauit : dum uiueret in carne paſſibili
uirtuali guſtu mentis ſue : & omnes accepit ut p-
prios : quia propriorum membrorum in ſui amo
ris feruore: ſicut & oẽs actus g̃tie uirtutis nũquam
fuerunt facti : nec fient in humana natura:inde oĩa
rationem meriti & diuine acceptationis accipiũt.
Cui reſpondet btĩtudinis oĩum g̃dus.Sic enim
inquantum comprehenſor fruebatur plene p̃miis
omnium electorum. Quod apoſtolus dicere uult
cum dicit. Ad ephe.quarto.In charitate creſcatis in
illo per omnia qui eſt caput ueſtrũ chriſtus: ex quo

UVA. BHSC. IyR_070

totum corpus compactum & connexum per oēm iuncturam ſubminiſtrationis ſecundū operationē in menſuram uniuſcuiuſq; membri augmentum corporis facit in edificationem ſui in charitate. Et totum illud capitulum & epiſtola de hoc & tota doctrina pauli. O q̄ deuota diſputatio huius queruloſi lamenti cum reſponſione paterna rationali & deuota:hic poſſet formari de derelictione ieſu.Ipſe enim ieſus ſolus fuit derelictus in alio ſenſu:quia ipſe ſolus pugnauit ex gratia propria: liber ab omni adiutorio:cui gratia ſua tanq̄ radici meriti debet conecti:& ideo in ſeipſo fiebat tota ſuorū dolorū ſupportatio:quia nullus poterat ſibi plene cōpati: ſed ipſe patiētis & cōpatiētis tenuit ī ſe dolores & actus:uū admodū magni maris:intra cuiuſ abyſſalem ambitum ipſius inundationes & fluctus ſemetipſos elidunt.Sic dolores chriſti mirabilibus in ſe refluxibus & reciprocationibus quaſi infinitorum reſpectuum intra ſolum ambitum immenſurabilis capacitatis mentis illius ſemetipſos illidendo confringunt & conquaſſant mentem:& quo ad multum:carnem boni ieſu. Nullus autem alius ſanctus ſic potuit derelinqui:qui nullus alius habuit gratiam nec habebit niſi gratie chriſti inſertam:immo nullus eſt aliquid niſi id quod ipſum ieſus in ſemetipſo dignatus eſt facere:& ideo nullus derelinquitur in paſſione:nec in aliquo actu uirtutis:quin ieſus patiatur & agat cum illo. Ad eſtimationem etiam dolorum maternorum hanc derelictionem ieſu in doloribus ſuis applica ipſi matri:tu qui ueraciter & deuote ſuis cōpaſſiuis doloribus affectas coniungi.Ipſa enim fuit ſicut & filius derelicta quantum requirebat gradus materne gratie ut ipſa impleret ſibi correſpondentem & debitam digne lamentationis & participationis dolorē filii pro ſe & pro toto mundo redempto: cuius eſt pia mater.Et ideo omnis dulcoris influxus qui poſſet predictam menſuram dolorum quomodocunq; minuere:non ſolum nō poſſet procedere ex gratia in mente materna:que tota eſt mater gratie & a gratia mota:Sed potius talis influxus gratiam impugnaret:que ipſam exaltabat ad tantam dignitatem ut eſſet digna filii morientis conſortia:& omnium lamentorum eius a quocunq; electo fierent mater & aduocata.Sed de his plus dictum eſt ſupra in illo uerſiculo:Ieſus matri compatiens. Vigorem autem mentis ipſius ieſu uerbum illud efficaciter innuit:dum ſic ſecura confidentia proprie innocentie patris duram ſuper ſe ſententia tā doloroſe:q̄ admiratiue prodamat.Solent enim condemnati pro ſuis ſceleribus male ſibi conſcii iuxta ipſius iudicis uel modicum poſſe ſuſtinere aſpectum. Intuens enim anima ieſu chriſti & aliis intuendam proponens abyſſalem perfectionem omnium uirtutum & perfectiſſime innocentie:tam in ſua mente q̄ carne & tam opprobrioſum & doloroſum ſupplicium mortis ſuper ſe ſic uenire uirtuoſum: qui diuinitatem ſibi unitam perfectiſſime iuſtitie cultu ſemper honorans:nunq̄ ab eius uoluntate declinauit in pūcto ſecure allegat ad patrem:q; nullo modo derelinqui debuit ad penam uel modicum pro aliquo ſui reatu ſceleris:niſi hoc feciſſet ineſtimabilis dilectio charitatis:tam dei patris q̄ ſui pro nobiſ miſerabilibus redimendis. Et quia hic eſt ſtupor admirationis nulli menti plene comprehenſibilis: ideo in iſto uerbo fortiſſime clamaſſe refertur illum uocans deum ſuum. Suum inq̄ tam unione ſuppoſiti:q̄ innocentie cultus ueri. Et certe iſte doloroſus lamentator & ſincerus amator:& ſtrenuus uictor ſic alte intonuit:q; nulla pura creatura poteſt perfecte proſequi quod incepit. Quintum uerbum miram attractionem omnium ad ſe ſub ſitis uocabulo ſignanter expreſſit: cum dixit.Sitio. Sicut enim illud quod bibitur delitioſe recipitur:& ſubito ad intima cordis attrahitur.Sic enim ipſe in ardore amoroſe ſitis omnes electos ſuos delitioſe bibit & ſibi incorporat:& ad intimas uenas cordis ſui:& ad archana glorie delectabiliter introducit. Vnde & ipſe de ſeipſo predixerat.Et ſi ego exaltatus fuero a terra: omnia traham ad me ipſum.

Qui ergo per ſitim amoroſam ieſu nō trahitur: ſentiat ſe non eſſe de ouibus: quia ſuum eſſe non eſt ſibi niſi malum eſſe:niſi intra ſuauiſſima chriſti precordia introducatur & ipſe tanq̄ chriſti dignum poculum in amore liquatus. Dolorem etiam uehementiſſimum chriſti ſitis oſtendit:qua noſtram deſideranti iuſtitiam & conuerſionem gratam & floridam tante abominationis & tante amaritudinis ſibi potandam ſpurcitiam ingerit mens noſtra impia:ſicut ſupra aliqualiter eſt notatum. Victorioſum etiam omnium paſſionum triumphum ī hoc euidenter oſtendit:quia non ſolum non ſuccumbit mortis doloribus quos recepit: ſed etiam pro diuino honore & noſtra redemptione ſi foret neceſſarium amplius ſitire ſe dicit. O amor uincens omnia quomodo uiciſti in bono ieſu omnem ſue mentis & corporis cruciatum? Sextum ſcilicet mitam conſumationem diuini decreti:& omnium que ad ſalutem ſunt utilia breuitati admirabili comprehendit:cum dicit.Conſumatum eſt. Vbi nota quod euangeliſta premittit.Sciens autem ieſus q; omnia conſumata ſunt.Conſumate enim fuerunt in eius paſſione & morte omēs ſcripture:omnes figure: omnes prophetie: omnia ſacrificia: omnia dei promiſſa: omnia dei precepta.

Nam omnia prophetata & promiſſa ſunt de

UVA. BHSC. IyR_070

eius redemptione: omnia cerimonialia erant de ie ſu figura: maxime ſacrificia: omnia iudicialia ſunt in eius condẽnatione: omnia mortalia in eius di lectione: & omnia promiſſa in ſue paſſionis fru ctu pleniſſime conſumata. Conſumate ſunt eti am in eius corpore omnes anguſtie: omnes illu ſiones: omnes deriſiones: omnes deſpectiones: omnes peregrinationes: omnes laſſitudines: fa mes: ſites: uigilie: flagella: ſpine: ſputa: lachry me: ſuſpiria: & interna deſideria. Et cum quodli bet membrum ſuum accepit paſſionis ſupplicíũ in amaro guſtu abominabilis potus: lingua non fuit immunis: ut & ſic conſumata ſint mẽbra. Ni hilominus tã ĩ cordialibus affectibus q̃ ĩ extrĩſecis actibus totius ſue peregrinationis & mortis con ſumatus eſt omnis modus amoris: ut iam non cor hominis ſed obſtinatio demonis illius cenſeatur impiiſſime mentis que tot ſignis conſumati amo ris receptis a bono ieſu: non ſe in amoris perfectio ne benedictum ieſum reamando conſumat: ho c eſt uerbum omnis perfectionis & gratie quod ab breuiauit curſum totius noſtre prolongate & di ſtractiue malitie in conſumatione amoris cõtinui. De quo dicitur ꝙ uerbum abbreuiatum fecit do minus ſuper terram. Quantum autem dolo ris contineat hoc uerbum: excepto ꝙ omnia ſupe riora declarat: ſpeciali oratione concluditur: quia in guſtu felleo & amaro quo ſua conſumata ſunt in ſuppliciis membra: & in toto ſue paſſionis cru ciatu conſumata omnium modorum dolendi ge nera: concludit ꝙ eiſdem doloribus conſumatur & uita. Triumphalem autem uictoriam ſe de omnibus habuiſſe patenter oſtendit: cum ſuper illum hoſtem antiquum contra quem pugnare ue nerat in noſtre infirmitatis natura: omnia ſua retor ſit iacula: & omni conuenienti modo pugnandi eſt ſuper caput impii ſerpentis ingeſta confuſio: ut ĩ chriſto ieſu & in omnibus membris ſit de ipo ſerpente maligno omnis uictoria conſumata. O q̃ longa ſententia breuis uerbi: in qua quicquid eſt a deo decretum: quicquid patribus repromiſſum: quicquid in decurſu ſcripture ſcriptum: quicquid ẽ utile & ſuperabundans ad noſtre redemptiõis bo num: quicquid poteſt cogitari ad exprimendum amoris exceſſum: quicquid poteſt fieri ad obtinẽ dum glorioſum triumphum: eſt ſic mirifice con ſumatum. Conſũma nos conſumator omni um bone ieſu in omni tuarum uirtutum amoro ſa ſequela: quo noſtra culpa conſumpta conſume mur perfecte in tranſformatiua ſimilitudine mor tis tue. Et quia iſta conſumationis pfectio ſingu larit̃ debet̃ filiis ſeraphicis amoroſe cõfiguratiõis frãciſci: ideo eoꝝ regule iſerit̃ ut breui amoris cõ pendio conſumet̃ ĩ xpo: cũ ĩ ea ſcribit̃ qr uerbũ ab uiatum fecit dominus ſuper terram. Septimũ autem ſcilicet miram omnium reductionem in de um efficit ſeptimum uerbum: cum dicitur. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Vbi debes attendere: ꝙ ille qui exiuit a patre & uenit im mundum tanquã hamus piſcationis paterne: & tanquã ſagena charitatis latiſſime in mari mun di a diuinitate iactata ad littus paterni reducitur pe ctoris plenus omnibus perfectis & perfectualibus uirtutibus & omnibus adiutoriis & mentis no ſtre ſalutis: & ĩtellectus affectus dei hominis actu ali & ſingulari reſpectu in ipſo ſue mortis dolore omnes ſuos electos: & omnia eorum merita di lata charitate complectens in manus recomman dauit paternas: & una ſecum intra paterna uiſcera collocauit dum expiraret in mortem: unde nihil de ſuo extra ſe reliquit dum exiuit de mundo. Do lorem autem intenſiſſimum illud uerbum pro tan to exprimit: quia quaſi uidetur boniſſimus ieſus paternam alloqui pietatem. q.d. Ecce pater ſan cte uides q̃ contumelioſe de mũdo eiitior: quia omnibus uilipendor. Omnes.n. maledicunt mi hi. Vides etiam ꝙ ab omnibus dilectis diſcipu lis derelinquor. Omnes enim me relicto fugerũt. Vides quia in membris ſingularibus tormentis crucior. Vides quia non eſt attomus in meo cor pore: qui non ſit repletus dolore. Vides ꝙ diſſi patur corporis armonia: ut iam ibi anime uita ſub ſiſtere non poſſit: nec eſt locus ſub celo me dignus niſi maternalis affectus: qui ſic eſt meiſ doloribus plenus: ut aliquid capere ultra non poſſit. Ani ma ergo mea ex ſuorum immenſurabilitate dolo rum magis mentem uirginis oppri meret: ꝙ con ſolationem conferret. A ſolo ergo infinitiſſimo pelago diuinitatis poteſt dolorum meorum angu ſtia in delitias abſorberi: & ideo ſic doloratum ſpi ritum in tuas dulciſſimas manus expirans com mendo. Triumphalis etiam uictoria miro mo do in hoc uerbo refulget: cum ſpiritus ille creatus boni ieſu: qui carni coniunctus fuerat: & mũdum peregrinus intrauerat ad diuinum honorem con quirendum laborioſum prelium cum antiquo ho ſte aſſumptum: & cum omni malitia creature: de qua debuit electos plene purgatos eruere: & ſue ſi militudini conformare: iam conſumata uictoria omnes electos: ſicut predictum eſt & replicare nõ piget in ſeipſo triumphando recolligens de cam po huius mundi in locum poſſeſſionis ſecure: & quietis eterne: paterni ſcilicet pectoris cũ tropheo intrauit perpetue pacis. In ſignum autem hu ius uictorioſiſſimi triumphi in puncto mortis ſue in ſtatu quo ceteri morientes uix poſſunt modicũ flatum emittere: quaſi tuba triumphali ſic predi ctum uerbum uictorioſiſſime clamauit ꝙ mun dus iſte ſenſibilis totus a ſui clamore concuſſus ſe tantam uim ponderis nõ poſſe ſuſtinere preten dit. Vnde quia talis uictoria puri hominis eſ ſe non potuit: uidens Centurio ꝙ ſic clamans expi

UVA. BHSC. IyR_070

paſſet: diuinitati ſue perhibens teſtimonium.d. Vere hic homo filius dei erat. Recognoſce ergo anima deuota tue requietionis thalamum: & preparatum tibi a dilectiſſimo ieſu delitioſum lectum ī corde paterno: & ibi oīa tua bōa deguſtās: & oīa alia ut ſtercora uilipēdēs ī mūdāis diſtrahi dedignare. Stupenda autem erit anima neq̄ & impia inſenſibilitas tue obdurationis maligne ſi ad tam exceſſiuos clamores morienti ieſu qui etiam lapides ſcidunt: terram cōcutiunt: celi luminaria feriūt: & qd̄ terribilius eſt mortem ipſam abſorbendo deglutiunt: non tota profundaris in lachrymarum profluuium: luctum unigeniti faciens tibi ſuper mortem dilecti ieſu: & amarum planctum ſuper queruloſis lamentationibus uocis ſue nec teipſam creaturam rationalem reputes: uel ſaltem inſenſibilem petram ſed infernalem malitiam & diabolicam pertinaciā ī tua ingratitudine obduratam: ſi ad tanti clamoris uocem non frangens: & ad tanti piaculi recordationem non compaſſiua pietate molliris.

## Ieſus uita priuatus. Cap.xxii

Ane ꝙ durum effectum fecerint dolores inflicti in xp̄i delicatiſſimo corpore uerſiculus iſte deſcribit. O qs digne narrare ſcribere: uſ mēte tractare ſufficiat cū q̄ta dignatiōe & exceſſiua dilectiōe noſtri diſſolui uoluerit bonus ieſus illud celeſte connubium carnis ſue & corporis relinquēdo in cruce per gladium dire mortis ſuum corpus exanime: ut nos damnatos eterno exilio reuocaret ad indiuiſibilem unionem beatitudinis ſue? O qs digne ſtupere ſufficiat illam tenebroſam eclypſim celeſtium luminum gratioſiſſimorum oculorum boni ieſu qui ſic interiectu dire crucis obſcurantur ī morte.? Non mirum ſi tota mundi machina tenebreſcit ſic ſubtracto ſole iuſtitie domio ieſu chriſto & clauſis ſui oculis gratioſi aſpectus. O organū diuinitatis: pſalterium & cythara ueri dauid & ueri patrifamilias ſymphonia & chorus dulciſſima uox boni ieſu quis tibi dire mortiſ ſilentium impoſuit: ut iam nobis miſeris in hac uita nō liceat audire auribus corporis concentum tue ſuauiſſime melodie. O pectus ſuauiſſimum ſacratiſſimum boni ieſu ſapientie eterne: & theſaurorum gratie contentiuum armarium: quiſ & inſufflans in faciem creature ſpiraculum uite: quis te priuauit reſpiratione uitali?

O ſacratiſſime manus: que tactu ueſtro ſanabatis infirmos: & non dedignabamini pie leproſos contingere: quis uos dire crucis crudeliſſime clauiſ affixit. O pedes recti ſāctorum greſſuum qui ueſtre charitatis inceſſu: uirtutum omnium poſteris ueſtigia reliquiſtis: quis ueſtrū turbauit incurſum? Currebatis bene & totam mūdi machinam ueſtro ſupportabatis uigore: Quis ergo mundum impediuit exemplo & uos affixit crudeli patibulo? O caro uirginea amantiſſimi iuuenis ſpiritu ſancto artificioſe concepta de caſtiſſimis uiſceribus uirginis matris: quomodo dilacerata & diuulſa liuida & ſanguine cruentata maternis aſpectibus doloroſis inijceris. Ve tibi impia ſynagoga que omni fera peſſima crudelior uitam deuoraſti boni ieſu: qui tibi pater: ſponſus & amantiſſimus filius a paterna charitate de regalibus ſedibus miſſus fuit? O q̄ crudeliter a tua impietate reiectus fuit iſte celeſtis legatus paterni lateris: cuius carnis pallium inteſtimōium tue adulterine malitie tuis cruentis manibus īpudica meretrix ſtipendium tue malitie recepiſti. Vere enim puer noſter Ioſeph tue adulterine uocis non acquieſcens ludibrio: ſpoliatus carnis pallio: de thalamo tui proſtibuli ad patnū refugiū nuduſ aufugit. O q̄ dura erit accuſatio tui laceratio ueſtis ſancte corporis dilectiſſimi ieſu: in quo preter ſciſſuras minutas ſpinis & flagellis diuulſas quinq̄ doloroſas & amplas aperturas uulnerum immiſiſti. Plange igitur doloroſe hieruſalem que olim ciuitas ſancti: nunc ciuitas homicidii: immo patricidii: immo deicidii horrēdo uocabulo nuncuparis. Super tuam crudelitatem lamentū aſſume: & exue te ueſtibus iocunditatis tue: induere ciere & cilicio quia in te eſt iſrael ſaluator occiſus. Deduc quaſi torrentem lachrymas per diem: & noctem non taceat pupilla oculi tui: quia in tuo inaudito flagitio angelos pacis amare flere compellis: immo ipſam diuinitatis gloriam ſi foret poſſibile contra ſcelens tui immanitatem prouocas ad lamentum. Sed & tu anima deuota mente protractans ꝙ exceſſiuus amor tui animam dilecti ieſu propria auulſit a carne habitaculo puritatis & gratie. Erubeſce propriam carnem tuam ſequi in ſuis ſpurcitiis: & eius concupiſcentiis horrendis immergi. Aſſidua illi flagella exemplo bōi ieſu: & ſic eius uitam uitioſam mortifica: ut in ſpiritu mortis ieſu in nouam reformetis uitam gratie & uirtutum quam tibi bonus ieſuſ in ſue carnis pelle diris clauorum calamis & ſanguine proprio figurauit.

## Ieſus pallore decidens. Cap.xxiii.

Mens chriſto in ſuo ſanguine deſponſata: reſpice in faciem chriſti tui: & uide ſpecioſum forma pre filiis hominum non habentem ſpeciem neq̄ decorem: quia uultus ille deſiderabilis angelis ſue ſpecioſitatis robore: & uirginali candore totus decoloratus in morte palleſcit.

Attende etiam quod denſitas capillorum ieſu ſpinarum ſanguine cruentata: & coagulati ſanguinis pōdere grauis in iclinatione capitis boni ieſu cū ſpm̄ emiſit ī morte ſup ſacratiſſimū pectus reuocata: ipſius totum aſpectū faciei eius in mortis

UVA. BHSC. IyR_070

pallore decidenté ad ima:quaſi p cancellos deuoti piaculi tibi intuendū ingerens ipm pectuſ mortui ieſu ſanguine effuſo cruentat. Reſpice & tu ſancte pater eterne deus unigeniti tui :in quo tibi ſolo complacuit:doloroſam figurá:qui p noſtris ſeceleribus tibi factus ſacerdos & hoſtia:tunicá habet thalarem & proprio ſanguine rubricatá tibi eterno deo intra ſancta ſanctorū penetralium corporis ſui in que ſolus ipſe ieſus intrat ſuorum dolorum & amorum pontifex ſummus:thymiama ſūmi odoris concremat : & in atrio carnis ſue:ſui corporis ĩmolauit holocauſtum.Eſto ergo ſancte pater placabilis ſup nequitia populi tui táte propitiationis recepta hoſtia: & deméti pietate auerte indignationem tuam a nobis.

## Ieſus tranſlanceatus Cap.xxiiii.

Orro ut ſcriptura impleretur que dicit.Videbunt in quem tráſfixerūt:diuina eſt ordinatione diſpoſitum:ut unus militū láncea latus illud ſacrū aperiendo perfoderet: de quo ſanguine cum aqua manáte precium effunderetur ſalutis noſtre:quod a fonte ieſu.ſ. cordis archano perfuſū inundaret ſacramentis eccleſie ad uite gratiá cóferédá:eſſetq; iá in chriſto uiuétibus poculū fótis uiui ſaliétis ĩ uitá eterná.Ecce iá nūc láncea ſalutis pfidiá populi reprobati caſſo uulnere ĩ parietem carnis ieſu diuina miſeratióe prolata: foramé fecit in petra:& cauernam ĩ materia tanq̃ habitaculum columbinum.Exurge ergo uirgo beata : que ſola es & una ieſu dilecti colūba formoſa:eſto edificans in ſummo ore foraminis aperti cordis & lateris chriſti tui:recipe doloroſum gladiū quem tibi ſymeon diu prophetia pmiſit.Et tuam ait ipſius animam pertranſibit gladius:Vere tuam ipſius quia tua fuit ipſius benedicti ieſu mlto plus q̃ tui in ipſum totaliter per amoris incendium tráſportata.Vere etiam ipſius tuam:quia gladius diri ſupplicii ieſu mortis tuam dilectiſſimam animam ptranſiuit:totam ſe in ſuos tráſportando dolores.

O tu deuote fili huius uirginis matris ingredere cum ipſa deuotiſſima uirgine intra penetralia cordis ieſu:quod tibi lancea crudeliter aperuit: & ibi adimpleas illa que deſunt paſſioni chriſti:degu ſtans ſimul cum uirgie dolores uulnerum ſaluatoris uice ipſius ſpūs ieſu xpi:q iam ipſos ſentire nō poteſt expiratus ĩ morte pro tua eterna morte ſoluenda. Ad breuem autem concluſionem in ſūma eorum que dicta ſunt de dilecti ieſu paſſione & morte:ſcias q paſſus eſt paſſione
Generaliſſima
Accerbiſſima
Ignominioſiſſima
Interemptoria ſimul &
Viuificatiua.
Paſſione inquá generaliſſima paſſus eſt quantum ad naturá humani generis:nō ſolum ſecūdum oía membra corporis pricipalia:uerū etiam ſecūdum omnem anime potétiam:licet pati nō potuerit ſecundum diuinam naturam.Et quia ab omni ſexu: etate & ſtatu:& quia ĩ perſona & ĩ rebus:& in ſuis dilectiſſimis paſſus fuit:ĩ quibus cõtinetur omnis patiendi modus. Paſſus eſt paſſióe accerbiſſima quia nō ſolum dolendo ut patiens propter uulnera corporis & alia doloroſa obiecta métis ſuperius dicta:uerū etiam ut compatiens tá matri q̃ aliis: ſicut dictum é ſupra. Paſſus eſt etiá paſſione ignominioſa:& propter patibulū crucis:quod erat ſupplicium peſſimorum:& propter iniquorum latronū conſortiū:in quorum medio fuit crucifixus. Paſſus fuit etiá paſſione íterẽptoria per ſeparationem anime a corpore:ſalua tamen unióe utriuſq; cum diuinitate.Ratio auté quare paſſio debuit eſſe generaliſſima é:quia chriſtus ſatiſfaciés ſoluit pretiū pro tota infectióe nature:qr enim generalitas corruptióis ĩ nobis infecerat nō ſolum corpus & animam ſecūdū omné corporis partem : & omnem anime potentiá:hinc é q chriſtus paſſus eſt ĩ omni corporis pte.& in potétia anime:& in ſuperiori portione ratióis que ſūme ĩ deo delectabatur uno reſpectu.Alio reſpectu ſumme patiebat̃:quia chriſtus ſimul uictor fuit & comphenſor.Quia etiam omnes redemit ab omnium hominū differentiis paſſus fuit.Omnem auté extrinſecam paſſionem in ſpecie pati non debuit:quia una noſcitur alteri repugnare naturaliter.Sicut ĩ aqua ſubmergi:& in igne cóburi:ſed ſecundum genus ſuſtinuit omnia ut dictum é. Ratio auté quare paſſus eſt paſſione acerbiſſima é ut ſatiſfaceret pro noſtra libidine: libido enim ĩfecerat uehementer in nobis carnem & animam.Et quantum ad peccata ſpiritualia : & quantum ad carnalia. Et quia in carne chriſti erat maxima equalitas complexióis:& pfecta uiuacitas ſenſuum:in anima uero ſumma charitas ad deum: & ſumma pietas ad proximum:hinc é q uterque dolor fuit intenſiſſimus. Ignominioſe etiá uoluit pati ad noſtram ſuperbiam emundandam. Et quia tumor ſuperbie aliquádo ſurgit interius ex pſumptione:aliquando exterius ex oſtentatione:& aliquádo aliena laude:hic eſt ad q ad delendá omnem ſuperbiam chriſtus paſſus eſt utrunq; genus ignominie:& in ſe patiente:& in comitatu latronum:& in uituperiis inſultantium ſibi. Poſtremo quia hec omnia nō attingebant diuiná impaſſibilem naturam:ſed ſolum humanam:hinc eſt q in morte ſic facta eſt diuiſio anime a corpore:ut tñ ſalua eſſet unitas perſone.Et unio tam carnis q̃ animę cum diuinitate.Et quia unio anime cum corpore facit hominem:& facit uiuum:hic eſt q chriſtus non fuit homo in illo triduo:licet caro & anima unite eſſent uerbo.Vnde quia mors in humana natura nō potuit íducere morté ĩ pſona q̃ ſemp fuit:ideo mortua é mors ĩ uita : & p xpi morté abſorta é mors ĩ uictoria:& pnceps mortis deuictuſ: ac p hoc hó a morte:& cá mortis p meritū mortis

UVA. BHSC. IyR_070

chriſti tanq̃ per remedium efficaciſſimũ liberatur. Et ſic fuit paſſio intemptoria chriſti: & uiuificatiua noſtri.

## Ieſus matrẽ afficiens. Cap. xxv.

Onſumato iam paſſiõis agone: cũ ipſa mater ſuper morte unigeniti ſui uideret celum terramq; lugere: & doloroſum piaculum figure corporis ieſu ante ſuos corporales aſpectus attenderet: quomodo putas eam affectam ſimili i ſe formatiõe figere. Vere enim ipſum exemplar mortis tanq̃ ſigillatiua impreſſio totam mentem uirgineam ſculptura ſimili figurauit: ut merito dicatur: Ieſus matrem afficiens. i. ad ſe faciens: quia totam eam in ſue mortis ſimilitudinem tranſſformauit.

O quantis doloꝝ ſtimulis contuebatur mr̃ corpus dilecti filii in cruce pendere: & quaſi horrore mortis filii inſtrumenta ipſa inferentia crucem: clauos: ſpinas: & lãceam: potuit queruloſa pietate de temeritate arguere: & ſibi irrogatas iniurias in ipſa inſenſibilia inſtrumenta: lamentatione retorquere deuota. Quaſi dicat uirgo loquens ad crucem. O dura crux & crudelis in tuum auctorẽ: qua audacia meum dilectiſſimum filium deum uiuum: & eternum audes ſuper tuam rigiditatem auſteram & duram ſic crudeli extenſione protrahere: & clauis ferreis tibi ſic crudeliter alligari. O uos claui creature illius qui ueſtris uulneribus moritur: quo temeritatis auſu dilectiſſimam dilectiſſimi mei filii carnẽ ſpiritu ſãcto conceptam ſic atrociter perfodiendo diuellitis? Et uos ſpine non fuiſtis create: ut caput ueſtri pungeretis auctoris. Cur duce creature ueſtram innatã duritiam non reliquaſtis ueſtri timore auctoris. An non aduertiſtis ſolem horrere piaculum crudelis operi ueſtri? terram tremere ſuſtinendo tormentum illati ſupplicii? Lapides natura & conditione uobis duriores ſuper filii mei dolore perſcindi? Certe uos nec uidere: nec nominari audire ueſtra ipſa crudelitate impediente: uel tenuiter poſſem: niſi quia uos totaliter filius meus in dulcorem ſui humoris conuertit: ut ſpernere uos nõ poſſim: ſanguiſ de ſanguĩe meo: & caro de carne mea. Ipſe enim dilectiſſimus filius meus: uos natura ſilueſtres & duras in ſui corporis plantauit delicioſiſſima paradiſo. Et uos ſui ſanguinis ſic humectauit irriguo: ut non iam alius cibus plus mihi placeat q̃ ueſtra deglutire acumĩa: & uos infigere cordi meo. Sed tu crux alte ſtature ſi ad me pietate ꝑmota mitti uelles ſtipite tendere membra dilecti & rigorem tue natiuitatis inflectere ut mihi inclinata me permitteres meum dilectum filium amplexari: iam tuarum iniuriarum oblita pacem tecum compõerem mente deuota. Hanc autem deuotam crucis diſputationem & uirginis matris: quidã deuotus paſſionis chriſti gratioſo tractatu contexuit: quem & hic ex deuotione inſerendũ eſſe decreui.

Lamentatio beate uirginis de cruce

Crux dura quid feciſti
Multũ certe ꝑſũpſiſti   Qui creauit omnia.
Chriſtum deum ſuſcepiſti.
Crux redde mihi filium
Iã nõ experto aliũ   Sicut ſcripture ꝑdicãt.
totum meum ſolatium
Crux aperte reſpice
Vide terram tremere Hec xp̃m deũ nũciãt.
Solem lumen claudere

Reſponſio crucis ad beatam uirginem.

Tibi uirgo reſpondeo
ꝙ ꝑ mũdo ihm̃ teneo Vt mũdũ a morte re-
Hunc tibi non reſtituo   dimat.
Ec eſt certe lex nature
Iugũ graue geniture   Vt mors oẽs recipiat.
Omnes uiuunt iſto iure
Ors eſt quies uiatoris
Finis oĩs ẽ laboris   Oportet ꝙ tranſeat.
Per mortem corpus redemptoris
Eus mortem ordinauit
Mũdũ morti ſbiugauit Quod & aliis ordi-
Propter hoc ip̃e guſtauit   nauit.
Ihil conuenientius
Quã xp̃s dei filius   Secũ ad celũ ꝑuehat.
Patri ſuccurrit penitus
Irgo tu eue filia
Mr̃em dãnatã libera Mũdus te laude ſerui-
Solue ſerpentis uincula   at.
Er hec mũdus te laudabit
Paradiſus exultabit   Reſurrexit die tertia.
Adam xp̃s liberauit

Reſponſio beate uirginis ad crucem

Crux tua uerba audio
Nõ tñ dolore careo   Inter latrões uiliter.
Ieſum pendere uideo

Reſponſio crucis ad beatam uirginem.

N me deus ſe hũiliauit
pp me celũ letificauit   Xp̃s agẽs hũiliter.
Et infernum ſpoliauit
Vm ſcala celi ordinata
Sũ xp̃i morte cõſecrata Vexillũ ſũ uictorie.
A deoq; predeſtinata
Ẽbes ergo tu gaudere
Nõ dẽs mũdo ĩuidere   Voluit eis rex gl̃ie.
Si per mortem ſubuenire
Vndus debet hanc amare
Et deuote ſalutare   Pro chriſti amicicia.
Se mihi totum indiare

Reſponſio pacificate uirginis cum cruce.

Acem ſimul habeamus
Amplius ñ cõtẽdamus   Cui ſit laus & gl̃ia.
Deo cuncta cõmittamus
Ortem iam non timeamus
Crucẽ oẽs diligamus   Cũ oĩ reuerentia.
Deuote deo ſeruiamus
Amen.

UVA. BHSC. IyR_070

O quanta impietate uiſcera afficiebantur uirginea maternalis amoris: quando adueniente Ioſep illo nobili centurione ieſu diſcipulo occulto: & Nichodemo legis doctore: & ipſis deponētibus corpus filii dei de ſupplicio crucis: ipſa benigna mat corpus ex anime uulneribus ſauciū: & cruore madidū ſuſcepit in brachiis charitatis ſue. Cogita quāto affectu potens: quia illud lamentū tā uirginis q̄ aſſiſtentiū mulierꝝ & xp̄i diſcipulorꝝ nulla mēs digne poterit explicare. Aſpice dilectiſſimā uirginem corpe dilectiſſimi ieſu filii ſui de cruce depoſito totam ſuper faciē eius ruere: totam filii faciē lachrymis doloroſis lauare: totā filii ſui ſanguinē rubricare: & doloroſis gemitibus pectoris anhelitū interdudendo diſrumpe: & uix poſſe pre doloribus uocē formare. Cogita tamen quantam in corde diſputationē intexuit: & quō ſuper ſingula filii ſui mēbra deflendo ingemuit. Et puto ꝙ nulla ferina mēs iſta cōſiderans poterit cordis continere lamēta. Puto enī ꝙ tā in paſſione & morte: q̄ i filii ſepultura: & in reuerſione in hieruſalē ex aſpectu ſignorꝝ ſue faciei: & ex puriſſimis fletibus charitatis ſue: nō ſolū mulieres & hoīes: ſed etiam quaſi ſi eſſet poſſibile: ipſos lapides prouocauit ad lamentum.

## Ieſus intumulatus. Cap.xxvi.

Ttende anima ꝙ ſoluto precio noſtre ſalutis: & leone ſtrenuo de tribu iuda de antiquo dracōe obtēta uictoria in tyrocinio mortis iā circa dei filiū cōditiones mutant: ut ſibi poſt mortis ludibria exhibeat honorifica ſepultura. Vnde & deuoti diſcipuli Ioſep & Nichodemus in ſindone mūda conditū multis aromatibus corpus inuoluētes deuote in ſepulchro nouo: quod ſitum erat in horto recondūt. Cogita anima deuota ſi corpus illud fuit a ſanguine lotū: ut cōditure aromatū eſſet accōmodū illam loturam ſanguinis bibere cū amoris dulcore: imo teipām totam i aquā conuerte: ut merearis illo ſacro corpi applicari. Cogita q̄to affectu ille ſancte mulieres: que ſibi ſedule miniſtrantes dū uiueret illud ſacrū corpus nitebant contingere: & ſe maternis fletibus ſociare. Sed & ille dilectus Ioannes expti amoris memoria: & corpalis aſpectus figura: dolorꝝ piete perfoſſus: totū ſe lamēto ſacri corpis: & quali poterat refrigerio ſuſpiriis maternis exhibebat. Vnde puto ꝙ iſtorꝝ ꝓlongatione fletuū & deuotorꝝ luctaminū: quibus marer a filii corpore auelli nō poterat: & q̄bus ipſa illorꝝ corda reliquabat in lachrymas uſqȝ ad horam cōplectorii ē ſepultura ꝓtracta: ut hora cōplectorii ꝓ tardis accipiat ueſpis ante ſolis occaſum: ut q̄ſi poſſit dici ſepultus in ueſpis.

Piam aūt cōcertationē dilatationis ſepulture iter deuotā uirginē & aduenētes diſcipulos: deuotus lamētator paſſiōis ieſu & eximius doctor Bernardus in quodā deſcribit tractatu: de ſacre uirginis planctu. Terminato autem ſepulture officio cogita cum quantis geſtibus ipſum ſacrum ſaxum ſepulchri materna complectebantur brachia: rigabāt oculi: oſculabantur labia: & totus geſtus corporis intra ſua p̄cordia abſorbere uidebatur ſepulchrum.

Amplectere ſepulchrū pia mater: & ſuper ipſum ingemina myrrhata ſuſpiria i tuo receſſu: ipſum in tuo dolore aſporta: & illud corpale monumentum tui ſpūalis ſepulchri quod filio tuo excidiſti in petra ſtabiliſſimā cordis tui perfectionē ſignificat. Et ſi illud monumentum corporale fuit in horto: nō tamen cultu regio & manu exculto. Sacer autē animus tuus hortus concluſſus ſponſi & pomeriū ſalamonis pacifici: & ueſtibulum horti aſſueri beati.

In hoc ergo horto uirtualis pullulationis tue ſacratiſſime mētiſ dilectiſſimo filio tuo excidiſti monumentū nouum: in quo nunq̄ poſitum fuit uel ueniale peccatum. Nec tibi defuit ſindo mūda uirginalis candoris: Sed nec myrrha & aloes compaſſionis amare: & aromata fragrantis amoris. In his ergo reporta filium & me peccatorem indignum in petra ad ſimilitudinē tui dignum dilecto tuo filio preparare ſepulchrum. Attende autē aīa deo deuota quante iaculationis aſpectum prebet maternus contuitus: quando a ſepulchro filii doloroſe auulſa: facie pallens: reſperſa ſanguine cū anheloſis ſuſpiriis & gemitibus interruptis: & fletibus lachrymoſis in manibus dilecti Ioannis: & illorum fidelium deuotorum in ciuitatem reducitur. Certe qui non percutitur: immo qui non conteritur cōpaſſionis affectu in tali memoria uirginis matris: degener eſt filius: & ſua miſeratione indignus. Sed & illa Magdalena deuota tanto ferebatur cordis īcendio: tanta pietatis afficiebatur dulcedie: tam ualidis trahebatur uinculis charitatis: ut feminee fragilitatis oblita non terreretur noctis caligine: nec retardaretur perſecutorum īmanitate: nec armatura cuſtodum a uiſitatione ſepulchri: quin potius foris ſtans: & rigans lachrymis monumentum recedentibus diſcipulis non recedebat: pro eo ꝙ diuine dilectionis igne ſuccenſa: tam ualido urebat deſiderio: & pacientie uulnerabatur amore: ut nihil ei ſaperet niſi flere: poſſetqȝ ueraciter illud eructare propheticum. Fuerūt mihi lachryme mee panes die & nocte: dum dicitur mihi quottidie ubi eſt deus tuus. Deus meus pro me totus in mortem traditus bone ieſu concede mihi: q̄q̄ in omnem modum immerito & īdigno: ut qui his corpore intereſſe non merui: fideli tamē licet arida eadem mente pertractans illum ad te deum meum pro te crucifixum & mortuum compaſſionis affectum experiar: quem innocens mater tua: & dilectus tuus diſcipulus: & frater uterinus per adoptionis gratiam & recomendationem maternam Ioannes apoſtolus: & penitens Magdalena cum ſodalibus ſuis in ipſa tue paſſionis hora ſenſerunt.

Attēde aūt i fine tractatus paſſiōis dilecti ieſu ꝙ diuina puidētia in conſumatōe myſterii nr̄e redemptionis: non omne genus mortis eligere uoluit.



UVA. BHSC. IyR_070

Vnde nec iugulari uoluit cũ innocentibus pueris impietate herodis:ſicut refert Matheus. Nec precipitari ſuſtinuit a ſuis compatriotis impiis nazareis:ſicut refert Lucas. Nec lapidibus obrui ab impiis ſcribis & phariſeis in hieruſalem:ſicut narrat Ioannes. Sed mortem crucis accepit tanq̃ ſignum uictorie:& tanq̃ ſignificatiuam perfectionis & gratie in totam eccleſiam:per tale mortis beneficium diffundende. Vnde & talis modus expanſionis ſic in cruce eſt conuenientiſſimus etiam in ipſa figura ad omnia impetranda a pietate paterna:ad omnia diffundenda in electos filios charitate largiflua:ad omnia amplectẽda remiſſione plenaria: ad omnia trahenda ad ſe uirtute mirifica. Propter quod ĩ cruce totus uirtute caleſcens more ſolaris radii humores deuoti cordis trahit ad ſe in pluuias reſoluẽdos deuoti & cõpaſſiui ploratus ſue ſacratiſſime mortis. Per naturam uacui quo ſemetipſum totaliter exinaniuit:ſeipſum effundendo pro te efficaciſſime trahit:quicquid in te eſt:tam nature: q̃ gratie & cuiuſcunque ſubſiſtentie uirtuoſe:ut ſeipſo euacuatus ĩ morte totus iterum impleri deſideret tua ſancta conuerſatione & uita. Per naturam ſimilitudinis uirtuoſiſſime trahit totus aſſimilatus ſimilitudini noſtre miſerie:preter ignominiam & peccatum. Vnde & ipſe modus moriendi extenſionis in cruce figuram pretendit uirtuoſe baliſte: que reſpectu ancipiti poteſt celum iaculare & terram: ut per ipſam eternus pater quaſi per arcum ineſtimabilis amoris filium ſuum crucifixum & mortuum pro tui expiatione ſceleris intra cordis tui intima: ipſius tui cordis duriciem perforando tranſfigat. Sed & tu in terra poſitus uerſa uice pectus potes iaculare paternum dilectiſſimum filium ſuum pro ſui honoris defenſione crudeliter dilaceratum & mortuum in ipſo crucis uehiculo:uſque ad ſua intima arcu affectuoſi amoris extenſo proiiciẽs:quo iam tibi remiſſionis beneficium negare non poſſit. Vide ergo arcum anima deuota:& benedic qui fecit illum:qui in ſe pactum diuini federis repreſẽtat. Ex ipſa autem penetratiõe clauorum fuit ſignum talis perpeſſio mortis conclauationis & penetrationis cordium electorum in memoria tanti beneficii recepti in ſupplicio crucis. Ex conuerſatione autem integra oſſium & membrorum ieſu: eſt ſignum perfecte conſeruationis omnium:tam diuini honoris:q̃ humani generis ſalutis & promotionis electorum in melius:quo expreſſe concluditur ꝙ nullo maligno hoſtis conatu antiqui poteſt diuini nominis honor:uel eius beneplacitum uel electorum melius impediri. Ex eleuatione autem ſui inter celum & terram eſt ſignum meditatõnis & reconciliationis inter peccatores & deum:inter quos fidelis mediator exiſtens deum inclinãdo pietate:& nos eleuando ſui amoris infuſione in pacis dulciſſimum oſculum in ſemetipſo uirtuoſe cõiungit. Propter quod & apoſtolus dicit ꝙ inimicitias ſoluit in carne ſua. Ex ipſa etiam eleuatione & exaltatione a terra:eſt ſignum glorioſe uictorie ſui & ſuorum:& exaltationis ſuper hoſtilem exercitũ: & eleuationis cordis fidelium ſuorum ab omni eterno amore. Vnde & eleuatur in altum :ſicut triũphale uexillum. Ex hoc etiam ꝙ in aere paſſus fuit:oſtendit ꝙ debellabat aereas poteſtates: & ſicut ipſe terram honorauerat in ipſa cõuerſando uirtuoſe & uirtualiter:& aquam ipſam calcando potẽter:& in ea ſacrum inſtituendo baptiſma: & ignem honoraturus erat:ſpiritum ſanctum in eius ſpecie largiendo gratanter. Sic & aerem in ipſo bellando atrociter:& uincendo feliciter ſpeciali prerogatiua ſacrauit:ut non ſit in elementari orbe: qui ſe abſcõdat a calore eius. Ex ipſa autem totius ponderoſi corporis impendentia in ſolis clauis ligno crucifixis:ſignum fuit ꝙ ponderoſitas noſtri reatus tota ſuſpenderetur & eleuaretur in contemplatiõis exceſſu ſolis clauis cõfixa ſpiritualis amoris. Ipſa autem affixio corporis ieſu & confoſſio lateris:qua ipſe innocens manibus & mundo corde fuit cruci fixus ad horam: ſignificat illum impiiſſimum & crudelem latronem luciferum :cuius manus ſunt plene ſanguine cum tota caterua homicidiali ibi in eternum fuiſſe cõfixum:& in omni machinatione ſua confuſum. Nihilhominus etiam noſtrorum peccatorum cyrographum : quo gloriabatur nos poſſidere ille tyrannus impius fuit in chriſti carne ſacratiſſima totali laceratione conuulſum:ut quia innocenti corpore clauis duriſſimis uoluit ſatelles impius ſcribere penam mortis ipſo diuinitatis aculeo ſub carne latente:& ipſe configeretur hoſtis:& erueretur de impiiſſimis manibus eius quilibet chriſti fidelis expurgatus ab omni reatu:tam infectionis proprie oſtenſionis: q̃ iſectionis originis. Vnde & apoſtolus dicit ꝙ palam triumphans in ſemetipſo principatus & poteſtates cyrographum decreti:quod erat nobis cõtrarium tulit de medio affigens illud cruci. Ipſa uero crucis figura que ſola inter figuras rectilineas poteſt intra ſe totam circuli ſuperficiem claudere: ſignificat aperte ꝙ crucis myſterium in ſe claudit totum ambitum gratie & totum orbem clarificatiõis noſtre. Vnde de duobus lignis:uno recto:& alio tranſuerſali crucis cõpaginatur figura: quia due ſole ſunt gratificate & beatificate nature:angelica uidelicet & humana. Vnde & illa bona uidua in libro regum ait ad Heliam. En colligo duo ligna &c. Vidua illa eſt rationalis anima:que in angelis ſuo uiduata numero:& in hominibus iſecta peccato:uirilitatis complementum debitum non habebat. Colliguntur ergo duo ligna :quia In cruce per omnium conſumatorem ieſum angelica ruina perficitur:& humana captiuitas liberatur. Et in duobus lignis crucẽ compaginantibus utraque poteſt configurari natura. Et illud quidem lignum quod recta ſublimitate erectum eſt ad celos:ſignificat naturam angelicam:que in rectitudine facta offícioſiſſima deuotione & plenaria uoluntate diuine ſublimitati ad-

UVA. BHSC. IyR_070

heſit. Illud uero quod tranſuerſum eſt: humanam deſignat naturam: que tranſuerſa immo ut uerius dicam euerſa: ſtatus ſui perdidit equitatem. Intuere cum quanto ſacramento iungantur in utroque ligno: ſciſio fit: & ex occaſioue uulnerum unitior iũ ctura componitur. Super celeſtes enim ſpiritus nõ mediocre uulnus acceperunt: cum deus in angelis ſuis reperit prauitatem. Nec contemnenda plaga cum eam reſartiri opporteat: quia non reſtituto ſociali numero numeroſitas cadens facta uideretur i uanum. Inferior uero natura miſerrimi hominis a planta pedis uſque ad uerticem ita uenenifera fermentatione infecta eſt: ut tota ſcatens ſue putredinis uermibus neſciat unde ueniat: aut quo uadat.

Vtrorũque ergo ſpirituum utriſque uulneribus nõ mediocriter habitãtibus facta eſt iũcturalis impreſſio: que chriſto iungente ita reſarcita eſt: ut nihil uulnerificum uideatur ineſſe. Chriſtus enim in utriſque confixus: illos quidem reintegrans numero: hos uero expurgans peccato: utroſq; cauilla corpiſ ſui ualidiuſ nectit: & corpus proprium iuncturis oppõit: ne ualeat reſilire. Crux igitur iungit celum & terram: & plene pacificat & perficit naturam angelicam & humanam. Vnde potes uidere quomodo ipſa benedicta crux eſt firmiſſimum & indiſſolubile glutinum: quo conglutinantur rationales creature electionis & gratie: ut ex utriſque illa compleatur ciuitas: cuius participatio in idipſum. Vide etiam quomodo quadripharia angulatione ſui: quattuor mundi comprehendit climata: & omnem ad ſe pertrahat creaturam. Et ne forte occurreret tibi ut ubiq; terrarum currens: redẽptorem tuum inuenire nõ poſſes: a quacunq; mũdi parte procedas: ſiue ab oriente: ſiue ab occidẽte: ſiue a meridie: uel ſeptentrione: paratus eſt ſuſtinere uenientem: & blanda confouere dulcedine.

Sed attende quid tibi exprimitur de corde altiſſimi: uenis ad hominem crucifixum? crucifixus uenias aut crucifigendus. Sic enim chriſto eſt dignum: & neceſſarium tibi: quia qui chriſti ſunt: carnẽ ſuam crucifixerunt cum uitiis & concupiſcentiis. Et ſibi longe abeſt gloriari niſi in cruce domini noſtri ieſu chriſti per quem eis crucifixus eſt mundus: & ipſi crucifixi ſunt mundo. Non imerito igitur crucis nomine intelligitur uniuerſalis perfectio: quãdo piiſſimus ieſus qui crucis myſterium in ſeipſo receperat: imo qui crucis beneficium ex ſeipſo effecerat: ad hanc benedictam crucem toto mentis affectu a ſuis deuotis imitatoribus aſſumendam inuitat. Attende ergo conſilium dei tui: non ſolũ cũ patre regnantis: ſed & dilectiſſimi tui amici pro te i cruce pendentis: nec falli poteſt: quia ſapientia eſt: nec te fallere uult: pro quo tam ignominioſam ſuſtinuit penam. Ait ergo. Si quis uult poſt me uenire: abneget ſemetipſũ: & tollat crucem ſuam: & ſequatur me. Sicut enim in cruce eſt omnis perfectio: ſic in abnegatione proprie uoluntatis eſt perfecta & grata crucis aſſumptio. Et merito ſe uirtuoſe crucis euacuat: qui non ſe totaliter ſub diuina uoluntate anihilat. Hec ergo beata crux diuine ſapientie inſtrumentum eſt lignum uite i medio paradiſi hominis per gratiam reformati multo felicius reſtaurans deperditum: q̃ corporis defectum releuare ſufficeret illud corporale lignum. Hec eſt archa ſancti Noe iuſti a generationibus ſuis: in qua ſola omne ſemẽ gratie reſeruatur. Hec eſt ſtrues lignorum: in qua Abraham pater excelſus filium dilectum immolauit. Hic eſt arcus & pharetra: quã Yſaac accipi iubet: ut ſibi capta deferatur uenatio: q̃ guſtata filio benedicat. Hec eſt ſcala Iacob: cui uere dominus eſt innixus: in cuius uirtute deſcendũt angeli nobis deferentes chariſmata: & aſcendũt ad deum noſtra digna deſideria repreſentantes. Hic eſt cyphus ille argẽteus diuine ſapientie & eloquẽtie contentiuus: in quo uerus Ioſep anguriatur & cognoſcit omnem futuram gratiam electorum. Qui etiam iſte cyphus in ore Sacci minimi fratris ſui. i. in predicatione Franciſci ueſte ſaccina contecti in diſquiſitione ſollicita reperitur. Hec eſt uirga Moyſi: i qua flagellauit egyptum: aperuit mare rubrum: profundauit Pharaonis exercitum: & eduxit in uirtute populum liberatum: hic petram percu ſſit: & fluxerunt aque largiſſime: & bibit populus & iumenta. Hec eſt colunna ignis & nubis: q̃ nobis mundanam obſcurans gloriam: & noſtram illuminans noctem horrendam ducatu ſalutifero in terram uiuentium introducit. Hic eſt clypeus Ioſue: quem leuauit cõtra ciuitatem Hay. Hec maxilla Sampſonis: Hic gladiuſ Gedeõis. Hec funda regis Dauid: & baculus paſtoralis. Hic tronus ueri Salamonis: & armamentarium domus ſaltus. Hic armoniacum horologium regis Achaz: i quo uerus ſol iuſtitie decem lineis retroceſſit. Hoc excelſum ſolium in quo dominũ uidit ſedere Eſaias & Seraphin amoroſas laudes inferius acclamãtes. Hec ẽ uirga uigilans Hieremie. Hic thau ſacre cõfiguratiõis Ezechielis. Hic eſt ille lapis modicus percutiens ſtatuam Danielis. Et ut ſilua figurarum dimiſſa in claue celeſtis aperture claudamus myſterium: noueris q; hic eſt clauis Dauid: que ſuper chriſti hominis humerum data. Dabo inquit Eſaias clauem Dauid ſuper humeris eius: aperit: & nemo claudit: quia ſapientia crucis omne archanũ aperit ſapientie ĩcreate: quod & ſui auſteritate claudit impiis excecandis: ut ita ipſam contemnẽtibus nemo aperire ualeat uias uite. Hec eſt illa ſapientia: quam uas electionis Paulus chriſto cruci confixus dicit in myſterio abſconditam: & ſibi per ſpiritum ſanctum reuelatam: quam & uocat ſacramentum abſconditum a ſeculis in deo: quia ſacratiſſime crucis myſterium in trinitatis ſacrario fuit eternaliter diſpoſitum: tam ad ſublimationem aſſumẽ



UVA. BHSC. IyR_070

di hominis per opera perfecte uirtutis:q̃ etiam ad redemptionem humani generis per ſapientiſſimũ modum proſtrationis hoſtilis & illuminatiõis humilium mentium:qui deo homini non horrerent ſimili charitate configi.Et qui gloriantur cum apoſtolo ſe nihil uelle:niſi chriſtum ieſum & tunc crucifixum. Hec eſt ſapientia: quam idem magiſter gentium inter perfectos loquitur: quam etiá pro defectu impiorum:qui teſtamentum chriſti mortis pollutum dicunt iniquis operibus nomiat ſtultum dei.Nihil enim ſtultius uidetur menti carnali:q̃ uiſibilibus delectationibus & mundi uanitatibus crucifigi:& inimicos diligere:& ꝑ illis ĩ mortem animam tradere:in quibus ſapientia conſiſtit chriſtiana. Vnde & nomine ſtultitie:ſtultum dei ſignificatur lux inacceſſibilis claritatis ſapientie dei: quam mens brutalis & ceca ſtultitiam reputat ſenſus ſui. Attingere ergo mẽs ſapientie emulatrix & clauem ſapientie amplectere ſplendidiſſimam: uidelicet crucem:quia ipſa eſt quam artifex omniũ ex omnibus mundi inſtrumentis elegit: ut de ipſa clauum faceret defenſionis:& clauem omnis ſalutifere apertionis:& nauem ſacratiſſimi tranſitus ꝑ turbines mundani maris:quo feliciter ad portum eterne peruenitur ſalutis. Hec eſt ſola ſignum filii hominis quod in ſolo celo eleuate mentis cernitur rutilare:quo ſigno celeſtis regis:& impii demonis ſuperantur exercitus:quodq; in extremo iudicio ſolares radios ſuperans: eternum chriſti uictorie & membrorum ſuorum teſtimonium redderet ad confuſionem nationis reprobate: que uidebunt in quem confixerunt: & ad iubilationem & laudem nationis electe qui amplexabuntur iocundum iſtrumentum ſue eterne glorie & ſalutis.

Aue igitur ſacratiſſima & immaculata crux: que pulchritudinem & decorem de membris domini mei ſuſcepiſti:& ex eius precioſo ſanguine rubricata amoris incendium & honoris titulum electis tibi ingeris deuotis:ſecuruſ & gaudens uenio ad te. Ita & tu gaudens ſuſcipias me diſcipulum eius:qui pependit in te.Eleua me' ſanctiſſima crux mentis ſuſpenſione a terra:& recipe me ab hominibus: & redde me meo magiſtro:ut per te ſuſcipiat me:qui per te me redemit. Sed & tu pie ieſu crucifixe nõ permittas mentem cui reuelaſti myſterium tue crucis:& per ipſam tuis uitalibus uiſceribus introducis rurſum puluere inquinari mundano:ſed in ipſa conſumma deſiderium meum:ut in tuis ſacratiſſimis & deſideratis doloribus totus dũ uixero corpore & mente transfigar. Conueniens autem fuit corpus domini ieſu ſepeliri. Primo ad probandam ueritatem mortis eius:quia nullus cõmuniter ſepelitur:niſi conſtet de morte:Vnde Mar.xv.legitur ꝙ Pilatus anteq̃ concederet ieſum ſepeliri: diligenti inquiſitione cognouit eum mortuum eſſe. Secundo quia per hoc ꝙ chriſtus de ſepulchro ſurrexit datur ſpes reſurgendi per ipſum his q ſunt in ſepulchris:ſecundum illud Ioannis .v. Omnes qui in monumentis ſunt:audient uocem filii dei. Tertio ad exemplum eorum qui per mortem ieſu ſpiritualiter moriuntur peccatis qui abſconduntur a conturbatione hominum. Quibus & dicitur Colo.tertio.Mortui eſtis:& uita ueſtra abſcondita eſt cum chriſto in deo.Vnde ſicut mors efficaciter operata eſt noſtram ſalutem: ſic & ſepultura ieſu. Propter quod in quodam ſermone epheſin concilii dicitur.Nihil horum que ſaluant homines iniuriam deo facit:que oſtendunt eum nõ paſſibilem:ſed clementem. Conuenienti autẽ modo ſepelitur in horto in monumento nouo exciſſo in petra:inunctus myrrha & aloe:inuolutus in ſindone mũda aduoluto magno ſaxo ad oſtium monumenti: Primo ad confirmandam fidem mortis & reſurrectionis ipſius:ſicut infra exponetur.

Secundo ad commendandam pietatem & deuotionem ieſum ſepelientium:& admirandam uictoriam morientis.Vnde licet paſſio & mors quáto fuit abiectior:tanto magis pacientiam & conſtátiam ieſus commendauerit: ut per hoc abundantius pro nobis ſatiſfaceret.Sepultura tamen honorifica eſſe debuit:in ſignum uirtutis morientis ieſu:qui contra intentionem occidentium honorifice ſepellitur.Vnde Criſo.dicit.Ante crucem omia meſta ſunt & infirma:ut autem crucifixus eſt omia clariora ſunt facta:ut noſcas nõ purum hominem crucifixum. Tertio ad myſterium ſpirituals ſepulture taliter ieſus uoluit ſepeliri:& ad figurá emẽdationis perfecte peccati Ade:unde in horto ſepelitur: quia ille in horto peccauerat. Ideo autem ſecundum Auguſtinum:in aliena ponitur ſepultura quia non propriam:ſed alienam mortem' eſt' paſſus:dum pro aliorum ſalute moritur: licet etiá per hoc extrema ieſu demonſtretur paupertas: qui ſicut uiuens domum non habuit:nec aliquid proprium unde uiueret.Sic & moriẽs aliorum elemoſynis:& ĩ mutuato ſepulchro eſt poſitus. In nouo autem ponitur monumento:ut ſignificet cor nouum creari in illis qui ſpiritualiter conſepeliuntur chriſto.Vnde & ſindon noua mũdiſſime uite myrrha & aloes mortificationis amare penitentie & odoris bone fame eis deeſſe non debent. Exciſũ autem fuit monumentum in petra: in ſignum ꝙ excidenda erant uirtute mortis ieſu corda petrina: ut in ipſis chriſti paſſi locaretur memoria. Saxũ magnum aduoluitur ad oſtium monumenti: ꝗ grandis & fortis conſtantia debet ſuper cor apponi:ne furto hoſtis maligni de ipſo corde mortis ieſu continnus gemitus & preſentia auferatur. Non autem debuit corpus ieſu quomodocunq; putrefieri uel incinerari:quia putredo cuiuſcunque corporis ex infirmitate nature prouenit:que non poteſt amplius corpus continere in unum.Sicut autẽ

UVA. BHSC. IyR_070

mors chriſti non debuit eſſe ex aliquo morbo uel ſenio:ne crederetur neceſſitate nature mori:ſed debuit eſſe ex paſſione illata:cui ſe ſponte obtulit iħs pro noſtra ſalute.Sic nullo modo uoluit corpus ſuum qualitercunque putreſieri:uel reſolui: maxime quia hoc nō uidebatur expediens noſtre ſaluti: qȝ potius urgebat in detrimentum fidei: & iniuriam corporis ieſu chriſti :qui ſine aliqua iſectione fomitis cuius incineratio & mors proprie eſt pena:conceptus eſt de ſpiritu ſancto:nihil contrahens fomitis:& nihil in mēte relinquēs: ac per hoc incinerari non debuit:quia licet mors fuerit utilis pro noſtra ſalute:quam pertulit diſpenſatiue:incineratio tamē inexpediens fuit:ſecundum illud ꝑs in perſona ieſu dicti. Que utilitas in ſanguine meo &c.quaſi dicat ieſus: ſi corpus meum putreſcat: perdetur ſanguinis mei effuſi utilitas:dum carni mee non crederetur unita diuinitas . Manſit autem in ſepulchro ieſus tribus diebus & tribus noctibus per ſynodochem:ſicut computat Auguſtinus hoc modo.Vt ultima pars ſexte ferie accipiatur ꝓ tota die: nox ſequēs cum die tota ſabati accipiatur pro tota die naturali.Nox uero ſequēs ſabbatum que ē ꝑncipium dominice diei:ſiue dicatur reſurrexiſſe iħs diluculo ſecundum Auguſtinum :ſiue media nocte ſecundum Gregorium accipiatur pro tota die dominica.Nam ſicut dicit Auguſtinus tertio de trinitate.Mutatus eſt ordo temporum : ut ſicut ꝑmi dies creationis incipiunt a luce:& terminantur in noctem:propter futurum hominis lapſum: ſic ꝓpter reformatiōem hominis factam a tenebris noſtris ad lucem chriſtum incipiat decetero a nocte: & terminetur in lucem diei:iuxta illud Mathei ultimo.Veſpere autem ſabbati que luceſcit in prima ſabbati.i.nocte ſabbati que terminatur in luce dominice diei:& ſignatur in duabus noctibus:& una die quibus chriſtus iacuit in ſepulchro : quod una ſua ſimplici morte que propter uirtutem in ea ſplēdentem merito dicitur lux diei: a noſtra duplici & tenebroſa morte tam pene q̄ culpe nos eduxit .

Circa autem paſſionem mortem & ſepulturam chriſti eſt ſecundus articulus de his que pertinent ad humanitatem ipſius:contra quem duplicem errorem nunc inuenio. Primus quidem eſt manicheorum:qui ſicut corpus chriſti fantaſticum aſſerunt:ita paſſiones chriſti non in ueritate ſed in fantaſia arbitrantur eſſe.Contra quos dicit Eſaias .lii. Vere langores noſtros ipſe tulit &c.Et illud.Tanquam ouis ad occiſionem &c.Quod etiam inducitur Actuum.viii. Secundus eſt error Galieni:qȝ in chriſto ieſu unam naturam poſuit:ſed incorruptibilem & īmortalem.Cōtra quem dicitur prime Pe.tertio.Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt &c.Et contra hos errores ponitur in ſymbolo.Crucifixus mortuus & ſepultus .

## Ieſus infernum adiens Cap.xxvii.

Ane peregrinationiſ dilecti ieſu uirtualiter terminato curſu:quo triginta trium annorum uel circa curriculo nobiſcum benignus ieſus conuerſatus eſt in paſſibili carne relicto corpore in cruce confixo : cum draco ille cruentus & rapidus leo eſtimaret ſe de occiſo agno aſſecutā eſſe uictoriam:ſtatim poſt ſeparationem a carne refulgere cepit in anima deſcendente ad inferos diuinitatis potentia : quia leo noſter fortiſſimus de tribu iuda aſſurgens in fortem armatum : & predā electorum ſuorum uolens ab ipſo diripere : perſonaliter deſcēdit ī anima ad uiſitādum illum electorum cetum:quem idem predo impius a principio mundi uſque tunc detinebat incluſum. Vbi ſtupende dignationis dulcedo in ieſu benedicto reſplenduit:qui non per ſubiectam creaturam :cum eſſet dominus omnium uoluit electos uiſitare in profundo.Sed per ſemetipſum ad ipſos uiſitādos amplexandos:oſculandos: beatificandos in inferiores terre partes:omnem humiditatem conſumādo deſcendit.Deſcende tu anima quecunque deuota:& ſanctorum patrum toto cordis affectu occurrentium ieſu contuere applauſum : & audi eos ſecura uoce cantantes inſultando impiiſſimis principibus mortis.Attollite portas principes ueſtras: & eleuamini porte eternales:& itroibit rex glorie. Quibus tremore confracti:ſcilicet ipſe impius Lucifer potuit reſpōdere: Quis eſt iſte rex glorie. Cui inſultantes electi inuectiue retorquent. Dominus fortis & potens:dominus potens in prelio : quaſi dicant:impie:crudelis:& dire tyranne: iam nos nō potes incluſos tenere: quia dominus fortis & potens:qui in noſtra carne paſſibili tanq̄ in ſue infirmitatis femore & ueſtimēto aſſumpte nature ſcriptū habet . Rex regum:& dominus dominantiū: te in prelio mortis ſue uictorioſe proſtrauit.Cunqȝ iterum ingeminaret quis eſſet iſte rex:de quo tāta predicarent in paſſibili carne:potuit ſua ī confuſiōe audire:dominus uirtutum ipſe ē rex glorie .i .iſte ē ille qui in uirtute ſue pacientie quam operatus eſt in cruce tuam pertinacem ſuperbiam ſepeliuit. Et ideo cum tuis ſodalibus uos tenebrarum principes attollite portas ueſtras:& uos eternales porte predeſtinationis diuine eleuamini omnem impugnantem malitiam ſuperando:& introibit rex glorie ſecūdum diffinitionem bōitatis diuine.Quod ſi uos principes mortis tardatis portas ueſtras tol



UVA. BHSC. IyR_070

lere:audite dauid patriarcham & eximium prophe tam iam ex tunc in mundo cantantem in iubilo: quod nunc per ipſum regem glorie opere intuet̃ completum.Cõtriuit portas ereas:& uectes ferreos confregit.Ibi enim confregit potentiaſ:arcum: ſcutum:gladium:& bellum. Tuncq; fulgor diuinitatis reſplendens in anima:omnia confringẽs hoſtilia inſtrumenta:alliganſq; ſerpentem:& ad locum ubi ſancti detinebantur accedens : diuinitatis ſue radio eis ſerenus illuxit:& oſtenſa ſue nude diuinitatis eſſentia eos:in loco beatificauit inferni.

Licet autem ibi non opporteat eſſe tales uoces formatas:tamen noſtra deuotio que diuina nõ capit:niſi circumuelationibus a ſcriptura ſancta ad noſtram condeſcenſionem expreſſis iſtas uoces & replicationes pſalmorum prophetiarum & cantuum format ſibi ad proprium excitandum affectum. Quod etiam multis ſanctorum operibus omeliis & ſermõibus factum reperitur deuote.Vnde & poteſt anima cogitare:ꝙ ſaluatoris preſentientes aduẽtum illi ſancti prophete ſemetipſos mutuo hortabantur dicẽtes.Leuate capita ueſtra &c.Et pio occurrentes ſaluatoris aſpectui:cum multo gaudio & reuerentia ipſum adorantes:amplexantes:& oſculantes dixerunt.Domine refugium factus es nobis a generatione in generationem : priuſq̃ montes fierent:aut formaretur terra & orbis a ſeculo & in ſeculum tu es deus.Niſi quia tu domine adiuuiſti nos:ſemper fuiſſet in inferno anima noſtra: ſed memor fuiſti opprobrii ſeruorum tuorum:& redemiſti nos deo in ſanguine tuo: & feciſti nos deo noſtro regnum & ſacrificium : & tecum regnabimus in eternum.Benedictus igitur qui uenis ĩ nomine domini deus dominus:& illuxit nobis. Et ideo confitemur tibi:quoniam bonus & laudabilis in ſecula deus noſter. Infinitas autem adaptationes ſcripture potes tibi in his o deuota anima fabricare:& quando adduxeris hincinde non poteriſ digne percipere illud iocundiſſimum feſtũ & pleniſſimum gaudium mutuorum amplexuum redemptoris & redemptorum:nec illam confuſionem & nequiſſimum dolorem ſpirituũ malignorum & triumphalem modum quo chriſtus omnẽ impietatis contrarie confudit conatũ.

Tunc enim extractus leuiatham hamo ipſius per chriſtum pforata maxilla quicquid iuris habere uidebatur ĩ electoꝝ corpore perdidit: proprer ꝓ ſumptionẽ iniurie capitis quod inuaſit

Tunc uerus Sampſon moriens:uictoriam de ſuis hoſtibus reportauit.

Tunc uerus triumphator mortis ieſu impios ſuppeditauit:& electos ſanauit.

Tunc agnus ſine macula ĩ ſanguine teſtamẽti ſui de lacu in quo non erat aqua uinctos eduxit.

Tunc habitantibus in regione umbre mortis:noua lux expectata radiauit.

Tunc ſanctis ueteris teſtamenti uerũ ſabbatũ eterne requietionis illuxit.

Et fugata eſt figura obſeruationis figuralis ſabbati per filium hominis:qui etiam dominus eſt ſabbati:qui ueritatem illius figure adimpleuit electis eis data quiete eterne beatitudinis.Propter quod ẽ merito magnus iſte dies ſabbati:qui omne de cetero effugabit ſabbatum figurale. Pernicioſa igit̃ eſt obſeruantia ſabbati iudeorum recepta eterna qete beatitudinis glorie in populo chriſtiano. Attende autem ꝙ licet iſtud ſabbatum fuerit ſanctis patribus delicatum pro aſpectu eterni luminis.Fuit etiam ſabbatum requietionis ipſi dilecto ieſu ab operibus noſtre redemptionis in ſua paſſione & morte:ipſi tamen uirgini fuit ruminatio doloroſe memorie eorum:que uiderat fieri in filii ſui dilecta carne & mente:quatuncunque etiam ipſa exterius ſabbatizauerit ab aſpectu uiſionis corporee illorũ uulnerum:que chriſtus ieſus die precedenti receperat pro noſtra ſalute. Vnde & ipſa mater ſentiens adhuc mortem in corpore diuinitati unito ĩ ſepulchro incluſa tota impellebatur a ſpiritu ſancto : & omnis gratie adminiculo:ut ipſa perfecte mortem guſtaret in uulneribus ſaluatoris:cuius corpus adhuc proſtractum iacebat in morte. Vnde ipſa in ſe ſupplebat:quod anima filii abſens & beata ſentire non poterat.Nec te moueat ꝙ ſciebat filium non dolere in carne:quia ſatis ſufficiebat ſibi ad dolorem ſcire corpus ſine uita iacere examine. Nec debuit deus mortuus in aſſumpta carne:maxime eo tempore quo in ipſo durabat mors:non recipere a creatura redempta dignum deplorationis lamentum:quod quia non uidebat fieri ab aliqua creatura uite huius:nec etiam digne poſſe fieri a ſecuturiſ electis:ipſa omniũ mater electorum digniſſime ꝑ omnibus fecit.Et quia ſola fuit ĩ hoc planctu:ideo in corde ſuo tantum doloꝝ exercitum adunauit. Ipſe enim ſpiritus ſanctuſ qui in officio ſabbati ſancti in ipſa eccleſia iam artificioſa coadunauit lamenta:ad memoriam preterite mortis illius inq̃: cuius tota caro iam eſt in gloria paterne ſedis euecta:'& hoc ut ſoli memorie ab electorum gemitu dignũ exhibeatur lamentum.Quanta putaſ formabat ſuſpiria & compaſſiua iacula in corde illius ſacratiſſime uirginis matris:que mortem preſentem unigeniti filii ſui dei non tam recolebat preteritam : q̃ ẽt intuebatur preſentem & recentem in uulnerato filii ſui corpore nuper morte extincto : cuius adhuc forſitan ſanguine ipſa tota erat cruentatione reſperſa.Propter quod omnia facta circa dilectum ſuum: que in precedenti die ſtudioſe collegit:nunc in cordis ſui amplo mortario maleo intentiſſimi doloris

UVA. BHSC. IyR_070

& ponderis omnia reuoluendo:examinando:pō-
derando:tam ex pietate ſuſcipientis filii & patien-
tia in omnibus oſtenſa:q̄ ex nequicia inferentis a-
nimi:& exterius crudelitate monſtrata ſtudioſe cō
triuit.Vnde & amarum ſalſamētum in hac tritum
confecit omnibus deuotis mentibus filiorū:i quo
intigant & cōmedant chriſtum crucifixum & mor
tuum:& in igne paſſionis acerbe totum aſſatum &
coctum eis in menſa deuote memorie preparatū
in cibum. Quicunque ergo uis comedere chri-
ſti mortem:aſſocia tibi matris amariſſimum ſalſa-
mentum. Attendē autem ꝙ licet ieſus in hoc
ſabbato quieuerit a dolore: non tamen quieuit a
damno & impiorum iniuria iudeorum. Nam &
anima fuit ſuo corpore priuata:& mors incluſa in
ſua carne:que niſi fuiſſet caro diuinitati unita: & ab
omni infectione fomitis aliena:& ſpirituali dotata
gratia per ipſum mortis uigorem ad incinerationē
fuiſſet adducta:ſi cōmuni hominum lege mors ꝑ
mitteretur agere in corpus quod tenebat proſtra-
ctum. Sic ergo uides ꝙ xp̄us non quieuit a dā-
no:licet quieuerit a dolore: non etiam ab iniuriis
quieuit.Ipſa enim die principes impii ſacerdotum
non ſaciati ſue ſupplicio mortis accedentes ad Pi-
latum:ut ſeductorem infamantes & cuſtodes ar-
matos in iniuriam corporis circa ſepulchrum po-
nentes:& ſigillis malitie ſue lapidem conſignātes
mente pertinaci reſurrectionis gloriam impedire
nituntur.Sed mentita eſt iniquitas ſibi: & ſeipſos
proprio mendacio peremerunt:& ementes ſui cor
dis perfidiam peccunia copioſa & ueritati reſurgen
tis digna teſtimonia tribuentes inuiti:non eſt ſapi
entia:non eſt prudentia:non eſt conſilium contra
dominum. Tanta enim malitia iudeorum de cu-
ſtodiēdo ſepulchrum electorum fidei ſubſeruiuit.
Nam & proſtractio uictorioſa cuſtodum: & fuga:
& nunciatio ad principes ſacerdotum:ipſoſmet im
pios iudeos de ſua machinatione confudit. Po
tes ergo uidere ꝙ paſſio non fuit conſummata ꝑ-
fecte:donec gloria anime redundauit in carne: cor
pus reaſſumens reſuſcitatum a morte:& immorta
litatis gloria reformatum: propter quod chriſtia-
nus populus qui deflet corruptionem inſtitute na
ture in creatione primaria: & gaudet ſolum in re-
formatione gratie facta per chriſtum: cuius refor-
mationiſlabor non p'ene quieuit:ut preoſtenſum
eſt uſque ad dominicam diem:& ipſam dominicā
pro reſurrectionis chriſti gloria ſabbatizauit: litte-
rali ſabbato relicto iudeis: qui in ſolis figuris ad-
huc uerſaſ uirtute uacui: & dicentes ſe honorare
creatorem:ipſum contumelioſe uituperant: labori
redemptoris ingrati:cum ſit nobiſ factus ineſtima
bili pietate redemptor:& formator in eſſe gratie.

Ipſe idem omnipotēs deus ex miſericordia factus
homo de uirgine:qui in eſſe nature de nihilo nos
creauit:cui tanto plus grata debet eſſe humana in-
firmitas:quia in creatione ſine labore dixit ſolum
& facta ſunt:Sed in redemptione pre laboris angu
ſtia toto corpore ſudore ſanguineo fluens dixit
multa ſalubria:& audiuit indigna:fecit mira:& per
tulit dura. Deuoti ergo filii beatiſſime uirgi-
nis ſuo compatientes dolori:& configurati ſimi-
litudini mortis chriſti ſabbatum aſſociant ipſi pa-
raſceue:ducentes ſabbatum diem amarum in ieiu-
niis:lachrymis:& afflictionibus carnis.Quia enim
ſola uirgo ieſum digne plorauit in ſabbato:& ſola
fuit colunna eccleſie in fidei fundamento. Ideo ſi-
bi appropriatur ſabbatum:tam in reuerentia cele-
bratōis miſſaꝝ:q̄ ēt i abſtinentiis pro ſuoꝝ uenera
tione dolorum.Multum enim indeuotus eſt fili-
us mortis ieſu:qui in illa die in qua caro ſua mor-
tua iacuit:ſe uult carnalibus reficere:uel pinguibus
uel delicatis:& non potius cum deuotis filiis ie-
iunare.

Pro iſto uirtuoſo boni ieſu deſcenſu ad īferos:
& confractione hoſtilis nequitie dicuntur duo uer
ſiculi:quos ſimul tractando compegi.

Ieſus infernum adiens.
Ieſus frangens conatus Cap.xxviii.

E hoc autem deſcenſu chriſti ad inferos
corpore in ſepulchro iacente eſt tertius
articulus fidei ad humanitatem ieſu ſpe-
ctans.Contra quem eſt error quorundam dicenti-
um ieſum non deſcendiſſe ad inferos per ſemetip-
ſum:cum tamen Petrus dicat contra hoc Actuum
ſecundo:ꝙ non eſt derelictus in inferno propter
quod dicitur ꝙ i ſymbolo apoſtolico habetur. De
ſcendit ad īferos. Conueniens autem fuit chri
ſtum ad infernum deſcendere. Primo quia uene
rat omnes penas noſtraſ portare:inter quas erat ne
ceſſitas deſcendendi ad inferos.Vnde ſicut conue-
niens fuit eum mori:ut nos liberaret a morte: ita
eum illuc deſcendere:ut nos liberaret ab illo deſcē
ſu.Propter quod dicitur Ozee. xiii. Ero mors tua
o mors:morſus tuus ero inferne. Secundo ut di
co diabolo per paſſionem uinctos eius eriperet: ſe
cundum illud Colo. ſecundo.Expolians poteſta-
tes & principatus traduxit confidenter. Tertio



UVA. BHSC. IyR_070

ut ſicut poteſtatem ſuam oſtendit in terra uiuēdo: & moriendo:ita in inferno oſtenderet uiſitando & illuminando bonos:& terrifice confundendo malos:ut ſic in nomine ieſu omne genu flectatur etiam infernorum:ut dicitur Philippen.ſecundo. Deſcendit autem ſecundum animam ieſus ſolum ad inferni locum:in quo detinebantur iuſti: ſed uirtus eius eſt diffuſa in omni loco inferni.Nam uirtus liberans a carentia uiſionis fuit diffuſa in iuſtos perfecte purgatos. Virtus liberans a doloribus pene fuit diffuſa in purgatorio quantum puto. Credo enim ꝙ omnia ſua membra tunc ibi exiſtentia de purgatorio eduxit. Nec obſtat quod aliqui dicunt ꝙ paſſio chriſti non habet effectum temporalem & tranſitorium:ſed permanentem & ſempiternū: ac per hoc ꝙ tunc non fuit maioris uirtutis q̄ modo: ex quo ſequitur ꝙ ſicut nunc non liberat niſi finito tempore debite purgationis:ſic nec tunc.

Duplici enim modo poteſt huic rationi reſponderi. Vno modo ꝙ effectus permanens & eternus non impeditur ex hoc ꝙ ſpecialiter in aliquo tempore:& aliquo caſu miſericordius operetur: ſicut etiam dictum eſt ſupra:ꝙ ſingularius influxit uirtus paſſionis in latronem conſocium. Tunc.n. ſatis uidetur conueniens:ꝙ preſentia anime redēptoris omnia membra ſua in inferno exiſtentia ſibi glorioſe coniunxerit. Et hoc modo poteſt dici ieſus ſoluiſſe dolores inferni:quia idem eſt ignis quo dolent purgandi:& quo cruciantur reprobi.

Alio modo poteſt dici ſeu ſolui ratio predicta: dicendo ꝙ diuina ſapientia ſic ſciuit contemperare intenſionem pene reſpectu prolixitatis temporis:quo ibi debebant morari:ut hora deſcēſus chriſti eſſent plene purgati. Quicquid ſit de hoc parum concludit ratio predicta:quin ſatiſ uideatur cōueniens nouum munus liberationis accepiſſe oēs electos qui erant in inferno ex piiſſimi ieſu preſentia. Ad locum uero damnatorum uirtus deſcendentis ieſu pro tanto fuit diffuſa:quia magnificentiam ſuam uictorioſe poteſtatis monſtrauit ſuper Luciferum:& ſuper reproborum omnium cetum impium:eorum malignitatem & incredibilitatem plene conuincens. Quod autem Petrus apoſtolus dicit prima tertio:ꝙ chriſtus his qui in carcere concluſi erant:ſpiritu ueniens predicauit his qui fuerant increduli aliquando. Super quo dicit Athanaſius:ꝙ corpus chriſti fuit in ſepulchro poſitum: quando ipſe perexit predicare his qui cuſtodia erāt ſpiritibus.Sicut dixit Petrus.Ex quo ſequi uidetur ꝙ p̄dicauerit damnatis:Nam illi ſoli erant increduli:ſic intelligendum credo:ꝙ his qui in carcere infernali erant concluſi:ieſus ueniens ſpiritu ideſt ſecundum animam predicauit:qui increduli fuerant aliquando.Non ꝙ ut incredulos ad fidem ibi conuerteret:ſed ut eorum infidelitatem confutaret. Et predicatio nihil aliud intelligi debet ut credo niſi manifeſtatio diuinitatis eius per effectus terrificos ſuper reprobos in deſcenſu anime ieſu. Auguſtinus tamen predictum uerbum Petri in epiſtola ad Enodium exponit de operatione diuinitatis eius: quam exercuit a principio mundi:ut ſit ſenſus ꝙ hi qui in carcere concluſi erant:ideſt i corpore mortali:quod ratione paſſionum & fomitis eſt quaſi carcer anime:ueniens ſpiritu ſue diuinitatis predicauit per internas inſpirationes:& per externas admonitiones in uerbis iuſtorum: his inq̄ predicauit qui increduli fuerant aliquando:ſcilicet Noe p̄dicanti quando expectabat dei pacientiam: ꝓpter eorum conuerſionem deferens penam diluuii.Vnde ſubdit in diebus Noe cum fabricaretur archa. Et hoc modo exponendo nihil tangit de deſcenſu ad inferos. Dicitur autem totus chriſtus fuiſſe in inferno:quia totus maſculine refertur ad perſonam:que ubique eſt tota:& in inferno tota erat in anima:& tota in ſepulchro cum carne:& ibi creditur tantum ſtetiſſe anima ieſu:quantum in ſepulchro ſtetit corpus eius:ut ſimul illa exiret de inferno:& corpori iuncta glorioſo ſimul utrunque exiret triumphaliter de ſepulchro.

Ieſus triumphans mortuus
Ieſus ſurgens beatus Cap.xxix.

Via uero ſi corpus remaneret in morte & anima chriſti perſiſteret in inferioribus partibus terre:nō appareret uictoria mortis eius.Ideo chriſtus expolians poteſtates & principatus:& palam triumphans illos in ſemetipſo cum illo beatorum exercitu ab inferis uictor aſcendit:& ſacre quietis domini in ſepulchro illuceſcentem tertia die:que in dierum reuolutione eſt octauus & primus dei uirtus & ſapientia chriſtus: mortis proſtracto auctore etiam ipſam mortem que in ſuo corpore adhuc uidebatur incluſa deuicit:& eternitatis nob̄ additū apuit:dū ſeſe a mortuis diuina potētia ſuſcitauit:ut notas nobis faceret uias uite. Tūc terremotus factus ē magnus & āgelus dn̄i in ueſtimto albo & cādido & aſpectu fulgureo deſcēdit de celis:piis apparēs blandus:impiiſq; ſeuerus: propter quod & proteruos perterruit milites:& cōfortauit pauidas mulieres .Merito ergo in his duobus uerſiculis dicitur. Ieſus triumphans mortuus. Ieſus ſurgens beatus. Ideoq; triūphalis uictoria & reſurrectionis letitia maxime repreſentantur in

UVA. BHSC. IyR_070

officio diei miſſe ſabbati ſancti que cantatur meridie:& conſueuerat cantari antiquitus in reſurrectionis nocte:propter quod dies iſta ē.
Primo fontalis beniuolentie:quia hodie collatum eſt ſubleuamen peregrinantibus.
Secundo triūphalis uictorie:quia propoſitū ē adiuuamen certantibus.
Tertio precordialis letitie:quia prolatum eſt ſolamen laborantibus.
Quarto ſpiritualis intelligentie:quia remotum eſt uelamen a conſiderātibus.Et ſic hac die recipiūt omnes quod eis expedit
Peregrinātes fiduciam
Decertantes conſtantiam
Laborantes perſeuerantiā
Contemplantes refulgentiam
Eſt igitur hec dies fontalis beniuolentie quia hodie fuit
Meſtorum conſolatio
Afflictorum liberatio
Peccatorum confortatio
Puſillorum conſolidatio.
Et ſecundum iſta quattuor:hec eſt dies frondoſe condenſationis ſacre cōmunionis: ſolennis baptizationis.Certe illuminationis. Igitur dies iſta ē frondoſe condenſationis in multiplicatione lectionum & cantuum:quia ſingulariter letificati ſūt meſti:quia mater afflicta:& ſancte mulieres deuote benigna ieſu apparitione fuerunt conſolate:cum uiderunt in iubilo regem in reſurrectionis decore: & multiplicate ſunt apparitiones hac die: & diuerſis modis gaudia cumulata.Conſtituite inquit ps. diem ſolennem in condenſis. Eſt etiam dies ſacre cōmunionis:ad confortandum & recreandum afflictos:quia reſurrectio eius eſt afflictorum conſolatio & omniū patientium pro chriſto:unde Iacobus frater domini:& Ioſeph ab arimathia fuerūt ab afflictione liberati ſicut dicitur infra:quia per reſurrectionem domini etiam liberabantur qui fuerunt in īferno detēti:unde hec nox ſpoliauit egyptios:ditauit hebreos.Et ſic moyſes noſter de aqs paſſionum aſſumptus:proſtrauit exercitū pharaonis.
Eſt etiam dies iſta ſolennis baptizationis:quia in hac nocte conſueuit magna ſolēnitas baptiſmi fieri in ſignum remiſſionis peccatorum. Hauriant ergo peccatores ſpem uenie in reſurrectione chriſti in qua iuſtificamur a peccatis. Eſt enim hec ſūma confortatio peccatorum:dum magdalene peccatrici prius apparuit intra mulieres ut infra dicitur & poſtea petro qui eum negauerat:quem etiam p angelum ſpecialiter nominauit.Mortuus eſt enim bonus ieſus pro peccatis noſtris & ſurrexit propter iuſtificationem noſtram.Ecce igitur dauid arreptitius hircus emiſſarius & paſſus pro leproſo oblatus effugiunt liberi in miniſterio de poteſtate diaboli:ut ultra non ſeruiamus peccato.Primum habetur primi Ro.xii.Secundum leuit.xiii.Tertium leuit.xiiii. Eſt etiā dies certe illuminationis cuius flammas lucifer matutinus inueniat: hodie nāq; fit cereus qui ſingulariter & ſolēniter benedicitur: & nouo igne illuminatur.In ſignum ꝙ ſolēni iocunditate ſacra reſurrectio domini celebratur:ī qua chriſtus nouo ſplendore glorioſi corporis illuſtratur & apparens diſcipulis in corporali ſpetie uſq; ad diem aſcenſionis diſtulit aſcendere in celum:unde cereus uſq; ad diem illam poſt prandium in eccleſia conſeruatur.Significat nihilominus ꝙ hac die facta eſt puſillornm cōſolidatio:quia hodie reformati ſunt diſcipuli & ſancte mulieres in fide reſurrectionis.Et ideo quaſi cereus noua benedictione a chriſto conſecrantur: & fidei lumine illuſtrantur quia hodie inſufflauit & dedit eis ſpiritum ſanctū & aperuit eis ſenſum ut intelligerent ſcripturas.Et ſic uides ꝙ merito hec dies eſt fontalis beniuolentie quo ad quattuor predicta. Eſt etiam triumphalis uictorie:unde hodie ſingulariter crux erigitˀ & tanq̄ chriſti uexillum a ſubdiacono in miſſarum ſolemniis deportatur.Ad cuius aſpectum contremiſcunt & fugiunt contrarie poteſtates.Nam dominus in hac die hebetauit:mortis ſtimulum: q̄a ſtimulus mortis peccatum eſt.Ipſe autem factus peccator pro nobis affixit peccatum in cruce:& uictor poſt mortem clauſo prodiit tumulo: qui uiuens & patiens & pro nobis moriens noluit deſcendere de crucis patibulo.Signum huius uictorie queſierat praua generatio dicens. Si filius dei es deſcende de cruce.Sed chriſtus eis ſignum dedit prophetie Ione:paſſionis: mortis:& ſepulture. Nobis autem & electis ſuis leo fortis de tribu Iuda ſurgens cum reſurrectiōis tropheo dedit ſignū de celo:dum uitam celeſtē nobis manifeſtauit clauſo reſurgens ſepulchro:clauſo ſubintrans cenaculo Scandens celum aſpectu patulo:inde ſuper electos pluēs de ſpiritu ſancto.Et ſic multa maiora dedit: q̄ perfida natio petiit.Quod autem maius ſit: inimici noſtri ſunt iudices. Si enim de cruce deſcendiſſet uideretur peccato uictus in patiētia pene: ſed nunc uictor peccati patientiſſime mortuus fuit: unde nec proprium tumulum habuit:ſed alienum ſingulare & ſolitarium:ut alienū & non ſuum ide purgaret peccatum:ubi eſt ergo mors ſtimulus tuus &c.Affixus eſt cum chriſto in cruce:ubi & hebetatus manet chriſto reſurgente.Sicut enim in adam omnes moriuntur.Ita & in chriſto omnes uiuificabuntur ſue cruci confixi. Noli ergo deſcendere de cruce:niſi de crucis memoria:non de crucis amicitia non de crucis preſentia : ſi uis reſurgere de tue iniquitatis ſepulchro : & glorioſus apparere

UVA. BHSC. IyR_070

cum chriſto. Debellauit etiam ſecũdo mortis za bulũ:& auctorẽ ipſius mortis diabolũ ab eo predã auferẽs calcauit:ſicut dictũ ẽ ſupra. Sampſon enim noſter gaze feras pandit:& aſportans portas ſcandit montis ſuperciliũ. In maxilla mille ſtrauit:& de tribu ſua ſpernit ipſe matrimoniũ. Tertio etiam proſtrauit mortis ergaſtulũ: dũ ipſã mortẽ moriẽdo deſtruxit. Mors enim & uita duello conflixere mirando:ſed dux uite mortuus ieſus chriſtus feliciter regnat uiuus. Sicq; factũ eſt ut mors peccatoris ueniens ex dãnationis neceſſitate ſit mortua: & in gloriã ſit reſurrectionis tranſlata per mortẽ iuſti dei hominis uenientẽ ex miſericordie uoluntate. Nam ſecundũ Auguſtinum duplici noſtre morti ſpendit ſuã ſimplã:ut faceret utranq; noſtram mortem. ſcilicet tam pene q̃ culpe in uita reſurrectionis tranſire:unde ſicut dictum eſt ſupra:deiecit carcerem infernalem: ut ibi nullus electus amplius includat̃. & cõpleuit illud Oſee. Ero mors tua &c. Quod exponens Gregorius ome.xiiii.ait. Quia in electis meis te funditus perimo. Ero mors tua o mors. Quia uero illis ſolis ſublatis te experte tranſfigo: ero morſus tuus inferne. In cuius triũphalis uictorie ſignum primũ uerbũ quod poſt reſurrectionẽ dixit diſcipulis ſuis fuit: pax uobis. Quarto amputauit mortis obſtaculũ:dũ gladiũ flãmeum atq; uerſatilem quẽ diuinũ decretũ poſuerat ad cuſtodiã ligni uite. Adam primitus ſuccũbente hodie noſtro ieſu triũphãte amouit. Amota eſt enim iſta cuſtodia:& paradiſi ianua reſerata: & terra hereditatis noſtre per peccatũ:perdita. Iure belli nobis captiuis eſt reddita per chriſti uictoriam triũphalẽ unde & ad illam ſanctos eductos de inferno iam diuina uiſione beatos:chriſtus hodie creditur aduenisse:dum eos in paradiſo locauit:unde eiectus fuerat prothoplaſtus tranſgreſſor:& deleuit cyrographum ſecundum apoſtolum. Quo iuſte eramus a patria exulati:quantum poterit ueniens in maieſtate ſua qui tantum potuit in noſtra infirmitate & pro noſtro ſcelere crucifixus. Secure ergo erigatur crucis triumphale uexillum:& in quattuor cornibus ſuis adornetur lapidibus precioſis qui chriſti uirtutes repreſentent: cum quibus diaboli uicia ſuperauit.

Vt in ſiniſtro cornu ſit patientia que deuicit mortis ſtimulũ & perſecutionẽ illatã.
In dextro obedientiam que deiecit mortis zabulũ & eius trãſgreſſionẽ temerariã.
In profundo radix oĩum hũilitas q̃ deuicit ſupbie ergaſtulũ carceralẽ.
In ſupremo oĩum charitas q̃ ammouit obſtaculũ exulare ut iã reuelata facie ĩ chriſti lumine gloriã domini ſpeculemur.

Eſt etiã hec dies
Precordialis letitie:quia hec eſt dies
Tranſmirationis humane inſtabilitatis
Subarrationis hũane ĩmortalitatis
Reuocationis hũane uetuſtatis
Sublimationis humane fragilitatis.

Nã hodie de inſtabili mundo uocati ſumus:dũ per ieſum uocamur ad patriã & mundi contemptum:dum ipſe ſuam gloriã oſtenſurus mandat diſcipulis ſuis q; eant in galileam: quaſi neceſſe ſit ab huius mundi inſtabilitate tranſire uolentem ſpeculari gloriam reſurgentis. Sumus etiã ſecũdo de premio certificati:dũ chriſtus eternitatis nobis aditum deuicta morte reſerauit:& pacificauit nos deo patri:unde dixit diſcipulis:pax uobis. Sumus tertio in corpore reuocati quia chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur:& qui ſuſcitauit ieſum:ſuſcitabit & mortalia corpora noſtra:ut iam ſecure quo abiit per gloriam caput: eo ſecura ſpe tẽdat & corpus. Sumus quarto ſublimiter exaltati dũ in chriſto ſumus ſuper angelos exaltati & angelis conſociati & coequati. In cuius ſignũ poſt reſurrectionẽ ut dicitur in Apoc. Non ſe permittit angelus a Ioanne adorari:& hoc angeli annunciant: q̃a ieſus quaſi alter Ioſeph eterni patris filius uiuit: & dominatur in omni terra regis eterni:& ideo hodie ſit tranſitus de triſtibus ad leta. dum ubiq; ſolẽniter cantatur & redditur alleluia. Quod ſacerdos inchoat ter repetens altius ĩtonãdo:ut

Primo alte cantetur Alleluiã:quia ſumus liberati ab anguſtia pene.
Secundo altius:quia ſumus liberati a tranſgreſſione culpe.
Tertio altiſſime:q̃a in xp̃o ſumus tranſformati in deiformitatẽ glorie.

Vnde & in chriſto ieſu natura noſtra eſt ſuper angelicam ſublimata:& noſtra penalitas in chriſti reſurrectione abſorta. In cuius ſignum quot horſ ſteterat xp̃s mortuus:tot diebus uixit poſtea ſup terram glorioſus anteq̃ celos aſcenderet: ubi regnat perenniter glorioſus noſtra iniquitas eſt emundata:ut ſicut chriſtus reſurrexit per gloriam patris:ſic & nos in nouitate uite ambulemus educti de ſepulchro peccati. In cuius etiã ſignũ hodie nouus ignis excutitur de petra:qui accenditur in cera noua. Eſt etiam quarto iſta dies ſpiritualis intelligẽtie. Hodie enim reuelatur chriſti ſublimitas latens ſub ſignaculo:dum leo reſurgens librum aperuit: & ſoluit ſeptẽ ſignacula eius.i.omnẽ clauſurã ueteris teſtamenti. Aperuit etiam ſingula ſue ĩfirmitatis q̃ quaſi uidebãt ſuam claudere gloriam maieſtatis. Que quidẽ ſignacula ſunt iſta.

Matris deſponſatio:quia conceptus & partus uirgineus uelabatur: ut fabricator hominis:fabri filius putaretur.

UVA. BHSC. IyR_070

Secundum corporis infirmitas:qua potentia & uirtus diuinitatis uelabatur: quia plorans & uagiēs & ceteris carnis infirmitatibus ſubiacens uidebatur.

Tertium circuncisionis cauterium:quod erat peccati originalis remedium:uelans chriſti innocentiam & medicinam:qua tollere uenerat omne peccatum.

Quartum fuga in egyptum a facie herodis regis: quo diuinum dominium uelabatur ut non poſſet cognoſci filius dei: nec uniuerſalis dominus omnis creati.

Quintum trina tentatio:qua ſe permiſit a diabolo tentari & portari:cuius ſuggeſtioni non acquieſcens:ſed ipſum rationabiliter & uirtuoſe confūdens:ipſum dimiſit dubium ſicut primū & ſibi celauit ſue diuinitatis archanū.

Sextum eſt crucis ſupplitium & trāſitus mortis:qn̄ inter latrones pendens totam uelauit gloriā ſue beatiſſime maieſtatis.

Septimum ſepultura in qua uelata fuit & abſconſa tota ſpes & efficatia ſue uite & fructus reſtaurationis humane.

Hic eſt liber clauſus flebiliter:qui hodie aperitur letanter:dum eius reſurrectionis gloria predicatur. Nam poſt tres dies ſicut ipſe predixerat propria uirtute reſurgens tanta efficatia ſe oſtendit dominū maieſtatis:quod manifeſte patet:ꝙ omnia ſignacula precedentia & operimenta dignitatis ſue fuerūt uoluntaria in ipſo non neceſſaria nec conditionis uere:ſed dignationis miſericordie. Quod ſecundū Bernardum in quodam ſermone ſeptiformi uiſitatione ſpiritus.xl.dierum numero reſerauit ꝑ adaptationem quādam magis q̄ per proprietatem neceſſariam. Nam in ſpiritu timoris fuit prima apparitio angelorum quando factus eſt terremotus magnus:& angeli apparuerunt proſternentes cuſtodes & confortantes pauidas mulieres ut reſerarēt ſignaculū:quia qui fabri putabatur filius hic fabricator apparuit angelorum. In ſpiritu pietatis apparuit ſimoni petro:quem pre ceteris de negatione chriſti rea conſcientia confundebat:ut qui uiſus fuerat infirmus & inualidus puer appareat habere poteſtatem etiam dimittendi peccata. In ſpiritu cōſcientie apparuit diſcipulis pergentibus in emaus ſcripturas eis exponens & oſtendens quomodo ꝑ originali culpa mundanda oportuit hoc chriſtum pati. In ſpiritu fortitudinis apparuit diſcipulis ianuis clauſis oſtendens manus & latus in ſignum uictorie & uirtutis:ſicut ſolent clypeoꝝ foramina demonſtrari: confortans eos a timore iudeorum qui prius quaſi timidus a facie reguli fugerat ī egyptū. Quod ſigi lū maxime reſerauit apparens ī mōte galilee quando dixit. Data eſt mihi omnis poteſtas in celo & in terra &c. In ſpiritu conſilii apparuit fruſtra in piſcatione laborantibus dum mittere in dexteram nauigii rete conſuluit:ut tentatas animas in ſiniſtra & inabyſſata in gurgite uentris hoſtilis eriperet a uerſutia maligna tempeſtantis. In ſpiritu intellectus apparuit illis: quando aperuit ſenſus illorum ut intelligerent ſcripturas: quoniam pro noſtra redimenda morte neceſſe erat filium dei crucifigi. In ſpiritu ſapientie apparuit die quadrageſimo:quando uiderunt filium hominis aſcendere ubi erat prius:qui tamen ſub lapide iacuerat tumulatus. Et ideo ſicut ſepultura totum librum clauſerat & quaſi in baratrum deſperatiōis mentes diſcipulorum incluſerat:ſic glorioſa aſcenſio qua ad dexteram patris ſedet oīum credentiū ſpem erexit:fidem confirmauit & charitatem accendit:dum aperte cognouerunt omnia chriſti facta & dicta:ſūma ſapientia dei plena & ſūma charitatis pietate referta:ad noſtrum curandum morbū:& in ipſum tranſformandū affectū. Secundo fuit reuelata reſurrectionis ueritas que latebat ſub mendatio iudeorum:ſicut explicatur infra. Tertio mutata eſt temporū uarietas que latebat ſub cōputationis modo. Nam uſqꝫ ad reſurrectionis noctem dies noctem preceſſit. Ad ſignificandum lapſū ade qui a die gratie cecidit in noctem culpe. De cetero autem nox precedit diē:in ſignum ꝙ nox noſtre culpe ē effugata per renouationē chriſti gratie que nobis eſt in reſurrectione monſtrata:propter quod cantamus hodie:ꝙ nox ſicut dies illuminabitur.

Quarto propalata eſt hodie dignitas eccleſie latens ſub titulo ſynagoge. Nā hodie repudiata ſynagoga tanquā altera uaſchi ſuperba electa eſt benedicta heſter humilis & noua ſponſa eccleſia. Legalia enim nō erant mortua nec mortifera donec de latere chriſti dormientis in cruce quaſi noua uirgo formata ē eccleſia chriſti ſanguine lota. Et ideo in reſurrectione chriſti ſynagoga euanuit & eccleſia floruit:& omnis legalis cerimonia ſimul obiit ita ut nullus ad eas ex tunc ſeruādas obligatus fuerit: nondū tamē fuerunt mortifera ſecundū Auguſtinū quouſqꝫ fuit doctrina fidei promulgata. Propē quod hodie ſingulariſſime in ſignū nuptialis copule xp̄i & eccleſie debent ſolēniter tā miniſtri eccleſie q̄ altaria adornari:quia datum eſt chriſti ſpōſe:ut operiat ſe byſſino ſplendenti & cādido. Hec eſt enim illa noua nupta ſponſa agni oſtenſa Ioanni in ſpiritu quando uidit hieruſalem ſanctam nouam deſcendentem de celo &c. Hec dicta ſunt pro reuerentia miſſe ſabbati ſancti. In qua ſingulariter chriſti reſurgentis myſterium explicatur. In qua myſtice de nocte facimus meridiem: ut oſtendatur ꝙ tota cecitas noſtre noctis ꝑ gloriam reſurgentis eſt in lumine ſue diuinitatis cō-

UVA. BHSC. IyR_070

uerſa. Quia uero in dominice reſurrectionis glo
ria innituntur noſtre fidei fundamenta ſicut dicit
apoſtolus. Si chriſtus non ſurrexit inanis eſt pre
dicatio noſtra:quia dolores paſſionis ipſum in in-
firmitate totaliter defeciſſe pretenderent:niſi reſur
rectiõis gl'ia ſtatim poſt modicũ ſeqret'. Iõ dina ẽ
nobis miſeratiõe idultũ ne bñdicti ieſu reſurrectio
remãeret occl'ta:& ne uſq; ĩ finem ſicut ceterorum
dilationẽ acciperet:& tam diu caro mortua iaceret:
ꝙ plene ipſũ mortuũ fuiſſe conſtaret. Vtrũq; enim
fidei noſtre neceſſariũ fuerat:quibus etiam iudeoꝝ
nequitiam uel in uita deſeruit:dum & mortuũ ipſũ
fore teſtant':& in ſepulchro concluſũ & uana con-
ſultatione ĩpietatis ſue cuſtodum ſepulchri uendi-
cam atteſtationẽ corrupit iuſto reſurgentis iuditio
perdentes pecuniam:& retinentes perfidiam ne cõ
uertantur a ſuis ſceleribus & eius pietate ſanentur.
Et quia dulce eſt cogitare gaudium reſurrectionis
dominice:ideo hunc articulum aliquantulum di-
ſcendamus. Sane reſurrectionis hora in euange
lica non expreſſe declarari uidetur hiſtoria:propter
quod doctores hic uarie opinantur. Quidã enim
dicunt ꝙ reſurrexit in aurora diei dominice. Reliq
uero ꝙ in media nocte. Pro quibus multum facit
quod antiquorum habet traditio: ꝙ apoſtoli ĩ ui-
giliis ſancti paſce chriſtianum populum uſque
ad noctis medium retinentes:& illa hora reſurre-
ctionis domini laudes cũ populo iubilantes poſt
populum ad propria dimittebant. Cui etiã cõcor-
dat figura ſampſonis:qui uſq; ad medium noctis
dormiens:tunc ſurgensa ſõno portas gaze ad ſup
cilium montis duxit & tulit. Quod & uerus Sã-
pſon de inferno exiens cum comitiua ſanctorum
uere compleuit & portas mortis & ſeras ſua potẽ-
tia eminenti abſorbuit:quia ex tunc nullum electo
rum ſuorum expurgatũ a ſorde peccati mortis au-
ctor a uiſione diuine glorie impedire preualuit.
Multum autem totum officium eccleſiaſticum in
reſurrectionis miſſa que cantatur in ſabbato ſancto
uidetur huic opinioni annuere:quia miſſa illa que
nunc cantatur in meridie:antiquitus cantabatur in
nocte media reſurrectio nis dominice. Sed nũc ab
breuiantes meſtitie tempus: & occurrentes gau-
dio reſurgentis: ſpiritu ſancto dictante comple-
mus corporali aſpectu illud quod de illa ſacratiſſi
ma nocte fuerat ante predictum. Nox ſicut dies il
luminabitur:& nox illuminatio mea ĩ delitiis me
is. Vnde & in benedictione cerei ſepe huius ſacre
noctis comendatur myſterium:cum pluries itera-
tur:hec nox eſt. In collecta autem dicitur: ꝙ deus
qui hanc noctem ſacratiſſimam gloria reſurrectio-
nis dominice illuſtras. Figura etiam litteralis pa
ſce iudeorum ſcilicet liberationis & exitus de egy-
pto:huic uidetur conuenire ſententie: quia media



nocte educti ſunt de egypto. Media nocte inquit
dominus moyſi. Ingrediar egyptum &c. Propt
quod nullus euangeliſtarum uidetur loqui niſi de
hora qua mulieres deuote que ueniebant cum aro
matibus ad monumentum uenerunt. Qua etiam
hora & uidetur fuiſſe factum quod narrat matheus
cum dicit ꝙ ueſpere ſabbati ideſt nocte ſabbati que
luceſcit in prima ſabbati ideſt que tenebras ſuas fi-
nit in aurora dominice diei:uenit maria magdalene
& altera maria uidere ſepulchrum:& ecce terremo-
tus factus eſt magnus:angelus enim domini de-
ſcendit de celo & accedens reuoluit lapidem. An
gelus enim iſte non aperuit ſepulchrum domino
reſurgenti:ſed uirtutem reſurrectionis domini mu
lieribus ſacris oſtendit uacuitate ſepulchri. Ipſe.n.
qui moriturus pro nobis clauſo exiuit utero uirgi-
nis:ſigillato exiuit ſepulchro: perenniter regnatu-
rus in gloria immortalitatis. Quod uero in au-
rora ſurrexit:ſatis expſſe oſtendit Auguſtinus.iiii.
de trinitate. Pro hac opinione etiam facit mul-
tum:ꝙ ſancta eccleſia laudes cãtat in aurora in glo
riam reſurrectionis dominice. Quicqd autem ſit
de reſurrectionis hora nihil deperit ueritatis reſur-
rectionis ieſu:cum utraq; hora diuerſis modis con
grua format myſteria. Vt autem aliquid breuiter ui
deas de ueritate concordie ſacer textus circa uiſita-
tionem ſepulchri & apparitiones domini noueris
ꝙ ille ſancte mulieres:& ſpecialiť deuotiſſima mag
dalena tantum habebat cor plenum memoria cru
delis ſpectaculi mortis ieſu & imaginatione corpo
ris mortui:quod ſimul cum aliis in ſepulchro recõ
derant ꝙ nihil uidebantur attendere nec ſperare ni
ſi corpus mortuum cum deuotione poſſe ungere
& tractare. Et quia ſciebant duram contra chriſtum
iudeorum malitiam ebulire:uidentes reuolutum la
pidem & angelum chriſti nunciantem reſurrectio
nem iam factã:non credentes uerbis angeli:ſed ſo
lũ dolore pcuſſe perditiõis corporis quod ſublatũ
credebant:uenerunt ad apoſtolos maxime magda
lena. Non eſt enĩ inconueniens ꝙ citius cucurrerit
que feruentiori agitabatur amore. Item diſcipuli q
plus ceteris amauerũt:citius cucurrerũt .ſ.petrus &
Ioannes. Quorum ſatis curſus actus eſt myſticus:
qui & ipſi diſcipuli furto credentes corpus ſublatũ
tam merore:q̃ pauore pſtracti ad ſemetipſos abie
runt relinquentes ſepulchrum:ideſt ſibi prouiden
tes propter metum iudeorum. Tunc ergo ſicut lu
cas narrat ille mulieres ſimul monumentum intrã
tes: uiderunt angelos ſtantes: qui eis dixerunt.
Quid queritis uiuentem cum mortuis? Quo au-
dito cetere dimittentes ſepulchrum & forſitan in
illo horto aliquantulum longe facte:ſicut Ioan-
nes dicit. Maria magdalena ſtabat ad monumẽtũ
foris plorãs. Tota.n.ardẽs ãore ieſu & nihil de ipo

UVA. BHSC. IyR_070

 Ieſus ſurgens beatus

in hac uita conſpiciens nec ſciens ubi quereret eũ: in dolore cordis ſui fluebat lachrymis circa ſepulchrum ubi certa erat precioſum corpus domini iacuiſſe. Et quia amor impatiens quieſcere non ſinit: & ſemp de nono ſperat inuenire quod querit. Ideo de nouo inclinauit ſe in monumento iterato querẽs dilectũ: tũc que duos angelos ſedere uidit unum ad caput & alium ad pedes: ubi corpus ieſu fuerat: ſicut Ioannes ſcribit. Qui dicunt ei. Mulier quid ploras? Quibus illa reſpondit: quia tulerunt dominũ meũ & neſcio ubi poſuerũt eũ. De quoꝝ expoſitione uerborũ & iſtius facre magdalene plures ſancti ſacras & longas omelias deſcribunt: quas breuitatis cauſa dimitto. Poteſt etiam forſitan eſſe: ꝙ primo maria magdalena propius inclinata circa locũ illum ſepulchri ubi corpus iacuerat: & aliis aliquantulum longe ſtantibus intra ſepulchri clauſurã ſola uidit ſedentes angelos: & eoꝝ locutiones accepit. Qui quidẽ angeli ſtantes ſentientes aduenire ieſum dominum ſuum in hortum aſſurgunt & aliis mariis ipſos uidẽtibus tunc dicũt quod ſolus lucas refert. Quid queritis uiuẽtẽ cũ mortuis? Conuerſa autem maria retrorſũ forte propter aſſurgentiam angelorum quos deuote conſpexit aſſurgere: neſciens tamen querere uidit dominum non recognoſcens ipſum: ſed ipſum exiſtimans hortolanum: uerũtamẽ quia ipſe in corde ſuo & electoꝝ excolebat uirtutum plantaria. Qui dixit ei. Mulier qd ploras? quẽ queris? Illa audiens relatiuũ quem: qui ſibi ſui cordis referebat amatum. Reſpondit. Si tu ſuſtuliſti eũ dicito mihi: ubi poſuiſti & ego eum tollã. O amor ſic congrua relatione reſpondens. Quomodo credis magdalena ꝙ hortolanus ille intelligat tuum cũ: cum de nullo adhuc fuerit a te mentio facta cum illo. Sed ſicut tu intellexiſti ſuũ quem: ita & ille intellexit: tuũ eũ. Et ſibi reſpondiſti. Vere enim ipſe ſolus potuit tollere quẽ tu queris: & ipſum tulit a morte: & in gloriam claritatis euexit: & ipſe ſolus tibi narrare ſufficit ubi ipſũ poſuit. Attende autẽ quanti uigoris amor in huius mulieris corde flagrabat: licet enim ſpiritus ſanctuſ in corde eius & ore ſic uerba formaret ut operi xp̄i conuenirent: tamen litteraliter ipſa adhuc de reſurrectione non ſperans credidit iſtũ hortolanũ horore cadaueris ipſum forte in aliquo loco uili aſportaſſe de horto. Nec obſtat ꝙ ipſa ſcire potuit ꝙ monumentũ fuit Ioſeph & forſitan hortus: & ideo nõ debuit eſtimare ꝙ predicta cauſa inde fuiſſet chriſtus eiectus: quia forte hoc neſciuit uel ſi ſciuit: nõ eſt inconuenieus ꝙ ſic dolor impatiens de hoc ꝙ non reperiebat amatũ ſibi illa ſola ingereret q̃ augmentarent dolorẽ: & alia multa abſconderet q̃ poterat humanirer eſtimare: propter quod & ipſa arbitrans in aliquo uili loco corpus contumelioſe reiectum amore feruens corpus tã magnũ: & centũ: libris aromatũ inuolutũ: ſola aſportare in ſuis brachiis preſumebat: cum dicit. Dicito mihi. O maria fortiter inſta: quia iſte eum tulit: & iſte tibi indicabit: non ut tollas: ſed ut gaudeas in amplexu. Tũc dicit ei ieſus maria. Que ſolitam dilecti uocem recognoſcens ipſum amore ebrio adorans dulciter uoluit uel ſaltẽ pedibus amplexari. Qui eam uolens eleuare ſublimius non premiſit dicens. Noli me tangere: Nondũ enim aſcendi ad patrẽ meũ.

Vbi nota: ꝙ ut eam quaſi de infidelitate argueret: uel forſitan ut eã humiliaret ne nimis preſumeret: quia prima omnium ipſũ reſurrexiſſe cernebat: tactũ diſtulit ſibi concedere donec ſecunda uice ſibi cũ aliis appareret. Quanto autem tunc repleta fuerit gaudio que uiuentem uidit: quẽ mortuum ſublatũ credebat: quantoq; priuilegio fuerit a chriſto dotata: que prima omniũ dominũ uidit in uita glorioſa: & ceteris reſurrectionẽ nunciauit domini apoſtolorum apoſtola conſtituta: quis enarrare ſufficiat? Recepta ergo conſolatione dilecti celeriter cucurrit ad ſocias eis annuncians uiuere ſaluatorem. Cũq; ſimul ad apoſtolos currerent: occurrit eis ieſus dicens. Auete. Et ſimul cum eis ſicut deſiderauerat tenuit pedes eius: peruenientes autẽ ad apoſtolos & annunciantes eis quod ſaluator ipoſuerat: qui petrum pie & miſericorditer ex nomine inuitabat: licet nõ plene nec ipſe petrus: nec alii mulierum teſtimonio fidem darent: tamen aliquod recipiẽtes reſpiraculum fidei: & aliquam ſtillã gaudii ceperunt uerborum ieſu que dixerat aliqualiter memorari licet & diſpenſatiue permitterentur a uiſe mortis ieſu anguſtia detineri. Tunq; probabilit̃ creditur ꝙ petrus tali nũcio excitatus iterum in feruore cordis ſolus perrexit uidere ſepulchrum. Et tunc modo quo ſaluatori placuit ſibi benignus apparuit: & ipſum benigue cõfortans & ad ſpem ueniẽ: & ad ſuum amorẽ inflãmans letificauit primo omnium uirorũ in euangelio poſitorũ de ſua uita beata. Scribit etiam apoſtolus .i. Corin. xv. ꝙ uiſus eſt iacobo minori. qui frater domini appellatur & ei ſimillimus fuiſſe refertur. Qui etiam pro ſanctitate uite ſue epiſcopus hieroſolimis ordinatus primus in medio apoſtolorũ poſt receptionem ſpiritus ſancti miſſã creditur celebraſſe. Attende aũt quante ſanctitatis & circũſpectionis & honeſtatis fuerit: qui multis annorum ſpaciis in medio iudeorũ dura ceruice chriſtũ perſequẽtium cũ ipſorum reuerentia remanſit illeſus: cui ſoli pro ſua reuerentia concedebatur ingredi ſancta ſanctorũ. Mitiſſimus enim fuit qui ſic diſcrete ſciuit eorum furiã ſupportare. De iſto refert Hieronymus ꝙ dolore mortis ieſu ſautius ſe nunquam comedere uouerat: niſi xp̄m uideret reſurrexiſſe a mortuis: huic ergo appuit dn̄s & dixit ei: & his qui cũ eo erant. Ponite menſam: deinde panem accipiens dedit ei dicens. Comede dilecte frater: quia filius hominis ſurrexit a dormientibus. Scribitur etiam in

UVA. BHSC. IyR_070

euãgelio nichodemi ꝙ Ioſeph qui chriſtum ſepelierat captus fuerat propter hoc a iudeis & recluſus in quodam cubiculo diligenter ſigillato: poſt ſabbatum eum interficere ordinabant. Apparuit ergo ei ieſus flẽti:q faciẽ eius exterſit & oſculũ dedit & idẽ ſaluis ſigillis i domo ꝑpͣ collocauit.

Poſtmodũ diſcipulis duobus ambulantibus in emaus iũctus eſt ieſus in ſpecie peregrini.illiſq; cognoſcentibus dominum in fractione panis: & reuertentibus in hieruſalem cum inueniſſent cõgregatos.xi.letantes de apparitione ſimonis petri: & ipſi narraſſent que geſta erant in uia:& quomodo cognouerunt eum in fractione panũ.Poſt hec iterum thoma abſente ianuis clauſis ſtetit ieſus i medio & dixit eis.Pax uobis:ſicut lucas refert & Ioãnes.Et poſt dies octo iterum ſtetit ieſus i medio eorum pñte thoma:& palmandas ſibi prebuit uulneꝝ cicatrices.Poſt hoc.xi.diſcipuli abierunt in galileam: & in monte thabor ut creditur:ubi cõſtituerat illis ieſus ubi & illa ſolẽnis apparitio:de qua & ante mortẽ & poſt reſurrectionẽ:tam per ſe ꝙ̃ per angelos promiſerat:facta fuit:ubi ſingulariter eum adoraſſe dicũtur:licet enim nõ ſit dubitãdũ ꝙ quã docũq; eis apparebat:eũ cũ multa reuerẽtia adorabant.Hic tamen ſingulariter ſcribitur: ut per hoc iſtius apparitionis excellentia demonſtretur. Viſũ etiam ipſũ narrat Apoſtolus.i.Corin.xv.plus ꝙ̃qn gentis fratribus ſimul.Quod ubi factum fuerit & quomodo non refertur. Diſcipulis autẽ adhuc exiſtentibus in galilea :iuit quadam die ſimon petrus & filii zebedei:& thomas q dicitur didymus:& alii ex diſcipulis eius duo & nathanael ſeptem.ſ. diſcipuli piſcari ad mare tyberiadis:& tunc eis iterũ apparuit ſtans in littore comedit cũ eis: & petro de ſuo amore examinato ſibi oues paſcendas cõmiſit.

Habes ergo preter apparitiones diei aſcenſiõis xii.hic deſcriptas:quarum octo ſolum in euangelio continentur:& due in die aſcenſionis:& ſic ſũt decem in euangelio. Due in epiſtola beati pauli: una ioſeph in euangelio nichodemi. Credẽdũ ẽ autem ꝙ dilectus ille ieſus infra illum quadrigenarium ſacratiſſimorum dierũ numeꝝ: qui inter reſurrectionẽ & aſcenſionẽ defluxit pluries ꝙ̃ ſcriptũ ſit diſcipulis ſuis apparuit:licet non ſine ſpiritus ſancti miniſterio ſit ſcriptũ quod ſcriptum eſt & qđ omiſſum ẽ occultatũ.Dicit tamẽ Auguſtinus.Nõ oĩa ſcripta ſunt que dominus cum ipſis diſcipulis fecit poſtꝙ̃ ſurrexit a mortuis. Crebra autem eius erat cum ipis conuerſatio:loquitur autem de tempore ſupraſcripto.Quia uero de ſacre matris ſue cõſolatione aliqua poſt reſurrectionẽ nihil euangelica narrat hiſtoria:non inde credendum ẽ ꝙ ieſus fauus conſolationis & gratie:qui omnes alios tantum ſtuduit conſolari:oblitus ſit ſolacium exceſſiuum illi impendere:quam ſolã nouerat ſue mortis in plenitudine amaritudines deguſtaſſe.Sed qa cura erat ſpiritui ſancto per euangelicas illas apparitiones deſcribere que carnalibus hominibus de chriſti reſurrectione poſſent fide dignum teſtimoniũ perhibere:& maternus effectus in eorum oculis minueret uirtutem:ideo nullam poſuit apparitionem ex teſtimonio matris:nihilominus in rei ueritate in omni natura creata poſt ipſum ieſum non ẽ tantum teſtimonium ueritatis: quantum in lĩgua materna.Nec cui tantum credere debeat mens deuota.Sed in hoc imperfectioni carnalium eſt conſultum quorũ cecitas ex inſerta malitia:omnia dei dona & facta tantum nouit minuere & cauillatiõe ſue mentis ad inficiendam ueritatẽ ſemper itra ſui cordis cauernoſa uolũtate lutamina: & ea que purã ueritatẽ aſtruunt:nec uult nec poteſt ex ſeipſa recipere:ſed ſolo ſpiritus ſancti lumine illuſtrata ipſa põt credere & amare. Aliud eſt ſpiritus ſãcti motiuum:quo nihil poſt reſurrectionẽ de matre:& ante per pauca euangelii uerba inſeruit:quia illa matris & filii familiaria colloqa & amoris ſigna ſublimia tantum debuerunt humanã capacitatem excedere ꝙ elegit ipſam plus ſacro ſilentio honorare.

Quantũ.n.perſonalis unio & materna dignitas excedunt ſtatum creature cõmunis:tantũ mutue confederationis inditia:que inter illos duos ſũmos dilectos & diligentes.ſ.matrem & filium in mutuis reſpectibus fuerunt : mentem ſuperant omnis noſtre apprehenſionis infirme.

Poſuit tamen fundamenta ex quibus mens apta maiora concludit ꝙ̃ poſſit littera uel lingua narrare:ut puta ꝙ modum ſue conceptionis altiſſime angelo nunciãnte:& ſpiritu ſancto ſuperueniente deſcribit:& eam ut doloroſam matrem unigeniti dei:& in dolore morientis pro nobis iuxta crucis ſtipitem collocauit.Quod ſi uerum eſt: imo quia uerum eſt illud apoſtoli.Si ſocii paſſionũ eſtis: ſimul & reſurrectionis eritis.Menſura tu poſtea quãtum ipſa uirgo fuit reſurrectioni filii ſociata: unde non dubium ꝙ eã primo letificauit ſue reſurrectionis grorioſe notitia.Quod etiã ſancta eccleſia uidetur innuere:que ipſa die ſtationem facit rome ad ſanctam mariam maiorem. Si enim uelis arguere ꝙ ſibi nõ apparuit:pͥmo quia euangeliſte nõ dicunt:concludes impie:ꝙ ipſum nunꝙ̃ uidit in reſurrectionis letitia:quia ſicut nec primo.Sic nec ultimo nec medio referunt ieſum cõſpectui apparuiſſe materno. Attende autẽ ꝙ ſi quis contentioſe uel forſitan deuote uult textui deferre euangelii & dicere ꝙ corporali aſpectui primo apparuit peccatrici:poſſit ſic merito utriq; ſenſui tua cõuenire deuotio:ut diſtinguamus duplicis uiſionis modum

Vnum corporalis aſpectus

Alium mentalis intuitus.

Primus eſt debilis & infirmus: & ſepe multe deceptioni & uanitati ſubiectus. Secundus eſt ſtabilis certus & clarus:qui de leui non niſi purgatis mẽti

UVA. BHSC. IyR_070

tibus exhibetur. Eſto igitur ꝙ primum aſpectū pro quodam ſpeciali priuilegio bonus ieſus peccatoribus uoluerit impartiri:non mihi dubium ad minus:ꝙ certiſſimo mentis intuitu chriſti reſurrectionem uidit:& certitudinaliter cognouit: firmiẽ tenuit:& iocundiſſimis amplexibus coſtrinxit.Huic autem aſpectui q̄ parum comparatiue afferat extrinſecus intuitus oculoꝝ:de facili non credit carnalis mens tota immerſa ſenſibus ſuis. Sed mens eleuata deuota & talibus aſſueta: & clare intelligit & experimento cognoſcit.Huic āt ſententie ſuffragrare uidetur:quod expreſſe dicit Ambroſius loquens de apparitione facta magdalene:qui.d.nondum diſcipulis apparuerat:nec ipſi genitrici. Cui etiam non modicū affert ſuffragium quedam prolixe contēplationis deuotio uirginis matris de filio reſurgente:quam quidam ſanctus intexuit ꝓlixo ſermone quem & abbreuiando interſero: dicit enim ꝙ mens uirginea tota uulnerū filii cauernis incluſa:& intra ipſius ſepulchri anguſtias cōſepulta:uicē ut ſic loqui liceat anime boni ieſu ſupplebat in ſentimento dolorum paſſibilis carnis.
Cūqꝫ ipſa per ſpiritum ſanctum illuminata reſurrectionis horam ſentiret inſtare: aduenientem animam filii: ut in propria gloria aſſumeret corpus ſuum ſic deuote allocuta eſt dicens. Quid tu dilecte fili aduenisti facturus.Si uis me tecū abſorbere in gloria reddendo depoſitū quod ſola cuſtodio. Si āt in paſſibili carne uiuente me tuo uis dolore ꝓuare:& has tui corporis ſciſſuras in quibus ſola uiuo:tua uis medicina ſanare niſi cum pacto nō annuo.Nunq̄ enim tu filii dilecte in iſta carne paſſibili tuo uoluiſti priuari dolore.Et nunc quare me uis facere tue conformitatis exortem?An hoc ego a te merui que tibi cōmortua & concrucifixa a me euulſa:tota in tuos ſaltaui dolores?Aut me ergo ī tuā aſſume gloriam:Aut ſicut iam dixi:mihi dimitte tui doloris āguſtiā.Cui bn̄gniſſimus filius deuota cōſolatione reſpondit.Mr̄ mea dulciſſima non poteſt puſillus iſtorum filiorū tuoꝝ grex tua nūc ſocietate priuari:omnes enim deficient niſi tue fidei fulcimēto firmentur:& nimis durum eſſet eos ſimul me paſtore & patre:& te matre & magiſtra priuare.Multus eſt mihi per eos populus acquirēdus qui de uiſcerum tuorum charitate procedet.
Patienter ergo fer dulciſſima mater ꝙ te ad tēpus cum eis relinquam:& meum corpus in gloriam maieſtatis aſſumā.Cui deuota mater ait. Hoc eſt quod attente conſidero:quia ī tua ſacratiſſima cruce moriens in dolore mihi recōmendaſti Ioannē. In quo & tu omnes includēs:omnes electos ī meis uiſceribus īcluſiſti.Quomodo ergo eorū apud te operiam multitudinē peccatorū ſi mihi tue carnis abſtuleris palliū?Quomodo ergo lauabo eoꝝ deformes facies ſi mihi ſanguinis tui abſtuleris lauachrū?Quomodo etiam eos tuorū uulnerū crucifixioni configam:ſi ipſorum uulnerum non apparuit ſignū?Quomodo etiam eos in tua morte ſepeliam:ſi eiuſdem mortis tue mihi abſtuleris guſtū?Iſtis fili mi dilecte ꝓuideas:& mihi tue paſſionis inſtrumēta:clauos: ſpinas:crucem & lanceam cū tuis doloribus derelinquas:quia ſine his ī mea paſſibili non uiuo carne. Scis.n. fili dulciſſime ꝙ nunq̄ tue uoluntati uel modicū reſtiti: & ideo ſi cōpleas deſiderium meum:reddo tibi carnis ſubſtantiam:quā de uirginitate mea concepi. At dulciſſimus ieſus totus flagrans amore materno ī auditu ſic doloroſe querele ac amoroſe. Mater ait dulciſſīma uideo ꝙ mea glorificatio per omnia tibi placet :tibi mee mortis & acerbi doloris reliquo theſaurum:inſtrumenta paſſionis tue menti infigo:clauos comede qui manus meas & pedes crudeli dente roderunt:ſpinas glutias: quas humor mei cerebri in meo humectauit dolore:lanceam intra tui cordis archanum includas: que meum cor aperiens intra mea penetralia eſt ſacrata:crucem amplexaris:& in ipſa requieſcas:que meo inebriata ſāguine omnibus mee paſſionis filiis tota dulceſſit.
Nec credas mater dulciſſima:ꝙ mee paſſionis theſaurum quem tecum.xxxiii.annorum curiculo cōgregaui & cōſumaui:uelim de mea memoria tollere quantūcunqꝫ beatus reſurrectione. In ipſa mei corporis gloria apparebit figura uictorie: & aperta relinquam uulnera quantūcunqꝫ ſanata per q̄ dulciſſima mater mea ad cordis mei dulciſſimum thalamū & patulum habebis introitum ut ad me intrans:& ad filios exiens non poſſis offere quod uelis & tuis tribuere filiis:& ipſos pro tua uolūtate recondere & introducere intra mei intima cordis.
Exurge ergo gloria mea:quia cōſumata eſt reſurrectio mea.Tunc mater tota tranſformata in gloriā reſurgentis filii ipſum dulciſſime ſe alloquentē audiuit. Reſurrexi & adhuc tecum ſum alleluia: poſuiſti ſup me manū tuā:mirabilis facta eſt ſciētia tua alleluia ut habetur in introitu.Et primo honori de hoc mille milies alleluia.In quo filius introducitur ſubito in gloria maieſtatis menti matris apparens: ipſam āplexans & oſculans & ipſam totam in gloriam reſurrectionis ſue tranſformans: ingerit ſibi ſue reſurrectionis preſentiam:& indiuiſibilem ſue ſocietatis copulam: cū dicit.Reſurrexi &c.Et de tāta cōpaſſione & lamētatione ſue mortis regratians dicit.Poſuiſti ſuper te manū tuā. Manus enim hic cōparationem uirginei cordis ſignificat: que tota fuit ſuper filii morte effuſa.Et quia in tantis doloribus nihil perdidit de fidei claritate: & in omnibus ſe habuit ſicut diuine ſapientie ſplendor exigit ideo illam exceſſiue cōmendans dicit.Mirabilis facta ē ſcientia tua. Et ideo ambo ſimul dulciſſima mater mea iubilemus iocundiſſimū alleluia. Huc uſqꝫ pōt uidere ꝙ in contēplatione & uirginis matris & filii pro die reſurrectionis ſanctus iſte deuotos ſuos oſtendit uolatus.Ex quo ſatis pōt patere ꝙ qcquid ſit de corporali aſpectu:nullum dubium illi fuit de mentali intuitu:propter quod certiſſima ad ſepulchrum non uenit:quod uacuum fore ſci-

UVA. BHSC. IyR_070

uit.Et licet ipſa eēt multiplici doloris colliſiōne qſ ſata:tamē etiam reptando ad monumentum uenif ſet:pre dulcore corporis filii amplexandi ſi poſſet niſi ſibi certiſſime de reſurrectiobe conſtaret. Attē de autem ꝙ diſputatio ſuperius facta loquitur de cordiali affectu:& uerīſſimā quantum ad intentionem ſpiritus ſancti in mentem ſanctorum dat cōtēplandi materiam.Cum enim inuiſibilia dei non niſi mō nr̄o poſſumus apphēdere:licet nobis ad nr̄um adiutoriū ſcd̄m nr̄m mōm conueniētia ſigna conformare: imo ipſe ſpūs ſcūs format: ut noſtri corporis torporem attendat.Sicut enim dicit dionyſius nō eſt poſſibile ſuperlucere nobis diuinum radium:niſi ſacris uelaminibus circūuelatū Et ideo ſicut ſacra ſcriptura introducit deum habētem manus & os:aures & oculos:& alia corporis mēbra:& nunc oculos dicitur claudere:nunc aperire:nunc obſurdeſceř:nunc audire:nunc loqui: nūc tacere:nunc faciem hilarem pretendere:nunc turbatam. Ex quibus omnibus manuducitur noſtra infirmitas:ad intelligendum ꝙ ſua in ſe imutabilis prouidentia per ſuos effectus in nobis uarias diſpoſitiones prouidet ut oportet.Sic & per iſta q̄ ſancti in ſuis contēplationibus ſcribunt: & mente concipiunt eorum guſtui datur participium: & eorum intellectūi datur ſpeculum illorum ineffabilium luminum:& amoroſorum guſtuum que mēs materna in diuerſis actibus a filio ſuo:& atota trinitate recepit.Sed indeuota mens ignorans cōmotiones cordium & influxus ſpiritualis amoris & aſſueta paganitas manducare ſe necias.i.iſipida ſophiſmata in ſua deuotione & cordis ariditate ſepe talia deridet. Circa apparitiones autem ſenſibiles reſurgentis ieſu attente nos notare conuenit: quomodo ipſe piuſ dominus eandem humilitatē benignitatem & charitatem ſe retinere mōſtrauit poſt ſue carn s gloriam:que in ſua peregrinatione nobis imitenda oſtenderat. Quante enim pietatis fuit:& conſolationis ad peccatores deuotos:ꝙ primo apparere uoluit magdalene.Et ut huius pietatis exprimeretur affectio.Marcus in ipſa magdalena flagitium preterite offenſionis cōmemorat cum dicit.Surgens ieſus mane prima ſabbati: primo apparuit marie magdalene:de qua eiecerat ſeptem demonia:quaſi dicat.Vide quia qui propter peccatores mortuus eſt:peccatoribus ſue reſurrectionis gloriā conquiſiuit.Vnde & huic principali peccatrici primo apparuit.Simul & nota ꝙ amatus ieſus amāti peccatrici uitā rependit.Quia enī plus oībus amauit & ſollicitius q̄ſiuit:& ad monumētū cū lachrymis perſeuerauit.Prima omniū uidit gloriā reſurgentis:ubi & ſimul attēde:ꝙ qr reſurrectio ad uitā beatā eſt ſtatus omnino ſuperans cognitionem pegrinātis nature.Ideo licet xp̄s paſſus fuerit in oculis omniū:per hoc oſtendēs noſtre conditionē nature:& quid noſtre malitie debebatur: nō tn̄ reſurgere debuit i oculis peccatoꝝ.partim ne diuina pandanť indignis:ptim etiā quia reſurrectio glorioſa non eſt ſtatus noſtre cōditioni cōueniēs: parti ēt ut ſeruareť ordo hierarchicus:quo tā ſublimia conueniēti ordine ſolis electis manifeſtarenť amicis.Et hoc primo mediantibus angelis: quoꝝ ē nobis reuelare diuina:ut ſic p eos manuducti & eleuati tandē mereamur imediate uidere ieſum familiariter apparentē.Et ideo btūs petruſ dicit i act. loquēs de reſurrectiōe.Dedit eū manifeſtum fieri non omni populo:ſed teſtibus pordinatis a deo nobis q manducauimus & bibimus cū illo poſtq̄ reſurrexit a mortuis. Et attende ꝙ in his contēptibiles mūdi elegit:qď & cōueniēs fuit: qt enī in creatione rōnalem naturam in alta nobilitatis ſublimitate cō diderat:& nobiliores i ea ſicut lucifer & adā bonitati creatoris illuſerāt de ſua alta ſupbientes natura.Ideo nunc reformator nature & glorie aſſūptus hō ieſus nobilibus & ſapiētibus & de ſe preſūmētibus digna punitione illuſit.dū ipſis eiectis pauperes ſimplices & deſpectos elegit diſcipulos ad ſue redēptionis cognoſcendū myſterium: & nūc etiam ad nunciandū ſue reſurrectionis gloriā ipſiſmet dilectis diſcipulis magdalenā quondā peccatricē elegit. Conueniēs.n.hic ordo fuit reformatiōiſ hūane:ut mľier peccatrix primp recognoſceret & nūciaret gloriā reſurgētis:q̄ trāſgreſſionis foueā prima fouit.Vnde & inť homines etiā ipſi petro piſcatori:& qui eū ter i paſſione negauerat primo apparuiſſe referť.Nec tibi uideať petrus ceteris diſcipulis fuiſſe debilior:qui eū nō negaſſe legūť:qr i amore impares petro ſaluatorē ductum p nobis ad uictimā citius reliquerunt:& maiori timore pterriti non ſecuti ſunt eū in atriū principis ſacerdotū:ubi poſſet de xp̄i examinari notitia. Vnde fortior ille miles eſt q uulnerať in prelio q̄ qui timore nec belli campū intrauit. Hoc dixi qr ſepe electoꝝ caſus etiā in eis maiorum ſūt ſigna uirtutum quātūcūq; dum durāt ſepe ſūt peſſimi q etiā eterna dānatiōe ſubmergerēt:niſi ſup manū caderent ſaluatoris:q eos ſua grata pietate ipſis facit cooperari in bonū.Propter qď de electo canit dauid pſ.xxxvi.Cum ceciderit non collidetur:qr dn̄s ſup ponit manū ſuā &c. Impius autē cum cad t non adduciet ut reſurgat. Circa autem illam apparitionem qua dilectus ieſus i ſpecie peregrini diſcipulis in uia tertius iunctus eſt comes. Attende quante dignationis fuit : ꝙ ſic in ſpecie peregrini itinerans cum ipſis uadit:loquitur:confortat:arguit:inflāmat:& ſcripturas exponit.Nonne tibi uidetur bonus ieſus ad primordia ſue humilitatis rediſſe? Attende ergo anima mea miſera:& in nullo tuo ſtatu humilitatis tibi pebite uirtutē relinque: quia dei filius ieſus:cuius humilitas ē ſola dignatio pietatis illius noluit actū omittere propter gloriam reſnrrectionis aſſūpte. Diligēter nota mutua diligentis chriſti & diſcipulorum colloquia: quia i ipſis magna deuotionis materia ē abſconſa. Vere enim ille ſolus eſt peregrinus in hieruſalem:non i illa que ſurſum eſt : ſed in illa in qua pax carnalis

UVA. BHSC. IyR_070

conquiritur:& homicidii ſcelere ieſus xp̄us occidit̄
de quorum conuerſationis contagio: benedictus
ieſus nihil cognouit per opus in ſua carne paſſibili.
Vide autem quomodo confūdit illorū ſuperbiam:
quia ſemen diuini uerbi ſpargere nolunt niſi perſo
nis ſublimibus & multitudini populorum. Iſtis e-
nim non de apoſtolorum numero quos maiores
efficerat:& ſolis duobus tā copioſum ſermonem la
bia illa ſancta diſtillauerunt dulciter īcipiēdo a moy
ſe:& in omnibus ꝓphetis & ſcripturis myſteria ſue
paſſionis & glorioſe reſurrectionis aperiēs. Attē
de autē quomodo eorū oculi tenebantur ne eum
agnoſcerent:quod ſicut Criſoſtomus dicit forſitā
opere fiebat ſathane:qui exigente uacillatione fidei
ipſorum:permittebat̄ iuſte eos a reſurectionis co-
gnitione tardare. De ſpecie autē peregrina & ſimili
bus infra dicetur. Sed nota cū appropinquat ho
ſpitio:qr ieſus longius ire ſe finxit. Nihil quidem
illa inoffuſcabilis ueritas duplicitatem fecit:ſed in
tali modo illorum charitatem accendit: que ſi nō
exarſiſſet in maiorem coactionem pretendentis re-
ceſſum forſitan fuiſſent indigni:ꝙ ad illorum de-
clinaſſet hoſpitium. Etiam talem foris ſe exibuit:
qualis apud eos in eorum conceptibns fuit. Ipſum
enim adhuc peregrinū eſtimabāt a uita:& ideo ire
ſeſe longius finxit:qr uere longe & ſupra id qđ cre
debant eos eleuare diſpoſuit:dū eos ad credendā
gloriā illius de cuius morte triſtabant̄ euexit. Vbi
ſicut dicit auguſtinus:nota ꝙ hoc non ad menda-
cium pertinet. Non enim omne quod fingimus
mendaciū eſt:ſed quando illud fingimus quod ni-
hil ſignificat tūc ē mēdaciū. Cū aūt fictio nr̄a īfert̄
ad aliquā ſignificationē:nō ē mēdaciū ſed aliq̄ fi-
gura ueritatis. Alioqui omnia q̄ a ſapiētibus & ſan
ctis uiris uel etiam ab ip̄o domino figuratiue dicta
ſunt mendatia putabuntur:qr ſecundū īuſitatū ītel
lectum non conſiſtit ueritas in talibus dictis. Sicut
autem dicta:ita finguntur & facta ſine mendacio
ad aliquā rē ſignificandā:hec auguſtinus. Diſci-
puli autem recepto domino in ſue carnis hoſpitio
ipſū ī fractione panis agnoſcunt. Procul aūt abiici
atur illud fabuloſum figmentū:quo dicitur ꝙ chri
ſtus ſic panem conſuerat frangere manibus curio
ſe. Sicut ceteri cū cultello ſcindunt:& ideo dicantur
tali ſigno diſcipuli dominū cognouiſſe. Non enī
eſt credendū ꝙ ſapiens ieſus in omnibus actibus
ſuis talem modū panē ſcindendi accepit qui nulla
leuitate uel curioſitate:ſed ſola neceſſitate uel utili-
tate operationes miraculoſas effecit. Et iſte modus
dicendi multū diminuit de iſtorū diſcipulorū in
hac uiſione ſolatio. Tunc enim magis uidentur ſi-
gnū cognouiſſe q̄ dominū. Nec illius benedicte
faciei contuitu:ſed ī ſolo panis ſigno ſui gaudii ma
teriam receperūt:ꝓpter quod ſicut narrat Grego.
magis ex merito receptiōis dn̄i ad hoſpiciū & mi-
ſtrandi ſibi tanq̄ peregrino cibū neceſſariū aptum
eſt illoꝝ ocuoloꝝ impedimētū:ut qui in auditu uer
boꝝ non cognouerūt ipſum. In cōplemēto opeꝝ
intuerēt̄ dilcm̄. Vt p hoc ſignificaret̄ ꝙ auditores le
gis nō iuſti ſūt apud dn̄m:ſed factores legis iuſtifi
cabūtur. Sicut etiam dicit Theophylus. p hoc īnui
tur ꝙ ſumētibus ſacrū panem corporis dn̄i digne.
aperiuntur eoꝝ oculi ut eū agnoſcant. Quod non
de corporalibus quos etiā iſti diſcipuli aptos habe
bant in uia:ſed de mentalibus intelligēdū: quibus
ſp̄uale pcipitur lumen:licet nō ſit inconueniens:ꝙ
uel ex pte xp̄i ſapialiter diſponentis ꝑ ut infra dice
tur:uel ex pte hoſtis eoꝝ corporali aſpectui p̄bere
tur obſtaculum. Quod in recepto beneficio xp̄s
amouit:& tunc arbitror ſubito & in pūcto ipſos ui
diſſe dilecti ieſu faciē uſitatā:& ſtatim poſt ipſum
euanuiſſe ab eorum aſpectu. Quod ſi quis uelit ex
tendere ꝙ ſic curioſe panē fregit hēat ſibi. Mo-
raliter autem ī hac benedicta apparitione inſtrui-
mur ꝙ nos qui dubium iter facimus:debemus hu
ius peregrini deſiderare cōſortium. Nos autem pe
grini uere a terreſtri paradiſo unde exulauimus per
peccatū:ad celeſtē paradiſū uocati ſumus. Et ideo ꝓ
pter inſidiantes latrunculos benedictū ieſū qui de
celo uenit:certū ductorē habemus:ſi tn̄ ipſum no-
biſcū manere cogamus:pp quod diſcipuloꝝ pere-
grinatio cū ieſu hic ponitur nobis in exemplū &
de hierl'm in emaus.i.de terreſtri in celeſtē:qa ema
us mr̄ feſtina interpretatur ſignificans illam requiē
ad quā feſtinare debemus. In hac autē pegrinati
one quattuor ſunt gradus.

Inchoatur euim in feruore celeſtium deſideriorum
Proficit in merore orationum & ſalubriū eloquio-
rum.
Progreditur in uigore operū uirtuoſoꝝ
Cōſumatur in dulcore guſtuum diuiorum. In hoc
gradu eſt in ītroitu paradiſi & iſta deſiderata ſūt.i.ꝓ
ceſſu huius pegrinationis. Nā.

Primo ſe eis aſſociauit
Secundo confabulari cepit
Tertio coactus perſtitit
Quarto inuitatus ad cenam.

Sedit & panem confregit. Aſſociat enim ſe deſide-
rantibus Confabulatur cum orantibus:perſiſtit cū
operantibus:cenat cum guſtantibus gaudia ſem-
piterna. Sed attende ꝙ ſepe in primo gradu on̄-
dit ſe ignotum. In ſecundo peregrinum. In tertio
quaſi fictum. In quatto ſublatum. Et licet iſta diuer
ſimode poſſint myſteriari:tamen hic attende cōdi
tiones diſcipuloꝝ qui repreſentantur ut ceci:ut tar
di:ut triſtes:ut ſtulti. Ignotus eſt enim ieſus cecis:
peregrinus tardis:fictus tepidis: Abſens ſtultis.
Inchoatur ergo peregrinatio noſtra qua ad patriā
ſurgimus in feruore deſideriorum celeſtium: quia
ſicut peregrini longe exulantes debemus ad patri-
am anhelare & hoc facit iter feſtinanter aggredi.
Feſtinamus igitur & nos ingredi in illam requiē.ſ.
celeſtē hieruſalem:que eſt mr̄ noſtra. Quod quidē
fit:cū anima preteritoꝝ oblita deſerit peccata uilia:
& contemnit caduca temporalia:& ī anteriora ſe
extendit:cogitans & reputans ſola celeſtia:Nec ti



UVA. BHSC. IyR_070

meas ꝙ egeſtas cõtemnenti:nec tentatõ preualeat
deſerenti:quia ſtatim xp̃s ſe aſſociat ſic deſideranti:
deſiderare enĩ eſt ire:quia paſſus aĩe ſunt affectus.
Ipſe inqt ieſus appropinquãs ibat cũ illis. Adeſt
enĩ xp̃s deſiderantibus adiuuandũ contra hoſtis ĩ-
ſultus:& ad ſupplendũ quãtũ expedit corporales
defectus. Nec mireris ſi eum tecũ non uides ambu
lantem:quia oculi eorũ tenebant' ne eũ agnoſcerẽt
Ignotus eſt enim adhuc cecis:quia poſt deſertõ
nem pcci uel abiectõem mũdi adhuc tenẽtur ocu
li limpiditate praue conſuetudinis & reliquiis ten
tationum que remanent poſt pccm̃. Huius exẽ-
plum habetur in thobia qui angelum nõ uidebat
peregrinantẽ:& ab hoſte & penuria liberantem:ſed
eſtimabat eum hoĩem. Sic ſic nimiꝝ ſepe conti-
git inexpte menti:que illa que diuinitus facit & ꝑ
influxus ſpũs ſancti cognoſcit ſepe ꝓprie induſtrie
ceca attribuit:que reprehendit' cum Io.primo dr̃.iu
deis. Medius ueſtrũ ſtetit quẽ uos neſcitis. In cuius
cecutientis pſõa accipit' uerbum:Iob. Si uenerit ad
me non uidebo eũ:& ſi abierit nõ intelligã:& tam̃
pñs eſt & patus bonus ieſus:qui dicit: Matth. viii.
Si dimitto eos ieiunios in domũ ſuam deficient in
uia:quidã enim ex eis de longe uenerũt. Non ergo
timeat noſtra miſeria:quia Raphael.i.xp̃s ieſus dei
medicina nr̃e peregrinationis itinera nouit:& ten-
tatus per oĩa noſtre nature penalia pambulauit. Et
ideo ex cõpaſſione expientie nobis ſocius erit:& ſa
nos ducet & reducet uſq; ad ſue diuinitatis aſpectũ

Sed heu quia ſepe remanet bonus ieſus in hieru
ſalem:& non cognoſcũt parentes:maxĩe prelati ec-
cleſie qui ipſũ debẽt in ſubditoꝝ mentibus etiam
pturire:ſed' eſtimant eũ eſſe in comitatu multorum
equoꝝ & ſeruientiũ & ſollicitudine mundanorum
& abũdantia ferculoꝝ:utinã cognoſcentes ibi eſſe
ieſum eadẽ hora inſpiratiõi cõſentirent & cũ ſanctiſ
xp̃i pentibus reuerterẽtur in hieruſalem: a qua per
malitiã tranſgreſſionis receſſerunt requirẽtes ieſum
Sed ceci ſunt multi ex eis nec pñt uidere lucernam
dñi donec extinguat' ſocii heli.i.Regũ.iiii.qui pre
cioſitatẽ diuinaꝝ inſpirationũ derelinquendo ieſũ
eſtimare nolũt donec extinguat' eis oĩno:quia tũc
ſolũ recognoſcũt qñ inflicta uexatio intellectui dat
auditũ:qñ.ſ.cum heli de ſella dignitatis cadẽtes re
trorſum fractis ceruicibus expirant in infernum.

Secũdo ꝓficit noſtra pegrinatio in merore ora-
tionũ & ſalubriũ eloquioꝝ:quia poſt deſideria ſe-
quũtur ſuſpiria & confabulãtur & orant deũ ſibi da
re ſalubria remedia:unde & hi loquebant' de his q̃
acciderant:pegrini enim loquebantur de uia:paſſio
enim xp̃i eſt uia ad patrem:propter quod eis xp̃us
etiam materiam locutionis augmentat.d. Qui ſũt
hi ſermones quos confertis &c. quaſi ipſe ignora-
ret que tñ ptulerat. Sic ſepe ſe intelligere diſſimulat
que oramus:que tñ intus inſpirat:quia pegrinus ẽ
tardis:& ad hoc diſſimulat:ut in nobis augeat qd'
deſiderat. Tu ſolus inquiũt peregrinus es? O q̃ mł
ta eſſent hic cogitanda aĩa mea:quõ iſte tuus ieſus
eſt ſolus peregrinus:ſed pſequamur quod incepi-
mus. O ſtulti inquit & tardi corde: quid dubitatis
me uobiſcũ eſſe:& uos in utilibus fauorabiliter ex-
audire: Non enim debetis dubitare ꝙ uos uelim re
linquere:ꝓ quibus uolui mortem portare: unde &
eius longa facta predicatio diſcipulis ad hoc tẽdit.
Huius exẽplũ patet:Geñ.xliiii.cũ Ioſeph ſuis fratri
bus peregrinũ ſe offert:& quaſi ad alienos durius
loquit':quos tñ gratis paſcit & eis diuitias egypti
tribuit. Sic & ieſus apparuit extraneus magdalene
quã ſincere dilexit. Tertio progreditur nr̃a pere
grinatio in uigore uirtuoſoꝝ opeꝝ quia uirtuoſa
operatio ſingulariter cogit xp̃m ut nõ deſerat opã
tem. Coegerũt inquit eũ dicẽtes. Mane nobiſcum
dñe &c. Aduespaſcit enim opantibus niſi xp̃s ĩma
neat:quia lux boni opis eis per faſtidiũ tenebreſcit
niſi ſuccurrãt brachia pietatis xp̃i qui oĩa opera nr̃a
operatur in nobis. Vnde aĩa que ſe ſentit deficere ĩ
ope penitentie cogat recedentẽ ieſum frequenti p̃
ce allegãdo audacter:ꝙ niſi xp̃s remaneat:eius ad-
ueſpaſcet intellectus & recedet de affectu eius: & af
fectu ſol igneus charitatis. Nec mireris ſi ſe finxit
longius ire:& a te recedere:& in labore deſerere:qa
fictus eſt tepidis:unde & iſti erant triſtes:quod fa-
cit accidia:& ideo finxit ſe uelle ĩcedere:ut ſic te poſ
ſet de triſtitia redarguere:ac p hoc a tepiditate excu
tere:hilarem enĩ datorẽ diligit deus. Tamẽ ſcias ꝙ
ꝓpter hoc uenit ut tecũ remaneat ſi tñ coactus fuit
charitate. Huius exẽplũ patet ĩ abrahã: Geñ.xviii.q
importuna & efficaci p̃ce dñm ad prandium retinu
it ne tranſiret & ſibi hilariter preparauit. Et nota ꝙ
ibi ſubdit' abraham dixiſſe dño:ſiue angelis ipſius
Idcirco enim declinaſtis ad ſeruum ueſtrũ. Quar
to terminatur dieta nr̃e peregrinationis in dulcore
guſtuum diuinoꝝ qñ peregrinus perueniẽs ad ho
ſpitium cum gaudio epulatur. Ex quo enim mens
intrat ad ſecreta dei rimanda p altas meditationes
quaſi ad menſam xp̃i ſedet:ubi & minutati ſibi di
uina franguntur:& tũc incipit dulcedinem dei co-
gnoſcere:& quaſi quaſdam micas dei ſuauiſſimas
deguſtare:unde & hic ſequitur ꝙ factum eſt dum
recumberent ꝙ ipſe accepit panem benedixit ac fre
git:& ipſi cognouerunt eum in fractione panis.

Sed nõ mireris ſi cognitus ſe abſentat: quia ſub
latus ẽ ſtultiſ. Stulta.n. mens noſtra ſi ſẽp reficeret
a xp̃o:ſepius ſuperbiret:unde ut ardentius quera-
tur quando ſepe mens aſſecurata fuerit ſe abſentat
quouſq; ſtulticia noſtra purgetur:ut noſtra igno-
minia & malitia cognoſcat'. Vnde & dicunt. Nõne
cor noſtrum ardens erat in nobis:quaſi dicant. Ar-
demus dum incendit:frigeſcimus dum relinquit.
Et per tales ſaltus reducitur anima ut cognoſcat:ꝙ
in ſe & a ſe eſt omne malum:& a ſola chriſti gratia
prouenit ſibi bonum. Cuius exemplum patet
in ſponſa:Canti.v. Surrexi inquit ut apparerem di
lecto meo:at ille declinauerat atq; trãſierat. Ideoq;
debet queri per uicos & plateas ciuitatis: unde &
ibi ſubditur. Anima mea liquefacta eſt ut dilectus

UVA. BHSC. IyR_070

locutus eſt mihi queſiui & non inueni illum: uocaui & non reſpõdit mihi:ubi & ſequitur ardentiſſima inquiſitio.Sic etiam conueſcens cum diſcipulis aſſumptus eſt ab eis:Act.primo.ad eorũ corda ardentius excitanda.Cuius rõ ſecundũ Aug.de trinitate eſt ꝙ quanto creſcit deſiderium rei habende:tãto maior eſt fruitio rei accepte. Alia rõ diſparitionis chriſti ab anima ſepe eſt nimia curioſitas uolendi eius perſcrutari ſecreta:a qua reuocet ſpõſam ſpõſus:Can.vi.Auerte oculos tuos a me.i. me curioſe perſcrutari omitte:ſed ſimpliciter dilige & reuereri quod dignor concedere:quia ipſi aduolare fecerũt .i.curioſitas inueſtigationis mee meruit ſubitum receſſum & reuocationem tui. Quod etiam dicit ĩ Eccle.Dixi ſapiens efficiar:& ipſa longius receſſit a me.Sic itaq; cum peregrino ieſu pergamus uiam ſalutis noſtre & hoſpitemur in hoſpitiis uirtutum in quibus ipſe benedictus ieſu ſuas manſiones ſacrauit.Sed & tabernas ibi inſtituit:ut peregrini nõ deficiant pre labore. Primum hoſpitium fuit in domo paupertatis & indigentie:in quo hoſpitatus fuit in prima dieta natiuitatis ſue. Huic hoſpitio reliquit hoſpitalarium ſtatum apoſtolicum:qui guſtat de taberna regni celorum: que eſt media huic hoſpitio intendenti. Secundum hoſpitium fuit in domo puritatis & mundicie.In quo fuit hoſpitium ſecunde diete.ſ.conuerſationis uirtuoſe dilecti ieſu.Ad quod peruenitur per uiam auſteritatis & penitentie.Sed hic locatur abundans taberna cõtemplationis dulciſſime. Quia beati mũdo corde quoniam ipſi deum uidebunt.Huic hoſpitalarium dimiſit ſanctum uirginum chorum:quarum eſt iugiter cantare dilecto. Tertium hoſpitium eſt in domo hũilitatis & modeſtie.In quod ĩtroducit tertia dieta.ſ.chriſti doctrina.Diſcite inquit a me quia mitis ſum & hũilis corde Mat.xi.Huic hoſpitio reliquit hoſpitalarium ſanctorum pontificum & confeſſorum cetum:qui in luctum humiliationis ſue & mititate exemplantatis uite ſatagunt per xp̃i doctrinam in hac domo ſubditos recreare:qui & ſingulariter guſtant de taberna altitudinis diuine: qa magna gloria dei ſolius ab humilibus honoratur: unde hũiles ſingulariter dei ſummum guſtant & nihilum creature. Quartum hoſpitium eſt ĩ domo ꝓbitatis & conſtantie.Ad quod deducit quarta dieta.ſ.chriſti paſſionis acerbe:per quam eſt eius conſtantia probata.Huic prefecit hoſpitalarium ſãctorum martyrum exercitum qui inebriabantur de taberna uulnerum crucifixi: quia chriſto in carne paſſo & ipſi eadem cogitatione armantur. Quitum hoſpitium eſt ĩ domo equitatis & iuſtitie.In quod introducit quinta dieta que fuit de crucis anguſtia in mortem & ſepulturam.Huic prefecit aliũ hoſpitalarium.ſ.ſtatum doctorum & ſpeculantes tam durum iudicium ſuper dei filium propter peccatum alienum per ſeueritatem diuie iuſtitie ſemet ipſos continue iudicant:& ſub dei iuſtitia trepidãt eſtimantes qualia ſunt ſuper peccatores ſupplicia ex propriis ſceleribus ſi dei filius pro alienis tot ſuit ſubiectus doloribus.Quod & ipſe chriſtus declarat.ſ.Si in uiridi ligno hoc faciunt:in arido quid fiet?Et quia qui addit ſciam addit & laborem:ideoq; iſti in taberna ſua ſatiant peregrinos pane ſubcineritio recognitionis culpe & aqua contritionis amare:propter quod ſe baptizant cum ſanctis patribus ĩ mari rubro quod fuit ſepulture dominice figura.

Sextum hoſpitium eſt in domo contemplationis tranquillare:ad quod introducit ſexta dieta:q̃ de ſepulchro tranſiit in impaſſibilitatem carnis. Huic hoſpitio dantur hoſpitalarii reformatores ſtatus euangelici:cuius quaſi uirtutes in impaſſibilitatem tranſeunt:dum a ſe & ab omni amore creato totaliter deficiunt & intra chriſti immutabilem gratiam totaliter transferuntur.O q̃ bonum hoſpitiũ eſt hoc.Iſti enim reficiuntur in taberna paterni pectoris:quia nihil comedunt niſi guſtum diuine uoluntatis. Septimum hoſpitium eſt in domo eternitatis glorie.Ad quod introducit ſeptima dieta.ſ. aſcenſionis ad celos.Iſtud hoſpitium non eſt hoſpitale peregrinorum:ſed eterna manſio ciuium ſupernorum.Cui non imponitur hoſpitalarius huius uite:ſed deus trinitas eſt domus & tibus lectus & iubilus:& deus homo diſpenſator fideliſſimus: & miniſter gratioſiſſimus:qui precingit ſe circũſpecta conſideratione meritorum & tranſiens miniſtrat ſingulis correſpondentia premiorum: prout ſecundum miniſtrationem membri uniuſcuiuſq; eos in ſuo corpore collocauit & in ſuo merito iuſtificauit & in ſuo premio ſecundum debitas proportiones beatos efficit. Hanc ergo ciuitatem & noſtram patriam cum benedicto peregrino ieſu totis deſideriis requiramus:& ad illam indeclinabiliter feſtinemus. Circa ultimam apparitionem huius ſacre diei ĩ qua dominus reſurrexit: nota ꝙ ad eos iuit ianuis clauſis:pacem obtulit:cicatrices uulnerũ oſtendit:ſe palpandum prebuit:ſpiritum ſanctum per ſuam inſufflationem dedit:deuote eis ſcripturas expoſuit:charitatiue cum illis manducauit partem piſcis aſſi & fauum mellis:& dulciſſimas comeſtionis ſue reliquias dedit eis.Et hec omnia ex luca & Ioanne trahuntur quorum uterq; hanc recitat uiſionem:uide autem quot ſigna uere reſurrectionis oſtendit.Nam palpandam carnem diſcipulis ꝑbuit:quam clauſis ianuis introduxit:ut per hoc corpus oſtenderet ſuum eiuſdem cuius prius nature ſed alterius glorie. Vbi etiam nota:ꝙ non ſolũ ianuis clauſis cordis ſui fantaſmatibus ſenſuum & carnalium rationum & ĩ congregatõne ad intima omnium tuarum uirium quaſi chriſti diſcipulorũ ĩ plena concordia charitatis uidetur gloria reſurgentis uera pax a chriſto tribui:ut noue uite per chriſti flatum inſpiratio miniſtretur. Ad hoc enim ore ſuo benedicto in diſcipulorum faciem inſpirauit reſurgens a mortuis:ut per hoc oſtenderet ꝙ ab ipſo ſolo poſt culparum noſtrarum mortem eſt ĩ nobis ſpiraculum gratie reformantis animam ad im-



UVA. BHSC. IyR_070

paſſibilitatem uirtutum & glorie dei formis:p hoc etiam minuit:ꝙ ſicut flatu aereo cor noſtrum íſpirando reſpirando:expirando interiorum coruptionem emittit:& extríſecam aeri ſanitatem ad itima trahit:& ſine tali reſpiratione:nec ad monumētū uiuit cui etiā tātū initiꝰ aīa:ut flatus & ſpiraculū nōi necꝰ.Sic & i charitatis ardore recepto ſpiraculo ſpūs chriſti omnia expiret chriſto diſformia:ſemper aſpiret a xp̄o conformia:intus inſpiret & recolligat ipſius exempla:ſuſpiret & reſpiret continue ipſius recepta flagitia ſeu ſupplitia:& totaliter uiuens non ſua ſed amati ieſu uita clamet cum apoſtolo.Mihi uiuere chriſtus eſt &c.Et uiuo ego: iam non ego:uiuit uero in me chriſtus &c. Vulnera autem ſue paſſionis poſt gloriam ſue reſurrectionis diſcipulis chriſtus oſtendit & palpanda exhibuit: non ſolum ut ſeipſum eundem qui in cruce pependerat demonſtraret:ſed ut eis imprimeret ſue paſſionis nō intermittendam eē memoriam:cuius etiam ſigna circūferet in ſue gloria maieſtatis. Non ergo obliuiſcans boni ieſu anima ſibi deuota:quia ut tui non obliuiſceretꝰ:ipſe ſcripturam uulnerum expreſſiuā tue memorie quam in cruce clauiſ conſerat noluit in ſepulchro:relinquere ſed in eternum í ſuo corpore circunferre. Quis ergo non deficiat totus aſe p̄ iſtius amore dilecti:qui nos ſibi tamq̄ crebris & fortiſſimis uículis ſue dilectiōis aſtrígit. Vere memoria memor ero:& in me deficiam bone ieſu pre tui amoris uigore:ut in tua benedicta uulnera ualeam ſubintrare. Nec decetero dolorē cauſaberis ex mea groſſitie tranſeunte per anguſta foramina: quia ea dilatauit tue imenſitas charitatis & gloria reſurrectionis doloris paſſione priuauit.Ingrediar ergo in locum tabernaculi admirabilis:quia ipſe dilectus me inuitat:dicens:Ingredere benedicte domini:cur foris ſtas:preparaui domū & pabulum gratie non ſolum tuo dilecto ſpiritui:ſed etiā iumento corporis tui.Et porte iſtius mee ſancte hirl'm nulli meo dilecto clauduntur etiam nocte cōmiſſionis offenſe quando reſurgere liceat & dulciter reintrare. Attende autem ꝙ &ꝰ iſta uulnera tranſferūtur ubiq; a ſtrenuo pugile in ſignum perfecte uictorie & ab aduocato piiſſimo in auxilium placatiōis paterne: & a iudice equitatis in ſignum iuſte reprobationis mētis in igratitudine obdurate. Non autem ſeruauit predicta uulnera xp̄us ieſus ex difficultate ea ſanandi:qui enim maiora fecerat mortem uincendo: utiq; poterat ſanaꝛ uulnera.Sed propter cauſas ſupeius dictas & alias ínumeras diuina ſapientia maluit ipſa in glorioſo corpore reſeruare.Nec apparent ibi ut corporis uitia:ſed ut ſtrenue uirtutis inditia. Quod etiam de cicatricibus martyrum ſentire Auguſtinus uidetur ſic.d.Neſcio aūt quomodo ſic afficimur amore martyꝝ beatorum ut uelimus í illo regno in eorum corporibus uidere uulnerum cicatrices que pro xp̄i nomine pertulerunt. Et fortaſſe uidebimus.Non eni deformitas í eis:ſed dignitas erit:& quedā q̄uis in corpe: nō corpis: ſed uirtutis pulchritudo fulgebit.Nec ideo ſi aliqua martyribus āputata & ablata ſūt mēbra:ſine ipſis mēbriſ erūt í reſurectiōe mortuoꝝ: qbus dictū ē. Capillus capitis uñi ñ pibit:Sed ſi hoc decebit í illo nouo ſeclo: ut idicia gl'ioſoꝝ ulꝰ neꝝ í illa ímortali carne cernētur ubi membra ut preciderentur percuſſa uel ſecta ſunt:ibi cicatrices:ſed tamen eiſdem mēbris redditis:non perditis appebunt.Quanuis itaq; omnia que acciderant corpori uitia tunc non erunt: non tamen ſunt appellanda uitia: ſed uirtutum inditia: hec Auguſtinus. Circa antē domini comeſtionem ſcias ꝙ corpus glorioſum non ex neceſſitate ſed ex poteſtate poteſt comedere:non in ſe ícorporando cibum:quia nihil extraneum recipit ſed eterna ſoliditate perſiſtit ſcilicet cōmſumendo ipſum. Aliter enim abſorbet aquam terra ſitiens. Aliter ſolis radius ipſam ſui uigoris calore conſumens. Sic dominus ex poteſtate & pietatis diſpenſatione cū diſcipulis poſt reſurectionem comedit:ut & uirtutem reaſſumpte carnis eius perſuaſibilem faceret:& ſui cordis amorem ad ipſos familiariter demonſtraret.Quia enim conturbati & conteriti eſtimabant ſe ſpiritum uidere:non carnem:ſeipſum eis palpandum tribuit: & mirantibus & letantibus familiariter per effectum cōmeſtionis uiutē eis ſue carnis oſtendit:non intendens eis perſuadere:ꝙ in illa beatitudinis gloria coruptibili ídigeatur cibo: ſed ꝙ plene reſurgitur in corpore uero. Attende etiam ꝙ in omnibus uiſionibus iſtis:licet ad fidem & ſpē & charitatem diſcipuloſ uellet formare:intendebat tamen illas tres uirtutes erigere in eis ad amplexū future inuiſibilis uite inqua í cludimur glorioſe in ieſu chriſto ſicut membra in corpore: ut qui nunc in nobis patitur:ip̄e etiam tunc glorificetur in nobis:& nos qui nunc in ſue paſſionis morte conſepelimur & in eius gratie merito radicamur: & per ipſum uirutum opera facimus tunc in ſue fruitionis premio ſecundum diſpenſationem portionis nobis debite:quam ipſe nobis in ſeip̄o ex mera ſua charitate diſtribuit eternaliter dei gloria fruamur in illo:propter quod apparens ieſus diſcipulis ſuis & dignis argumentis ipſos de fide reſurrectionis firmans & erigens eorum mentes & oſtenſa ſibi tam intima familiaritate cōnectens ſubito diſpebat quaſi hamus piſcationis diuine in illorum mentibus qui tantum ſtabat cū eis ut ei applicarentur amoꝛ: & tunc de profunda uoragine uicioſi amoris recurui ipſoꝝ eos educens:& a ſe ipſis quaſi totaliter eradicans dū ſic diſparebat ſubito in amorem ſui ipſius & inuiſibilis glorie tranſportabat. Sicut mater ſollicitiſſima aquilina prouocans ad uolādum pullos ſuos:& ſuper eos uolitans extendebat alas ſuas ſup eos:& í humeriſ uirtuis ſue aſpotabat.Vnde & ſicut infra dicetur poſt multos tales uolatus quibus ipſorum mentes prouocabat ad ſumma: uno uolatu completo in eorum oculis:ad dexteram patris aſcendit:& ubi illorum theſaurus erat ibi illoꝝ requieſcerent cordia.Et ideo non immerito angeli

UVA. BHSC. IyR_070

eis appẽtes poſt aſcenſum xp̃i ad celos eos conue
nienti nomine appellarunt.d.Viri galilei quid ſta-
tis aſpicientes &c.q.d.Vere uos eſtis uiri tranſmi-
grati a uobis auulſi & xp̃o inſerti. Quia etiam nõ
decebat xp̃m ĩ gl'ioſa uita diu morari ĩ terriſ:iõ táſu
bito diſpebat:ne eiſ occaſionẽ eroris tribueret:ꝙ ſci
licet reſurrexiſſet ſicut prius ad morandum in terriſ
uita animali. Attende autem ꝙ xp̃s corpus ſuũ di-
ſcipulis oſtendit ut ex ſupradictis patet:uerum pal
patione:uiuum comeſtione:Idem quod prius uul
nerum oſtenſione:glorioſum introductione clauſi
tenaculi:& ſubita diſpantione ſui:per que ſubtili-
tas & agilitas demonſtrantur corporis glorioſi.
Nec eſt credẽdum ꝙ ſolũ eis decies apparuit: imo
multotiens cum ad hoc ſolum ſuam aſcenſionem
tardaret.xl.diebus ut in eis prefatos ſue uirtutis ef-
fectus inſereret. Quod lucas ſatis in actibus ínuit
cum dicit:per dies.xl.in multis argumentis appa-
ruit eis:licet enim non poſſet concludi ꝙ quotidie
apparuerit:uidetur tñ ſatis expreſſe innui ꝙ ſepe ap
paruit.Et non ſolum illa ſigna ſola que ſcripta ſunt
amoris:ad eos & ſue omnipotentiſſime maieſtatis
eis oſtendiſſe credendum eſt:ſed etiam alia tantũ i-
effabilia:ꝙ ſpũs ſanctus in euangeliſtis habitans ta
lia ſigna non inſpirauit exprimere:quia incapabilia
forent inexpte menti.Et ideo magis elegerũt euá
geliſte illa ſigna ſacro ſilentio honorare: q̃ parum
uel nihil dicere:& inexpreſſibile uelle narrare.Sic ta
men ille diſcipulus quem diligebat ieſus:euangeli
ſta Ioannes iſta ſiluit quod ſcribendo ſignauit: &
menti deuote cogitanda reliquit cum dicit. Multa
quidem & alia ſigna fecit ieſus in conſpectu diſci-
pulorum ſuorum que non ſunt ſcripta ĩ libro hoc:
que ſi ſcribantur arbitror nec ipſum mundum poſ-
ſe capere eos qui ſcribendi ſunt libros. Quod non
intelligitur de quantitate chartarum ſed de altitu-
dine ſententiarum. Quod etiam Criſo.exponit pͥn
cipaliter de ſignis poſt reſurrectionem oſtenſis. Li
cet etiam poſſet intelligi de multis aliis ante mor-
tem. Ineffabilis enim fuit ipſe bonus ieſus ĩ ſuis
excellentiis in aſſumpta natura.Sicut radicatus & p
ſonaliter plantatus in eterni patris ineffabili uerbo
Quod etiam ſubtilitatem glorioſi corporis oſten
dit clauſo reſurgẽs ſepulchro.Et foribus clauſis ap
patens in diſcipulorum medio: non eſt intelligẽ-
dum ꝙ fuerit ſubtilitatis aeree:cum ipſe dicat apo-
ſtolis.Palpate & uidete quoniam ſpiritus carnem
& oſſa non habet ſicut me uidetis habere. Sed pro
tanto ſubtile dicitur:quia poteſt omne corpus non
glorioſum efficaciter penetrare.Et non obſtante il
lius groſſitie ſimul cum illo eſſe:& per ipſum libe-
re pertranſire. Quod uero legitur diſcipulis ap-
paruiſſe in forma peregrini:& ꝙ oculi eorum tene
bantur ne eum agnoſcerent:& ꝙ magdalena ipſũ
hortolanum eſſe eſtimauit:non eſt intelligendum
ꝙ in ſuo corpore glorioſo ſit uariatio figurarum:
que ſoliditati immutabilis ſue glorie repugnaret:
ſed hec poteſtas corporis glorioſi ꝙ ſeipſum mani
feſtat & occultat pro libito:& qualem uult figurã
ſui formare poteſt in paſſibili oculo.Et ideo ſapiẽs
& bonus ieſus tales figuras ſui in oculis diſcipulo
rum formabat quales eorum meritis & ſtatibus &
ſue intentioni in eis uidebat congruere.Nec ipſe ie
ſus reſuſcitatus laborabat ĩ procurãdiſ ueſtibus:qui
immortali gloria ueſtitus ſurrexit.Sed talium ue-
ſtium in oculis aliorum formabat figuras: quales
ſua ſapientia formanda pro aſpicientium qualitate
dictabat.Nec in hoc erat falſitas ſicut ſupra in ſimi
li per Aug.expreſſe eſt probatum. Attende autẽ
ꝙ in dote claritatis non fuit expediens reſurrectio
nem probari:cum ipſam in tranſfiguratione mon
ſtraſſet diſcipulis:etiam in carne paſſibili:Nec oculi
diſcipulorum ipſam ſuſtinere potuiſſent:ſicut eti-
am ibi patuit:propter quod uidetur ꝙ fuiſſet im-
pedimentum illius familiaris colloquii & amoro-
ſi cõſortii:quod eis intendebat ingere:dum eos ex
nimio ſplendore ſui proſtratos & tremefactos in
ſe non ſiniſſet aſpicere.Non autem forte inconue
niens eſt credere:ꝙ in illis ineffabilibus ſignis de q
bus dicit.Ioannes ꝙ non ſunt ſcripta:ipſam excel-
lentiam ſue claritatis ſimul condeſcenſiue & maie-
ſtatiue oſtenderet:tamen in hoc ꝙ clauſis intrauit
ianuiſ & ſubito diſparuit ſubtilitatem & agilitatem
monſtrauit.Nam impaſſibilitas ſatis oſtenditur qr
ritus ſanctus dat ſibi:cõmaculat:nec permittit ſe e-
leuari ad guſtus ſpiritualis amoris carnalibus dele
ctata. Et ſi quando eleuatur nõ ꝑmittit ſe tm̃ eleua
ri quantum uellet ille fluxus:& poſtq̃ ibi eſt: non
permitrit ſe teneri: ſed ſemper ex ſuo pondere ad
ima relabitur. Et quantuncunq; iſta bona deſtruat
ſpiritus ſancti:ipſa tamen non uult reputare ſe uilẽ:
ĩmo ſe reputat aliis meliorem:& bona ſua accumu
lat:& aliorum anihilat:& ſuos ſibi defectus occul-
tat:& que deus facit in ea ex mera pietate & gratia
dicit proceſſiſſe de ſua induſtria:& uidet ꝙ ipſa eſt
deo ingrata de preteritis beneficiis:& de deo con-
q̃rit̃ ꝙ ſibi maiora nõ fecit:& ſua peccata anihilat:
diabolo: carni:& mũdo ĩpie tribuẽdo: ĩmo ꝙ blaſ
phemum eſt ipſi deo dicens ꝙ ipſa uitare non po
teſt:quia deus non uult eam adiuuare:cum tamen
ipſa continue ipſum & eius adiutorium collaphi-
zando reiiciat. Videt etiam anima ſe horrere omẽs
auſteritates & omnes penales afflictiones actuum
penitentie:& inclinari auide ad delectamenta con
traria. Videt etiam ſe fugere omnem perſecutionẽ
omnem tribulationem:& omnem anguſtiam: &
uerecundiam:uel minorationem ſui honoris pro
defenſione ueritatis & honoris chriſti: ĩmo ſic ſe
impiam uidet ꝙ ut poſſit habere honores & deli-
cias huius uite:ueritatem cognitam in ſeruis dei in
ſequitur & impugnat. Videt etiam ſe tantum effer
ri:& ſic impie ſe ipſam amare: ut ſola uellet uide-
ri ſapiens:bona:& uirtutibus plena:propter quod
proximo detrahit:& inuidet bonis ſuis:niſi ꝑ blã
dicias & uanas laudes ſue ambitioni deſeruiat:im-
mo nec ipſum deum diligit:niſi faciat ſibi bona:
& illam exaltet ſuper omnem creaturam. Et uidet
ꝙ de ſemetipſa unum facit iniq̃tatis deum: ad cu-
ius delectandam malitiam more luciferi omĩa or
dinare uidetur:& ꝙ iſta impia mala non ſint in ſe-
ipſa:uidet ꝙ ſolum eſt ex mera dei gratia: propter
quod talis horret ſemetipſam ſicut abyſſalem ĩfer-
num:& armatur pleniſſimo odio ſui:in quo eſt ꝑ-
fectio & conſumatio omnis boni. Vnde a tali aĩa
nullius appetitur uindicta niſi ſue malitie:propter
quod ſequit̃ ꝙ delectat̃ ĩ ſuis opprobiis & tribula
tionibus:ſicut in uindicta ſui horribilis hoſtis. Et

UVA. BHSC. IyR_070

ſi a quacunque perſona ſibi tribulatio inferatur ꝓ
magno beneficio recepit:dicens ꝙ deus & ſemet
ipſum & ipſam animá uindicat de ſuo hoſte mali-
gno:propter quod proximo perſequenti non ira-
ſcitur:quin potius ipſum tenere diligit:ſicut obedi
entem miniſtrum iuſtitie dei:& ſibi magna benefi
cia conferentem.Et ideo talis anima omnes excla
mationes ſcripture & orationes in quibus petitur
deus exurgere & proſternere hoſtes ſuos mirádo:
& odio ſui optimo in ſeipſam retorquet:& de ſeip
ſa dici deuote aſſumit:ſeipſam reputans principaliſ
ſimum hoſtem dei:& oẽs ſuos cõceptus & actus:
quos ipſa a ſemetipſa & per ſemetipſam facit:repu
tat hoſtilem exercitum dei uoluntatẽ diuinam re-
bellantem continue:& nitentem ĩpedire in ſe & in
aliis omnia dei dona:& ĩtroducere ſua deſideria &
opera mala:propter quod qñ audit cãtari.Exurgat
deus & diſſipentur &c.Videtur ſibi ſepe ꝙ etiá ſen
ſibiliter uideat cateruam proprioꝝ maloꝝ a ſemet
ipſa per gratiam reuocata exire.& a conſpectu diui
ne maieſtatis ipſam dulciter ãplexãtis aufugeř. Et
qñ ad miſſas accedit: & dicit.Iudica me deus:& diſ
cerne cauſam meá de gente non ſancta &c.genera
litatem omniũ malorum predictorum a ſe quan-
tũ eſt ex ſe gẽitam petit deuote a cauſa ſui acceſſus
ad altare ſeperatiue diſcerni: & ſemetipſum ſentit
hominem iniquum & doloſum:a cuius fraude &
tyrãnide petit eripi. Sic & quãdo dicitur de ore leo
nis libera me domine:ſemetipſum ſentit leonem
rugientem ſeuiſſimũ & iracũdum cõtra omne dei
donum circuientẽ & querẽtem deuorare omnem
gratie influxũ:& ſic in ſimilibus omibus ĩtelligas.
Nam talis ſtatus per maximum dei lumen guſtat
continue ſanctiſſimũ odium ſui:certiſſime ſciẽs ꝙ
deus ſumme bonus eum fecit inexpugnabilem:ut
non poſſit uinci:niſi ipſe ſeipſum uincat:& ꝙ non
poſſit ledi ab aliquo quocũque creato niſi a ſemet
ipſo:& ꝙ tanta eſt crudelitas ſui in ſeipſum ꝙ non
põt a tyrannide crudeli proprie malitie eripi:niſi ꝑ
ſupereffluens & ĩfinitum meritum & adiutorium
ieſu chriſti.Ex hac recognitione & odio ſui ſequiť
ꝙ perfecta ordinatio ad proximũ: quia eũ reputat
bonum & ſe malum:& in illo uirtutes & gratias re
ſpicit:& defectus & uitia per charitatẽ operit : niſi
forſitan prelatiõis officio urgeretur: & idcirco ſem
per uellet ſubeſſe:preeſſe nunq̃. Et uidet ꝙ a pro-
ximo multa beneficia recipit per gratias & uirtuteſ
quas uidet in eo. Ipſe uero per malitias quas in ſe
uidet:ut dictum eſt ſupra ſentit ſe oneroſum ꝓxio
& damnoſum:& etiam toti mundo:propter quod
proximo ĩ oĩbus ſe ſubiicit & anihilat ſub pẽdibus
ſuis.Et quia gratias dei uidet in ſe cõtumelioſe ſta
re:in proximo uero uidet ſtare cũ dei honoř & mũ
di utilitate:gratias proximi cum multa dulcedine
intuetur & laudat:ſuas uero ut fermẽtatas & uiciis
multis ámixtas aſpicit:& ideo magis ex eoꝝ aſpe
ctibus incinerantur:& flet q̃ inaniter extollať.Nec
ab huiuſmõi hũiliatione ſui ſub proxĩo retrahitur

propter pñtem malitiam ꝓximi : qui ſtatim leuat
oculos ad ſecretam prouidentiam dei qui ſepe ꝓ
preſenti peſſimos per infuſionẽ ſue gratie facit ma
gnos.De hoc Gregorius.xxviiii.moꝝ capl'o.xiiii.
Nemo de ſuis operibus extollatur . Nemo deſpet
eos quos adhuc frigidos uidet. Quis eni crederet
ꝙ per apoſtolatus gloriam lapidatum Stephanum
ille precederet:qui in eius morte omnium lapidan
tium ueſtimenta ſeruauit.Sic ergo ad iſta dona uel
iudicia occulta recurrimus:nullos oĩo deſperantes
nec illis nos in corde noſtro preferimus:quibus ꝓ
tempore prelati ſumus: quia & ſi iam uidemus q̃-
tum preceſſimus:neſcimus quantũ dũ currere ce-
perint procedamus:hec Grego. Si autem anima
libere non poteſt iſtam uoraginem malitie eſtima
re de ſe:ita ut in hanc uirtutem ĩfluxus ſpiritus ſan
cti non poſſit uelocius per ipſam currere:quam agi
lis equus per planũ ſciat: ꝙ radicales tumores ma
litie & ſuperbie & ſui uitioſi amoris adhuc uigẽt in
ipſa:& ipſam in ſui cognitione excecant : unde nec
iſtam crucem hẽre poterit in ſe plene . Illuminatur
etiam in cognitione dei & humanitatis chriſti: ꝙ
de ipſo ſentit piiſſime altiſſime & ſapientiſſime.Vn
de ipſa complet in ſe illud Sapiẽtie. Sentite de dño
in bonitate:& in ſimplicitate cordis querite illum.
Propter quod ſentit ꝙ non ſolum bene ſed optĩe
omnia fecit & uidet ꝙ ſuauiter omnia diſponit: &
potenter omnia & ſingula ad proprium finem du
cit:propter quod pacem habet in omnibus operi
bus dei:& ſentit ꝙ deus q̃tum ex ſe eſt omnibus
creaturis optime fecit ſecundum exigentiam ordi
nis quẽ elegit. Vnde nec diſputat:nec dubitat: nec
rationẽ querit de operibus eius : ſciens ꝙ uie eius
uie pulchre & omnes ſemite eius pacifice : licet cũ
hoc ſint inueſtigabiles uie eius:ꝙ etiá menti quie
tate & illumĩate dulciſſime ſapit.Videt enim ꝙ ab
intellectu carne artato non debet ĩueſtigari:nec de
bet uelle cõprehẽdi alta profunditas ſapĩe eius: cu
ius ſapientie non eſt numerus. Tenet autem certiſ
ſime ꝙ deus in omnibus facit q̃tum ex ſe eſt: quá
tum melius fieri poteſt:& debet ſecundum exigẽ-
tiam ordinis ſapiẽtie:miſericordie:& iuſtitie: qr or
do non debet omitti: quia ſi omittereť non ſic in
omnibus honor appareret diuinus:quem ſolum
aĩa iſta ſitit.Et nota ꝙ ad malũ effectũ creatum uel
creabilem inq̃tum tale diuina potentia limitatur
uel coartatur: niſi poſſit & illum omitteř: & aliter
melius uel plus & minus facere:ita ꝙ ſemper dõa-
tiue & libere ſuper omne creatum & ĩmenſum ſu-
perferť:& licet facere ellegerit que non facit:& mo
do quo facit ꝓ meliori ſecundum ordinẽ ſapientie
iuſtitie & miſericordie:ſecundum quẽ eius uolun-
tas opatur:ſicut & qñ:& q̃tum uult. Si tamen aliũ
ordinem elegiſſet:ĩmo mille milia alioſ modoſ ſeu
ordines producendi:gubernandi:beatificandi crea
turas qui utiq; ſibi ſunt poſſibiles & nobis ignoti
ita ſaluaret in eis regulas predictas:que libertatem
non minuũt:ſed decorant & augent:ſicut in ordĩe

UVA. BHSC. IyR_070

quem nūc elegit pro meliori. Et ideo ita debemus
dicere ꝙ deus facit ſemper quod eſt meliuſ: & quā
tum poteſt ſecundū ordinem iſtū dū: tamen ītel-
ligamus ꝙ ſi aliter uellet facere uel uoluiſſet ꝙ ſē-
per eſt melius quicquid deus facere eligeret: ita ꝙ
ſemper eum ītelligamus omni ſuo effectui creato
quo ad omnia libere ſuperferri. Et ideo ſic ītelligas
de potentia dei quo nihilcūqꝫ aliter diceretur in to
tus huius libri decurſu: ꝓ quāto autem aſſumptio
humane nature ieſus in unione diuine perſone ter
minatur: & dicit reſpectū ad aliquid increatū nihil
hoc poteſt intelligi melius. Sicut deo nihil eſt ma
ius nec utilius. Et ſingulariter intellige de excellen
tia uirginis marie matris ꝓ ut fecūditas ſibi data a
ſpiritu ſancto terminatur ad generationē diuine ꝑ
ſone in ſua humana natura. Et iſto modo nihil ie-
ſu uel eius matre eſt aliquid factibile uel factū me-
lius nec eque bonū: nec omnia creata alia ſimul ſū
pta. Ad uidēdū autē quomodo deus optime fa
cit omnia & tamē aliter poſſet facere: cōſidera aīa ī
deo duplicē modū omnipotētie eius. Primus ē cō
ſiderare omnipotētiā dei ſub abſoluta ratiōe ſue ī-
firmitatis: non habito reſpectu ad ordinē quē ſibi
ſtatuit in iſto mundo creato ſecūdū exigentiā mi-
ſericordie: ſapiētie: & iuſtitie. Et licet uideat ꝙ ſecū
dum iſtum reſpectū potentie ipſe poſſet damnare
electos & ſaluare reprobos: uidet tamen ꝙ ille qui
non pōt errare non elegit ſecundū illū modū potē
tie dei operantis ſecundū regulas miſericordie ſapi
entie & iuſtitie ſaluis naturis: quas in complemētū
uniueſi creauit. Et licet potuerit alium mūdū facer̄:
& alio modo: nō tamē debet anima dubitare ꝙ ipē
deus benedictus optimus ſtatim enim arguit nihil
optimū modū elegit & hoc ſufficit anime deuote
pro ratione ſcire: quia deus ſic fecit plus querēdo:
ergo optime fecit: ꝓpter quod uidet ꝙ uec demoī
bus nec dānatis ſue dānationis uel minimā occaſi
onē dedit: imo qđ plus eſt quantū requiſiuit ordo
triū predictoꝝ miſericordie ſapientie & iuſtitie eis
ſalutis ad iuctoriā tribuit. In electis uero īdet ꝙ ex
mera gratia nulla ratione ex parte ipſoꝝ ſue ſalutis
reperta ſue p̄deſtinationis gratiam imꝑtit᷑. Quare
uero iſtis & non aliis ſufficit aīe fideli & quieſcenti
in deo ſentire ꝙ ex ſua mera & libera uoluntate &
gratuita miſericodia ſue infiuite bonitatiſ ꝓcedit:
que quia nō poteſt niſi rationabiliſſime ager̄: ratio
biliſſrmū fore non dubitat. Super creaturā uero rō
nalē reprobā ſuper quam uidet ſtare īmobilem ani
maduerſionē ſententie iuſti iuditii dei non cogitat
ex diuina crudelitate: qr in deo nulla ē uel ex odio
ad eos: cū nihil odiat eoꝝ q̄ fecerit: ſed eas nobiliſ
ſimas creaturas condiderūt & ſibi mltos effectus
miſericordie magne tribuerit talē īmobilē ſentētiā
ꝓceſſiſſe: imo quanto plus humana infirmitas mi
nus poteſt dei iudicia cōprehēdere: tāto debet rati
onabilius cogitare ꝙ hoc ꝑꝑ abyſſum illius iuſtitie
& clare rationis refulgentis in ipſa non ſuffit intue
ri: que tanto magis eſt iuſta quanto magis in eter

nitate firma. Attende autē ꝙ qr omnes uie dñi
miſericordie & ueritas: ideo tam in reprobis q̄ in
electis miſericordie & iuſtitie miſcet effectus: ſed
etiā reprobis illis ex ſua malitia effectus miſericor-
die corrūpentibus & iuſtitie actus incitantibus ſub
iuſtitie punitione eoꝝ doloſe termiantur euētus:
ꝑꝑ qđ in eis effectus iuſtitie magis refulgere uidet᷑
In electis uero per gratiam redēptiōis ieſu xp̄i iflu
xus ſp̄us ſancti licet in eis multas faciat iuſtitias pu
nitiuas: ī ſinum tñ miſericordie eoꝝ uite decurſus
in fine dilabitur ꝑꝑ qđ in eis miſericordia ſupexal
tat iudiciū. Attende etiā ꝙ totus decurſus uite
electoꝝ a diuina ſapientia ꝑ miſericodiā & iuſtitiā
temperat᷑ īfluēte gratia xp̄i in eos ſecundum illam
menſuram qua predeſtinatix gratia illos elegit in
xp̄o: & quam ſibi xp̄us meruit in ſeipſo: & ubi eos
chriſtus poſuit in merito ſue crucis: ibi ſunt & ibi
finaliter terminātur. Et ideo ſecundū maiores infe
ctiōes uiciorū & reſiſtentiaꝝ malitie ꝓprie ī electis
retardatur effectuſ gratie ꝑ ipſoꝝ rebellionē: donec
ſapiētia & iuſtitia contempantes cum miſericordia
eos in xp̄i menſurā eis in xp̄o mēſuratā adducant.
Et qr multi ſunt īefecti reputatione ſui: & ad ſe dili
gendū ſuꝑbe diſpoſiti: qđ quidē iuſtitia portare nō
poteſt: imo niſi iſta excluderētur ab eis: eoſ neceſſa
rio haberet dānare. Vide amoroſū curſū diuine mi
ſericordie in talium procuranda ſalute. Sepe enī p̄-
deſtinatrix gratia tales ſic infectos ad maxima cariſ
mata elegit ī xp̄o: quos niſi ſepe relinqueret ruere
in infectionibus carnis ſue: de qbus ruinis eos pōt
ſecūdū taxatū ordinem miſericordie reuelare: & de
manu diuine iuſtitie educere peius ruerent in ſui p̄
ſumptuoſa reputatione & ſuperbia ſue mētis que ē
īpuritas & magis deo odibilis & īportabilis q̄ ani-
ma habere poſſit. Et qr ſicut dictū ē recognitio ſue
ꝓfunde iniquitatis & ex hoc odiū ſui eſt fundamē
tū omnis ſtatus ꝑfecti. Ad hoc odiū & ad hanc ſui
cognitionē tales uenire nō poſſēt: imo ſi deus eos
duceret ꝑ uiā puritatiſ & īnocētie: & eis illā puritatē
daret: etiā quā poſtea dat poſt crebrā ruinā ꝑꝑ diſ
poſitiones quas habent ſue preſūptuoſe reputatio
nis. Sic ꝑ ſuꝑbiā īpie ruerent ꝙ ſaluo ordine diuine
ſapiētie & tēperamēto iuſtitie & miſericordie iuſti-
tia punitiua eos etenaliter abſorberet ꝑꝑ quod qñ
diuina ſapientia & gratia uidet ꝙ nō poteſt nos du
cere ꝑ uiā ſibi placitā puritatis & inocentie uite ad
ſtatū gratie quem nobis menſurauit in xp̄o miſeri-
corditer ſimul & iuſte nos permittit dure tentari &
aliquādo diſpenſatiue ī multa ſcelera ruere: ut ſic in
nobis ſepe cofuſi ſaltem ſero cognoſcamus ꝙ non
habitat in nobis: hoc eſt in carne noſtra bonum: &
multo minus in noſtra mente ſuperba. Attende
autem ꝙ quia tales electi permittuntur tentari pro
pter: cordiſ eorum ſuperbias edomandas: non ſolū
debent ſe reputare infirmos propter porcinas ten-
tationes quas habent: ſed ſuperbiſſimos demones
propter ocultas & radicatas in eis ſuperbias: propē
quas dei gratia ſaluo ſuo ordine non potuit in eis



UVA. BHSC. IyR_070

operari puritatem ne eis fieret in ruinā.Ex qua hũi liatiõe in nobis effugata ſupbia & amore nr̃i:a quibus orit̃ oē obſtaculū gratie iam ex tunc expurgamur a fecibus cõcupie:ut p hoc tranſportemur in ſtatū crucis prefate.Sic ergo potes uidere ꝙ lapſus electoꝝ ex diuino munere in eis coopat̃ in bonū Sicut bñ declarat Greg.ſup illo uerbo:Iob.iiii. Aut pforabis armilla maxillā eius moꝝ.xxxiii.Et i multis aliis locis.Ibi tñ exēplificat de lapſu dauid & petri:ubi oñdit quō ex uulneribus carnis deus facit medicamentū & ſanat uulnera mentis. Quō uero deus electos p tentationes ducat:& p tentatiões ſibi ppam nihilitatē oñdat & eos cadentes ſup manū pietatis ſue ſuſcipiat:nec eos pmittat abſorberi a culpa ſed eos releuet in maiori gr̃a:elegāter beatus Ber.hoc deſcribit ſup.Qui hitat:ubi de tētationibus loquēs ſic.d.hic premonitos eē uos uolo neminé ſup terrā abſq̧ tentatiõe uicturū:ut cui forte tollit̃ aliqua alterā ſecurus:aut pauidus magis expectet:& ſic petat ab una liberari:& nūq̄ ſibi in corpe mortis huiuſ libertatē pfectā ſeu requiē audeat polliceri.Qua i re cõſiderāda nobis eſt tā benigna erga nos diſpenſatio diuine pietatis:ut quibuſdā tentationibus patiat̃ nos diutius occupari:ne forte piculoſiores occurrant.Ab aliquibus uero citius liberet ut poſſimus in aliis quas nobis utiliores forte puidet exerceri.Et idē Ber.ſup Canti.dicit Ser.xiii. Quid mihi cū uictoria ſi nec i prelio fui? Imprudētiſſime mihi arrogo uel gloriā ſine uictoria:uel uictoriā ſine pugna.Itē ſup qui habitat Tot tentationibus plena eſt uita nr̃a:ut nō imerito ipſa tota tentatio debeat appellari.Idē in ſermone de.xl.Sed qd ſumus nos aut que ē fortitudo nr̃a:ut tā multis tētationibus reſiſtere ualeamus?Hoc erat certe quod querebat deus:ad quod nos ducere p tentatiões ſatagebat ut uidentes defectū nr̃m:& ꝙ nō nobis ſit auxiliū aliquod:ad eius miſericordiā tota hũilitate recurramus.Idē ſup qui habitat.Cū ergo tentatiõis ĩpetū ſentimus in cogitatione: ſtati fugiamus ad ipſum:& humiliter poſtulemus auxiliū.Oēs enim aliqñ cadere neceſſe eſt:dū in hoc ſeculo detinent̃:ſed alii collidunt̃ & alii non:quia dñs ſupponit manū ſuam.Sed quō eos diſcernere poterimus:ut ſegregemus iuſtos ab iniuſtis:ueꝝ hoc intereſt inter eoꝝ caſus:ꝙ iuſtus ſuſcipitur a dño:ideoq̧ fortior reſurget.Iniuſtus aũt cū ceciderit non adiiciet ut reſurgat:imo aut in pudorē noxiū aut in ĩpudētiam cadit:aut enĩ excuſat quod fecit:& hic ē pudor adi i ciens peccatū:aut fit eis frons meretricis:& iam nō deū timet nec hoīem reueret̃:predicatq̧ ſicut ſodoma pccm̃ ſuū.Iuſtus aũt ſup manū dñi cadit: & mito quodā mō etiam ipſū peccatū ei iniuſtitiā coopatur.Nõne cooperat̃ nobis ille caſus in bonū:uñ meliores efficimur & cautiores. Nõne dñs cadentē illū ſuſcipit qui ab hũilitate ſuſcipit̃.In creatione & redēptione ceteriſq̧ cõibus bñficiis eſt deus oīum ſed in tentationibus tāq̄ proprium eū hēnt ſinguli electoꝝ. Sic enĩ patus eſt & cadentē ſuſcipere:& eripe fugientē ut uideri poſſit:relictis oībus aliis ei ſoli operā dare propterea expedit oī aīe deū ſemp attendere:tāq̄ non ſolūmō adiutorē:ſed etiā ĩſpectorem:hec Ber. De utilitate etiā tentationum dicit grego.ix.moꝝ.ca.xi.ꝙ deus quos pdire in affrenatione illite libertatis cõſpicit obiectiõe aduerſitatis frangit.Et.xix.moꝝ.ca.x.ponit̃ exemplū helie q tante uirtutis extitit & tot patrator miraculoꝝ fuit:ut ignē de celo traheret & duos quinquagenarios & ſuos cõbureret:celū a pluuiis clauderet & mortuos ſuſcitaret:& tñ Iezabel q̄uis reginā tñ muliercu lā fugit.Sed illa potentia uirtutis:iſta infirmitas:cuſtos uirtutis fuit.In miraculis mõſtrabatur helias. In infirmitatibus ſeruabat̃. Ponit̃ etiam ibi exēplū pauli cui ieſus in conuerſione ſe oñdit: lumen corporis ad tēpus perdidit:& lumen cordis in ppetuū accepit:ad ananiam mittit̃:& uas electiõis uocat̃:& poſt de ipſa ciuitate p feneſtrā in ſporta dimiſſus per muꝝ fugit:uñ qui in celo deū conſpicit in terra hoīem fugit.In padiſū ducit̃:& a ſathan tētatur:& hec oīa qa uirtus in infirmitate perficitur. Dicit etiā grego.xxii.moꝝ ca.x.ꝙ nemo pōt p̄lia tentationū ſubiicere:ſed aliud eſt bella fortiter ppeti:aliud bellis enormiter expugnari.Et.xxiiii.moꝝ ca.vi.dicit ꝙ nō pōt in hac uita tentatio deeſſe peccati:ſed aliud ē pccō tentanti reſiſtere:aliud dānanti ſeruire.Et xxvi.moꝝ ca.xx.dr̃ ꝙ beſtia & diabolus antrū ſuū ingreditur & ibi morat̃.i.i mētes peccatoꝝ quos tentat:& ad cõſenſū & opationē pducit.Sed mētes iuſtoꝝ ingredit̃ nec ibi morat̃:quia p gr̃am phibet̃.Et ibi dr̃ ꝙ cor iuſtoꝝ licet ſuſtineat diaboli ĩpetum:ñ tñ eſt eius antrū.Et xxi. moꝝ ca.iii.dicit:ꝙ tentatio hũana eſt qua tangimur &c. nolentes.Sed demoniaca eſt:cū ad conſenſū ſequētes aſtringit:propter quod.xiii.moꝝ.ca.vi.dicit ꝙ antiquus hoſtis nos ad culpā ſine nr̃a uolūtate nō rapit:& quia quod ipſe ſuggerit ex propria uoluntate implemus:quaſi cum ipſo nos piter uulneramus.Et.xxiiii.moꝝ.dicit ꝙ tentatio ē bonū ſignū quia diabolus eos pulſare negligit:quos quieto iure ſe poſſidere ſentit:& ideo poſt baptiſmū ſe dñs tentare pmiſit:ut ĩnueret ꝙ membra eius poſtq̄ ad deū pficerent tūc acriores ĩſidias tolerarēt.Et.xxix. moꝝ.ca.xvi.dicit ꝙ hoſtis plus tentat quos ad iuſtitiā eniteſcere cõſpicit:ut plerūq̧ plus ſe urgeri tētationibus ſentiant:q̄ eū lucis interne radios nō uidebant:& has tentatiões dominus tēperat. Vnde.iii.moꝝ.capitulo.ii.&.xix.dicitur ꝙ deus ſuum electū cuſtodiendo deſerit:& deſerendo cuſtodit. Et.ii.moꝝ.capitulo.ix.dicitur ꝙ cum multa mala electis eueniunt:dominus ex tempore diſpenſat: ut que aceruata perimerent poſſint diuiſa tolerari. Et.xxxiii.moralium.capitulo.xii.dicitur ꝙ dñs i naribus leuiathā circulum ponit: ideſt ſua potentia eius ſagatiam in tentationibus reſtringit ne contra infirmitates hominum tantum preualeat: quantum perditionis augmento latenter explorat. Et.x.moꝝ.capi.xv. dicitur ꝙ deus tentatos nō de

UVA. BHSC. IyR_070

ſent: qr quo nos durius ex diſpẽſatione dominus
pcutit eo ãplius ex pietate cuſtodit.Et.xxix.moꝝ.
capi.xvi.dicitur ꝙ ſpiritus ſancti gr̃a tentatiões ad-
uerſarii diſpenſando modificat: ut ſimul multe nõ
eueniãt:& ipe tantũmõ que fieri poſſũt: illuſtratã
iã dñs animã tangant.Sed.vi.moꝝ capi.iiii.dicitur
ꝙ hoſtis quaſi iermis uincit cũ apte mala ſuggerit
ſed armatus uenit quãdo bona alia latenter itacta
deferẽs alia latenter corrũpit. Et.xxxii.moꝝ.xviii.
&.xix.capl'is dicitur ꝙ in hoc diſtant ſuggeſtiões
behemot a conſiliis ꝙ p illa aperte noxia ſuggerit:
per hec autẽ q̃ſi ex bono conſulens ad culpã trahit:
& ꝙ aſtuta eius conſilia dũ blanda ꝑuiſione cõſu-
lunt: cor a forti intẽtione puertunt.Dicit autẽ.xxvi.
moꝝ.capi.xx.ꝙ non reprehẽdimur: ſi male cogita
tiones ueniũt: ſed cũ morantur qr in bonoꝝ corda
etiã ueiũt: ſed a cordis lumine citius hoſtẽ repellũt
& ſi repẽriue tẽtantur: nõ cõſentiunt. Quocũq; au
tem modo tẽtationes electis ueniant: pietates ieſu
eis i bonum couertit: & hoc mẽs delectabilit̃ ualde
cõſpicit cũ eã ſpõſus ad ſuũ cubiculum itroducit.
De hoc Ber.dicit i ſermõe.xxiii.ſuper cãtica: loq̃ns
de cubiculo ſpõſe: ubi uocat cubicl'm ſpõſe modũ
regiminis quẽ deus tenet circa electos.Eſt iqt locus
ubi uere q̃eſcẽs & q̃etus cernit' deus locus omnio
non iudicis: nõ magiſtri: ſed ſponſi.Clare ibi agno
ſcitur miſericordia domini ab eterno & uſq; in eter
num ſup timẽtes eum Et felix qui dicere põt: pti-
ceps ego ſũ omniũ timẽtium te & cuſtodientium
mandata tua.Stat ꝓpoſitum dei: ſtat ſentẽtia pacis
timẽtis eũ: ipſoꝝ etiã diſſimulans mala: & remune
rans bona: ut merito mõ eis nõ tantũ bona: ſed &
mala cooperentur in bonum. O ſolus uere bea
tus cui non iputauit dominus peccatũ. Nam quis
nõ habuit peccatum? Nemo. Omnes enim pecca-
uerunt & egẽt gloria dei. Quis accuſabit aduerſus
electos dei? Sufficit mihi ad omnem iuſtitiã ſolum
habere ꝓpitiũ: cui ſoli peccaui. Omne qđ mihi ipe
non iputare decreuerit: ſic eſt quaſi nõ fuerit. Non
peccare dei iuſtitia eſt; hominis iuſtitia indulgentia
dei: uidi hoc & intellexi illius ſentẽtie ueritatẽ. Oĩs
qui natus eſt ex deo nõ peccat: qr generatio cele-
ſtis ſeruat eũ. Generatio celeſtis eterna p̃deſtinatio
eſt qua electos ſuos deus dilexit & gratificauit i di-
lecto filio ſuo ante mundi conſtitutionẽ: Sic in ſcõ
appentes ſibi ut uiderent uirtutẽ ſuam & gloriam
ſuam quo eius forent conſortes hereditatis: cuius
& appent conformes imaginis. Hoc igitur aduerti
quaſi nũq̃ peccaſſe: quoniã & ſi qua deliquiſſe ui-
dentur in tempore: nõ appet in eternitate: qr chari-
tas patris ipſoꝝ cooperit multitudinem peccatoꝝ.
Et dixi beatos quoꝝ remiſſe ſũt iniquitates & pec-
catã: cum ſubito tanta quoq; mihi de me ſuborta ẽ
fiducia: & infuſa letitia eſt: quãtus in loco horroris
.i.in loco ſecunde uiſionis. Iudicii reproboꝝ non
preceſſerat timor. Ita ut mihi uiſus ſim: tanq̃ unus
ex illis eſſe beatus. O ſi duraſſet. Iterum atq; iterum
uiſita me domine in ſalutari tuo: ad uidendũ in bo
nitate electoꝝ tuoꝝ: ad letandum in letitia gentis
tue. O uere quietis locus: & quem nõ imerito cubi
li appellatione cẽſuerimus: in quo deus non quaſi
turbatus ira: nec uelut diſtentus cura proſpicit': ſed
ꝓbatur uoluntas eius in eo bona beneplacẽs & per
fecta uiſio iſta nõ terret: ſed mulcet: inquietã curio-
ſitatem ſedat: nec excecat niſi fatigat ſenſus: ſed trã
quillat: hic uere quieſcit'. Tranquillus deus trãquil
lat omnia: & quietũ aſpicere quieſcere eſt: cernere eſt
regere: poſt diuturnas forenſium quaſi lites cauſa-
rum dimiſſis aſe turbis cauſaꝝ moleſtias declinãtẽ:
petentẽ de nocte diuerſoriũ: cubiculũ introeuntẽ
cũ paucis quos hoc ſecreto & hac familiaritate di-
gnat' eo certe ſecurius: quo ſecurius quieſcentẽ: eo
ſerenius ſe habentẽ quo placidius ſolũ intuentem
quos diligit. In hoc archanum & in hoc ſanctuariũ
dei: ſi quem fortaſſe noſtrum aliqua hora rapi con
tingerit poterit quidem h̃ cũ ad nos redierit gl'iari
& dicere. Introduxit me rex in cubiculũ ſuum: huc-
uſq;: Ber. ad litterã i predicto ſermone. Non propt̃
hoc autem electoꝝ peccata ſunt eis minus defleda
& lamentanda: qr deus inde eis eliciat bonũ. Sed tã
to magis debet quiſq; gemere deũ offendiſſe: quã-
to magis ſentit ipius bonitatem: eius malitiam in
offẽſis horribilibus noluiſſe derelinquere: imo q̃ſi
iſti ſoli ſciunt flere: & ſuas malitias cognoſcere: &
ſolum in eternum domini miſericordias decantare
Quod autem electorum peccata ſint uere culpe &
ideo diſplicibiles: licet ſit ꝑ ſe notum mẽti illumiã
te: qr impoſſibibile eſt ꝙ ſũmo bono nõ diſpliciat
malitia & ꝙ ſũme iuſtus non puniat male acta: tñ.
Gregorius hoc aperte aſſerit & probat libro moꝝ.
.ix. ſuper illud. Iob.ix. uerebar omnia opera mea ſci
ens ꝙ non parceres delinquẽti ubi dicit' ꝙ nequaq̃
peccato pcitur: qr nullatenus ſine uindicta relaxat':
Et ibi probat ꝙ delinquẽti pcitur: qr petrus negãs
reſpectum ſaluatoris: ad contritionis lachrymas
uocat': & paulus in terra xp̃m perſequens ab eo de
celo conuertitur: & non ſine ultione pcitur: quia ul'
homo punit uel deus cum homine: unde & de pe
tro ſubdit': ꝙ egreſſus foras fleuit amare. Et de pau
lo. Ego oſtendam illi quanta & cetera. Similiter po
nit ibi exemplum de dauid: cui cum poſt contriti-
onem dixiſſet dominus: trãſtuli peccatum tuum:
tamen poſt multis cruciatibus afflictus: ac fugiẽs
filii perſecutionem: reatum culpe quam perpetra-
uerat exſoluit. Similiter ponit exemplum de pec
cato originali: quod licet nobis dimittatur i baptiſ
mo: tamen ex hoc adhuc corporaliter obimus: &
ſic pius ieſus & parcit dimittendo culpam: & nõ ex
toto parcit: quia ſemper infligit aliquam reatus pe
nam: propter quod patet: ꝙ nullum peccatum eſt
impunitum etiam in eo qui facit illud: ſed maxima
charitas ieſu ipſas penas punitiuas preteritarum cul
parum in electis per uirtutem patientie cõuenit in
maxima lucra meritorum: unde & ipſas pũitiones
eiſdem facit cooperari in bonum. Sicut patet in pre
dictis exemplis. Et licet aliquas penas ab electis re



UVA. BHSC. IyR_070

quirat dei iuſtitia:tamen principaliter penã ſolués eſt piiſſimi ieſu pena pro nobis in ſua paſſione aſſumpta: propter quod electi tranſportantur tantum in bonum ieſum: uidentes ꝙ ipſe ſolus eſt bonum redempte nature:quod principaliter gaudét & dolent ĩ xp̃o ieſu illo duplici dolore & duplici gaudio ſupra deſcripto.Et tãtũ reputant ſe imẽſum gaudiũ quod deus hẽt in ſe:& quod aſſũpta natura hẽt in uerbo:ꝙ omnia alia gaudia huius uitẽ quaſi fugiũt ut doloré:& ideo nec ab ipſis terrenis gaudiis mentalit̃ imutant̃. Intellige ſane ꝙ licet iſti habeãt naturales paſſiões & leticias quas xp̃i pietas ĩ eis duplicat:tñ quieté mẽtis & ordiné uirtutis ex ipſis nõ ꝑdunt. Similiter tantũ reputant fore dolendũ de diuinis offẽſis:tam a ſe q̃ ab aliis ipie cõmiſſis:& maxime de illo crudeli opprobrio quod deus ap ipiis iudeis recepit: & a nobis ex cõtemptu recipit ĩ natura aſſumpta:& de immẽſo dolore qué ex his xp̃s pro nobis ſuſtinuit:ꝙ oẽ aliud triſtabile eis quaſi nihil occurrit pp quod ipi guſtant gloriã xp̃i dei ut ſũme bonum: & ꝙ non potuit eis melius fieri q̃ ꝙ humanitas xp̃i uniret̃ uerbo ĩ qua ſũt & ipſi uniti in tantũ ꝙ ſaluo ordie quem deus ſtatuit:nunq̃ potuit deus ipſiſmet electis melius facere q̃ xp̃m aſſumere ĩ unitate perſone.Nec unq̃ potuiſſent uenire ad illũ gradũ ĩ quo guſtant deum niſi per hominé aſſumptũ:etiã dato ꝙ eos ſaluaſſet ſine aſſumptione noſtre nature. Ita etiã fit magnus iſte ieſus in cordibus ſuis:ut q̃ ſi uideatur eis ꝙ omnis creatura ordinetur ad chriſti honorem:& ꝙ propter hoc a deo ſit facta:unde & ipſum chriſtum ieſum uident ĩ immenſitate cordis ſui omnium creatorum continere gloriam & pro omnibus deo gratiam & cultum latrie reddere:in tantum ꝙ chriſtus perfecte reddit gratias deo pro creatione demonũ & omnium dãnatoꝝ: & qr uidet ꝙ eoꝝ creatio ſibi & ſuis electis ad magnũ honoris titl'm ſeruit:iõ ex toto xp̃s ſceuiſcerat ut recõpẽſet ditati laudes & gr̃as & debitũ cultũ: qué uidet illos ipios demões & dãnatos in ſeipſis diuinitati auferre:q̃uis ñ poſſũt ſibi auferre qn eoꝝ cruciatibus honoretur per iuſtitiam punitiuam. Et ſic uides ꝙ in chriſto ieſu deus recuperauit quicquid per demonem tam in ſe:q̃ in dãnatis uidebatur perdidiſſe:licet ex hoc iuſtiſſimo ordine demonum & dãnatorum eorum exigente malitia: nũq̃ ſit ſaluatio ſecutura. Ex hac autem ratione poteſ uidere:ꝙ chriſtus homo omnes ſedes mentium demonum iuſte poſſidet:& ideo iuſte ſuis membris tribuit ſecundum gratiam quam eis menſurauit in merito mortis ſue. Vides etiam quomodo chriſtus iniurias loco dei recepit.In ip̃o enim ieſu tanq̃ in coniuncta ſibi natura deus doluit: & ui tu peratus fuit ab iniuriis omnium culparum:& omnium malorum que unq̃ a demone uel homine ſunt commiſſa uel cõmittentur:propter quod defectum quem non potuerunt facere culpe in deo: fecerunt in homine aſſumpto:& ideo ipſi homini aſſumpto poteſtas iudiciaria ẽ tributa: ſicut chriſtus dicit de ſe. Et poteſtatem dedit eis iudicium facere &c.quaſi dicat.Sicut ipſe uice dei iniurias homo deus doluit:ita ipſe illarum iniuriarum ſententiam apparés in humana natura dictabat. Ex clarificatione autẽ iſtius ſtatus in cognitiõe predictorum tam ſui q̃ dei:q̃ etiam proximi exeunt iſti ſtatus:& uirtutum ſublimia exercitia. Primus ſtatus eſt una obedientia dei letificata & quietata in omnibus penis:tormentis:& uerecundiis:ac dannis:propter honorem dei & propter conformitatem ſimilitudinis amati chriſti:& non tantum anima portat patienter:ſed & letãter:imo ad ſimilitudiem chriſti ieſtimalibi charitate anima omnibus electis coniuncta deſiderat & petit a deo pro ſua maxima gratia:ꝙ omnes penas & uerecundias:& omnia mala penalia electorum que debent ſuſtinere pro peccatis ſuis:uel quomodocũ ꝙ aliter. Siue in hac uita:ſiue in purgatorio ſibi tribuat:& ipſam faciat ſuſtinere:nullũ aliud petens ab ipſo deo pro pter iſtorum ſuſtinẽtiam premium:niſi ꝙ electi liberentur ab eis:& liberere ipſi deo fruatur. Iſto.n. modo ſentit anima ꝙ chriſtus omnium electorũ portauit dolores:& quãtum eſt ex ſe uoluiſſet omnia membra ſua eſſe ab omnibus penis etiam temporalibus libera:niſi diuina ſapientia & uoluntas aliud ordinaſſet propter membrorum cõformitatem ad caput:& iſto modo exponit Hylarius illã orationẽ xp̃i.Pater ſi poſſibile eſt trãſeat a me calix iſte.Exit etiã iſte ſtatus ex experiẽtia predicte crucis:ita ꝙ ſemper occcupat mẽtem ſuam in chriſto dilcõ.Et hoc quinq; modis.ſ.ſemper aliquo iſtorum modorum mẽtem ſuã replendo de ipſo chriſto. Primo cõtẽplãdo eius naturã diuinã & humanã:& perſonalẽ unioné. Secundo eius dulciſſima nomia.ſ.filius dei:imago patris:uerbũ:ſapiẽtia:lux:ſplẽdor:radiuſ:& cãdor lucis eterne.Et quo ad humanitãtẽ:Ieſus ſanctus inocẽs:ipollutus:rex regũ:& dominus dominãtium:nazarenus: crucifixus:filius uirginis & paupis mulieris:magiſter ueritatis:& ſimilia.Et nomina deſignãtia pſonã ĩ duplici natura:ſicut chriſtus icarnatus:emanuel:& ſimilia:in qbus anima guſtat ſapide.d.ſpõſo. Oleũ effuſum nomen tuum. Tertio modo implet ſe chriſto:cõſiderãdo eius uite exemplum:paupertatem:humilitatẽ: patientiã:ieiunium:& omnia alia que in ultimum mortis ſupplicium terminantur. Conſiderando quarto eius uerba que ſunt dulciſſima. Quinto ſingulariter conſiderando,ea que per ſuum corpus tranſierunt:uel inflicta fuerunt a malignitate perſequẽtium. Sicut ſunt claui & lancea:uel ſibi inherentia ex uoluntaria aſſũptione noſtrorum defectuum.Sicut ſunt cibi & potuſ: & ipſorum purgationes:que quanto ſunt uiliora: tanto magis dignatiue aſſumpta: ac per hoc magis in eius amorem tranſformatiua mẽtem deuotam. Exit etiam ſtatus alius ex cognitione predicta:ꝙ plene elongatur ab omni cauſa mali: quia

UVA. BHSC. IyR_070

in oībus ſemp uidet deum optimum: & ideo deo nullum dat defectum: ſeipſam nō poteſt uidere niſi omniū malorum radicē & abyſſalē infernū: ut dictum eſt ſupra: proximum ſemper uidet cū omni amore. Et ſi aliquē uidet peccare: nō ipſum deſpicit uel ei inſultat ſed compatitur & lamentat̄ pro ipſo & conſiderat ꝙ ipſa multo peius ruiſſet: niſi diuina gratia prouidiſſet: ꝓximū autem quātūcunqꝫ ſceleratū ꝓ tanto ſibi preponit: qr donec nō eſt dānatus ultimo: ſemper credit ꝙ deus eruet ipſum de ſuis peſſimis malis: & ad maiorem gradū gratie q̄ ipā habeat ipm̄ eleuabit: uel ſaltem ipm̄ pōt eleuare qr eſt multo minus indignus q̄ ipa ſit. Et hoc eſt quod dicit Gregorius in libro.xxiii.moꝝ.capi.xii.ponens exemplum de Stephano: & paulo. Stephanus enim ſi ſtatum preſentem conſiderauit in paulo multo ſe illi ꝓferre potuit: dū eum ſic crudeliter lapidauit xp̄m confitentem. Sed ſi ꝓuidit eius futuꝝ ſtatum in ap̄ſ atus gradu: multū ſe illi impa rem potuit reputare. Exit etiam de hoc ductilis obedientia q̄ ſemper inſpirationi interne obedit & de uirtute in uirtutem eius ducatu ꝓcedit: & quāto plus ꝓficit: tanto plus ſe ſub deo humiliat & ſuam rebellionē accuſat: & tāto ſemper ſibi magis ſentit ſupereſſe quo tendat: & ſub ducatu gratie ſic ē mortua in ſuo abnegato: ꝙ ſic quietatur in ſuis penis & tentationibus non delectatis nec cōſentitis. Sicut in eleuationibus & guſtibus mētis. Et tanto ſecurius delectatur in his q̄ diſplicent ſibi ſecundū ſuum carnalē affectum: quāto magis ē ſecuta in eis ꝙ ibi nō delectatur niſi propter honorē diuinū. In conſolationibus uero quātūcūqꝫ ſpūalibus ſi uidet ſe in eis ſemper ſibi eſt ſuſpecta ne delectetur in ipſis nō totaliter pp deum ſed pp ſuiipſius amorē. Et quia ipā toto ſuo ſtudio inſudat ꝓprio amore mori & ī ſolam dei uoluntatem tranſferri: ideo ſtudet in ſola dei uoluntate ſtabiliri: ut ī ea ſit mortuum: tam de ſe ipſa: q̄ de omnibus creaturis: & uoluntatis plena & contenta de eo quod fecit deus in ſe ipſo: & in omni creato: & maxime de menſura diſtributa unicuiqꝫ electo in participatione meriti mortis xp̄i: ut nihil uelit de ſe: nec de aliquo creato: niſi illud qđ ꝓ deſtinatrix gratia unicuiqꝫ diſponit in xp̄o ieſu: pp ipſius ineffabilē charitatē. Ratio autē huius contētationis uolūtatis eſt: qr iſte ſublimis ſtatus illuminat & certificat mentē ꝙ deus in omnibus optime facit: & ꝙ omnes electos ducit ꝑ illā uiā q̄ melius eos ad predictū xp̄i meritū adducit: & ꝙ oīa mala & bona facit & pmittit deus euenire ad melius ſecundū illum optimū ordinē quē ab eterno elegit. Quia uero xp̄us ieſus illud qđ in ſe ipō compleuit in nobis per ſpiritū ſanctū uegetat & facit nos ſibi aſſimilari de nouo & ſupiora mēbra coopari miotibus hierarchico ordine ſtatuit. Idcirco ille perfectus ſtatus qui deſcriptus eſt ſupra quietis mētalis nō inducit negligentiā nec uirtutū conatum: & cōtinuum gemitum orationū excludit: quin potius cum ponit animā in perfecto charitatis ardore: totā eā euiſcerat ad fugā omnis mali in ſe: & ad ſuccurſum ꝓximi omnibus modis quibus decet: & ad cōtinuum gemitū ut qđ factū eſt in celo xp̄i ieſu de complemēto uolūtatis diuine fiat & in terra membrorū ſuorum: & eſt ſollicita exorare ꝓ ſuccurſu diuino tam ſibi q̄ ꝓximo: qr ipſa ē bene certificata ꝙ iſtud quod eſt factū in xp̄o de nobis debet ꝑ influxum ſpiritus ſancti totū fieri ꝑ nos ut aſſimilemur & configuremur noſtro capiti xp̄o ieſu. In quo: & per quē quicquid boni agimus opamur. Quomō enim poteſt in illa anima negligentia cadere q̄ tota in ſe eſt mortua: & ſolum uiuit in xp̄o: & totā ſe immolat deo pro honore dei & pro ſalute ꝓximi nullo reſpectu habito boni proprii: ſed ſolū beneplaciti dei & ſimilitudinis cordis ieſu xp̄i. Aut quomō cadit ſupra ſpiritū libertatis in illa anima incompaſſio ad proximū in tribulationibus: quādo ipſa aīa eſt tota ſic data amori eius: ꝙ omnes eius tribulationes petit a domino ſicut dictum eſt ſupra ſuper ſe euenire ſi deo placeat: & illum liberari ab eis: unde iſta aīa optime fugit peſtem illius uenenati erroris: ſpiritus libertatis: imo potius malignitatis. Illi enī mortis filii ex hoc ueriſſimo principio: ꝙ nos nihil boni poſſumus ſine gratia: uolūt: ꝙ quicquid facimus ſit a gratia: ac per hoc comedere: & fornicari: & ſimilia dicunt in nobis nō eſſe culpas: qr gatia mouet: ut dicunt ad iſta. Sed hec illuminata crux gratie dicit ꝙ libertas arbitrii defectiua ſtat coīter dum ſumus in uia cū gratia: & ideo poteſt cōtra lumē gr̄e & diuine legis agere ſecundū ſuū malitioſū appetitum: & ſic agendo deſtruit in ſe gatiā & hoc eſt peccare: & qr hoc libere elegit contra remorſū gratie: & imperium legis diuine: ideo ſe auertit a deo ac per hoc facit ſibi falſū deū delectatione quā elegit: pp qđ iuſtiſſime in eternum damnatur. At econtra aīa illuminata in hoc gradu licet uideat ꝙ ꝑ ſe nullum bonū poteſt. Videt tamē ꝙ male agere pōt: & ſufficit ad dānationē: & ꝙ habita gratia pōt ex malitia ꝓpria operari contra gratiā: & ex ſola gr̄a pōt gratiam cuſtodire: & ſecundū illam operari. Et qr gratia ramificatus in habitus uirtutū donoꝝ: & beatitudinū quoꝝ ē ſtrenue: faciliter: & delectabiliter operari ſimilia xp̄o ieſu: & omnia cōtraria aſpnari: idcirco talis aīa eſt in continua fuga maloꝝ & exercitio bonoꝝ: qr ſemp ſicut debet recognoſcit a gr̄a: & quādo ab his deficit uel bonū obmittendo uel malūm cōmittendo ſemp ſe recognoſcit ream & ſolā cām & ſibi eſt quaſi infernus uitiis ſubdi affectu uł actu uel in his delectari: uel bonū faſtidire ex qua ſibi uidet īferri iuſte a diuina iuſtitia alium īfernū penalē & econtra eſt ſibi delicioſa paradiſus a uitiis habere affectum libeꝝ: & operari ſecundum ſimilitudinē uirtutum dei hominis xp̄i ieſu: & uidet ꝙ gratia ꝓprie habet aſſimilare deo animā ſecundum uirtutes quas opatus ē in aſſūpta natura unde totū īpetum cordis talis aīe gr̄a inducit ad eligendū q̄ xp̄us elegit: & fugiēdū qđ fugit: & in his ſolis quieſcit. Unde diligit uirtutes pp ſe: & odit uitia pp ſe. Nec ūq̄



UVA. BHSC. IyR_070

ē aīa pfecte recta donec diligit bonū uirtutū pp ſe & malum uitiorꝫ odit pp ſe. Excludit ergo ſolū ſtatus pdictus uacillationē fidei in credendo qr cer tiſſima eſt:qr quicquid petit ꝓ electis accipiet :uel melius.Excludit etiā anxiā inquietitudinē mentis: quid uelit facere xp̄us de ſeipſa uel de alio quocūqꝫ & curā ſuperfluā de futuro:qr in ſolo preſenti tota rapta in deo & quietata in cogitando & trāſformā do ſe in dolores & gaudia pnominata ſuperius nō dubitat quin deus in omnibus ꝓuideat ad melius electorꝫ:& ad complēdū in mēbris:quod in capite iam eſt factū .Ipſa uero ſic eſt contenta de eo quod ſibi & aliis deus fecit in xp̄o ꝙ ip̄i deo renūtiat de omni alio bono qđ poſſit ſibi dari niſi in xp̄i meri to amoroſo:& hoc eſt uere eſſe pauperē & abnega tum in xp̄o. Iſti autem ſtatui ipſe benedictus ieſus uidet̄ participiū tribuere duplicis ſtatus quē i ſeip̄o habuit in hac uita.Sicut enim ſimul ip̄e fuit uiator & cōprehenſor & inabyſſatus in doloribus & frui tione trinitatis btē .Sic mirabili & deſiderabili mō concedit tali aīe:ꝙ duplici predicto dolore i ſua cru ce tranſfigitur:& ad guſtandas illas duas gl'ias ele uatur:& iſta duo mutuo ſe argumētant .Quanto enim plus guſtat & amat illas duas gl'ias.ſ.trinita tis & dei hoīs:tanto plus horret: dolet & ſētit illos duos predictos dolores & iniurias factas ip̄i deo & hoī aſſumpto:& quanto plus in iſtos dolores trāſ format̄:tanto magis ſe conuertens ad illorꝫ gloriā iocūdatur & aliquādo abſorbetur ſolum a gaudio Aliquando trāſfigitur a dolore.Aliquādo mirabili modo unū nō īpedit aliud: ſed in utrūqꝫ tota tranſ fertur qđ male inexperta mēs poterit eſtimare .Et in huiuſmodi operatōibuſ quibus ſpiritus ſanctus miris modis agitat aīam ſibi deuotā:ualde parum cōcludūt ſophiſmata philoſophantiū: qui falſis ra tionibus ſepe ꝓbant īpoſſibile fore multa fieri que mens illuminata cognoſcit certa experientia in ſe a pio ieſu eſſe completa: & cū hoc clare cognoſcit ꝙ uſitatus modus ſapientis ieſu eſt iſta abſcōdere a ſa pientibus & prudentibus:& ea puulis reuelare: & quaſi in omni materia multū intrinſeca deuotioni ieſu idē cōtingit:qr in ea multi ſtudentiū huius tē poris ſicut in re ſibi ignota calculāt ſibi multa uer ba uaria & indocta:& ſpiritus ſanctus oſtendit ſuis diſcipulis: qr in his ſola illa experientia facit artem.

In tali autē tranſportatione cordis eſt multiplex gradus.Aliquando enim ſic abſorbetur:ut a ſe tota tranſeat in amatū & nihil ſentiat de ſe uel de nullo. Aliquando pōt ſentire q̄ circa ſe fiūt: licet ſenſibus non poſſit libere uti .Aliquādo pōt libere ſenſibus ſuis uti ſed non pōt uacuare extrinſecis curis pro ximi.Aliquando uero tan ta ſpiritus ſc̄i fortitudine roboratur & tanta capacitate dilatatur:ut plene trā ſformata in ſuprema parte ſue mētis repleta: tā de xp̄i crucifixione: q̄ gloria poſſit ſine ſua dānoſa di ſtractione plenarie curis intendere proximorꝫ:imo tunc ſolū eſt ſtatus prelationis perfectus:qn̄ ſic ē p donū ſp̄us ſancti roboratus.Sentit autē āīa tantam fortitudinē ſui in deo:ut facile & iocundum ſit ſibi omne pecccatū mortale uitare:& multitudinē ueni alium:& talis mens ſi ex deliberatione eligeret ali quādo peccare uenialiter:plus horret iſtū ſuum de fectū:& magis corā deo de hoc facit lamētū q̄ faci at ſepe mēs īfirma ſi caderet īmortale .Et talis mēs ſtudet ex tota ſe oēs attractiuas conſolationes ſeſu um deuitare:unde plus timet excedere ī delectatio nibus ſeſuū:que ſibi a diuina bonitate conceduntᷣ ut eis utatur q̄ mens infirma ſtudet fugere delecta tiones peccatorꝫ:unde ſtudet ieiunare quātum pōt ab omni delectamento tereno:& ſtudet fugere oīa lamēta q̄ poſſet facere de ſuis penis: & illatis iīuriis ſine peccato.Et ſtudet ſimpliciter fugere ſolatia cre aturarꝫ:niſi inquātū in deū tendūt totā ſe & ſua cō mittens deo.Aliqn̄ etiā ſic abſorbet̄ a trinitatis glo ria:ut tūc ieiūet ab omni creato:& i nulla creata glo ria delectetur:& nec ſe ip̄ſā ſentiat:ſed ſolūmō deū Et hec eſt perfecta pax: & lectus ſponſalis m̄rimo nii anime & dei .Et hic ſponſus adiurat omnes cre aturas quātūtūqꝫ btās:ut merito dicant̄ filie hieru ſalem: ne hanc dilectā excitare & īquietare pſumāt.

Attende autē diligenter:ꝙ totus conatus iſtius ſtatus eſt mētē ſub diuina obediētia pleniſſime ſta bilire:& a ſeipſa totaliter deficere:ut poſſit tranſire i uirtuales perfectōes ſimilitudinis ieſu xp̄i & ſue ma triſ ſanctiſſime:pp qđ cū multa dulcedine tenet in imicos ſuos in pn̄tia dei:orando ꝓ ip̄is:& libētiſſie inuenit uias quibus cū utilitate aiarꝫ ſuarꝫ poſſit eis exterius ſeruire:& etiā ſp̄ūaliter & tēporaliter ꝓmo uet̄.Affectus uero amicorꝫ maxime carnaliū & ſibi temporaliter obſequentium licet gratāter recogno ſcendo debite ponderet: tamen ē ſibi ſemper ſuſpe ctus: ne excecatio amoris ꝓprii eū decipiat i eiſdē. Peccantibus autē & ruentibus tanta cōpatitur mi ſeratione:ut quaſi mater uidetur eos pturire de no uo & lamentabiliter eorum deflet ſcelera & ardētiſ ſima charitate in conſpectu dei ſe ſuis bonis ſpoli at:cum tamen ſemper in ſe nihil uideat:dona tamē dei eis applicat uſqꝫ ad ultimum ſue ſalutis. Ex quo etiam ſequitur ꝙ in predicte charitatis uigore ſibi oīa duplicātur: tenet tn̄ circa eos debitas diſtri ctionis cēſuras:ſecundum ꝙ ip̄ſmet peccatoribus & cōmuni ſtatui expedit̄ uidetur: maxime ſi ad eū paſtoralis cura pertineat nec ꝓpter hoc attēdit mul torum huius temporis ph'iſeorꝫ duritiam qui in ali orum ruinis & penis uolunt mundo ſuam hypocri talem iuſtitiam oſtentare : qui impii nō attendunt ꝙ crudeliter pdunt animas: pro quibus benignus ieſus dignatus eſt mori :qui quaſſatam arundinem non confregit & lignum fumigans non extinxit. Si quādo uero ſtatus pdictus diſpenſatiue pmittat̄ in inſipiditatem bonorum decidere: ꝙ iugum dn̄i ſuaue ſibi aſperum uideatur: impios ſe reputāt & ſe benedictum ieſum dementiri accuſant qui dicit.Iu gum enim meū ſuaue eſt & onus meū leue &c. Et ut breuit̄ cōcludā ad iſtū ſtatū reducit̄ alta pfectio quā deus dare dignat̄ ī uia in natura corrupta.Mul

UVA. BHSC. IyR_070

ta q̄ ſpectāt ad pfectiōem huius crucis reqre ſupra
libro.ii.ca.v.Et lib.iii. cap.tertio. Quarta crux q̄
proficientiū eſſe uidetur:in hoc conſiſtit:ꝙ aliqua
principia ſuperioris ſtatus preguſtat:& ad illū ſtatū
quando deus animá preuenit i guſtibus:toto mē
tis conatu anhelat.Quia uero multū a perfectio
ne deficit:ideo quando diuinis priuatur guſtibus:
ſtatí de ſua īfirmitate deſpat:nec credit niſi cū mul
ta formidine & obſcuritate:ꝙ deus eam multū te
nere diligat:nec ꝙ eá uelit erigere ad uias pfectio
nis ſequēdas.Multū iſta uacillat inter bonū & ma
lum:modo uitá īmutat:& ſibi multas regulas de
ſuprapoſitis firmat:& quádo ſentit uel modicum
guſtū:ſtatim ſe credit aſcendere ſup pennas uento
rum.Et quia adhuc non ē ſeipſa uacua: ideo mul
tum libēter guſtat deū ut ſeipſum promouētem:
conſolanté:& dotanté uirtutibus:& niſi ſibi caue
at ſuper uentū proprie reputationis ponitur & alli
ditur ualde.Sed quia benedictus ieſus eá ad pfecti
oné elegit:ſtatí ip̄am lumine ſue claritatis illuſtrat:
& in ſuū rediens nihilū:ad horá amoré illius caſti
gat:& eá totá ſemetipſa euacuat. Sed poſt modi
cum ip̄a in ſeip̄am reintrare pmittit:ita ꝙ ſibi mi
ſericorditer ſubtrahit ſentimentū quod dedit:pro
pter quod anima talis portat ſemetip̄am ut clauū i
corde:qué tenere dolor eſt ex remorſu conſcientie
& extirpare non preualet. Aliqnando datur ſibi
humilitatis ſenſus:ut querat & circueat per creatu
ras quas ſpirituales audit:& quaſi per eas ſe credit
poſſe deuenire quo tēdit.Et quia deus ipſum ſem
per í humilitate nutrire diſponit:ſepe per eorū uer
ba & conſortia multa bona ſentiméta & feruorum
guſtus ſibi dominus uidetur tribuere. Permit
tit autem dominus í his ſibi multas ſimplicitates:
& ſepe deceptiōes:quas tamen ex radice pie inten
tiōis & ſua bonitate ſupportat:& ad utilitaté mul
tarum experientiarū ei tribuit euenire. Hic ſtatus
non poteſt ſemetipſum profūdare in cognitione
ſue abyſſalis malitie:quia cecitas ſua ſemper uela
men excuſationis apponit:nec poteſt plene in re
ctam ferri eſtimationé proximi:imo ſepe uiros p
fectos propter ſuam experientiá de modico defe
ctu qui forte ē profectus iudicat:quia tamé tendit
ad perfectum : in tali iudicio nó durat. Hic ſtatus
cum dulcedine fruitur amico & ſuauiter eum ſtrin
gít í brachiis coram deo.Et licet uelit ferri propter
p̄ceptum domini ad inimicorum amorem:tamen
cū difficultate:& ad minus cū modico ſapore po
teſt ferri in eorū amorem:& adhuc habet de uela
mine malitie ad excuſandū ſuum defectum:dicen
do ꝙ eos bene diligit inquantū perſequūtur & af
fligūt. Sed zelo mouetur cōtra eos:quia deſtruūt
cómune bonum.Quia uero ad perfectum tendit
ſemp eſt ſibi in his ſuſpecta iudiciis:& licet difficul
ter:tamen exterius eis ſeruire conatur. Aliquan
do uero contingit ꝙ tales erūt dotati gratiiſ gratis
datis pro utilitate proximi:& propť exteriores pe
nitentias quas libenter faciūt & fecerūt ad magnā
famá deueniūt populorū.Et quia eis uidetur ꝙ re
uerentia populi & fama cedat in eorū utilitatem &
diuinum honorem:ſepe hic zelator efficitur fame
ſue:& quaſi uxoré propriam uult cuſtodire intactá
ūde & ſuos mordaces horret ſicut deſtructores cō
munis boni & reuerétiam ſanctitatis:& laudū pre
conia uidetur guſtare : ſicut conchilia ſiue marine
oſtree roré celi:omnes laudes ſibi factas credit ex
puritate mentiū:& ex diuina ordinatione procede
re:omnes mordentes & detrahétes ſibi credit cū
diabolo cōmercium habere:& ſepe extra ſe effuſus
ſeipſum in ſemetip̄o ubi eſt totus defectuoſus nō
uidet:ſed in ore populorū ſe conſpiciens:talem ali
quádo ſe reputat:qualē ipſum adulatores popu
li mentiūtur.Et in hoc ꝙ uidet ſua exemplaritate
uel predicatione conuerti:quaſi ſe credit ad partici
pium uirtutū ieſu acceſſiſſe:quia ſecum ſe uidet q̄
ſi populi ſaluatorem.In his auté omnibus abyſſa
les deceptiones ſui carnalis amoris impie latent:&
ubi ſe dicit zelare ſaluté populi & honorem dei:ibi
ſuam uanitaté & luciferianá ſuperbiá cecus paſcit.
Quod ſi miſer ille uellet ſeipſum de propria ceci
tate conuincere deberet ſe examinare q̄tū ſtuduit
& profecit in portádo hilariter ſuas reprehēſiōes:
detractiones & infamias pro ſuſtinētia ueritatis:&
quátū in ſuis opprobriis & penis ſtuduit honora
re deū et proximū:iſta cū mētis et corporis leticia
ſupportádo:& inferentes uiſceraliter diligendo.
Quod ſi iſte nūq̄ uoluit:uel ſi habuit amare ſuſti
nuit:certus ſit ꝙ in laudibus populi:& in zelo ſue
fame amorem carnalé ſuimet in contumeliam dei
nutrit.Non dico autem ꝙ iſte debeat mala facere:
ut incurrat infamiá:ſed debet laudes horrere:ſicut
falſitatis preconia:cū in ſe ipſe ſentire nō debeat ni
ſi malū:propter quod ſibi debet uideri ꝙ i hoc ex
acerbetˀ deus:qa laudatˀ peccator:iniqu uſq̄ȝ bene
dicitˀ. Attendendū ē uero:ꝙ aīa que in his alte
rationibus a domino adducitˀ ad perfectū: quátū
cunq̄ȝ uideat magná ſui utilitaté í populo:& ſi ali
quádo permittatˀ tali ſagitta feriri: nullo tñ modo
poteſt í hac pcuſſione ſubſiſtere:quia iá incipit ſue
utilitatiſ cognitione repleri:& iá deſiderat i ſolū ie
ſum tráſportari:propter quod moleſtiſſimū eſt ſi
bi applauſu populoꝝ laudari:& quádo uitare non
pōt:portat ſicut purgatoriū ſibi datū ſemp contra
laudeſ:ſuos quos nouit defectus opponés:& i his
tantū proficit:q̄tum ad perfectioné tendit.Si uero
ſe ſic laudibus populi nō opponit:ſed ut crudelis
lamia mámas nudat ſuarum appentū gratiaꝝ:qui
bus lactat ipſos catulos ſui faſtus:abſit ꝙ talé cen
ſeā in cruce proficientiū cótineri:qn potiuſ uel infi
ma cruce inferius poſita:que multū hypocriſis hēt
āmixtū: talis cōtineri cēſendus eſt:uel ſi multū ad
talis laudis acceptioné dilabitˀ i cruce ſue uanitatis:
pibit excluſus ab oí cruce uirtutis :niſi reſurgat & ſ
ipſa configetˀ clauis ſupbie eleuatus:ſicut eleuatus
fuit í cruce pícerna ipſi pharaonis:q in hoc myſte
rio diabolū rep̄ſentat:cū & hic celos ſue uanitatis



UVA. BHSC. IyR_070

miniſtrat: & ꝙ peius eſt ſe ſeruire dño gloriatᷣ. Et
eſto ꝙ nõ ad tãtũ aſcẽdat ſui fauſtus ut dãnari me
reatᷣ: tamẽ oẽs uirtutes mẽtis ſue ꝑdicta labes ſic dã
noſa cõtrahit: & augmẽtari nõ ſinet ut ĩ uiam ſpũs
eũ teneat ſuper uanũ. Reſpectu etiam dei ſtatus
